nunc Lombardi uocātur. Alba græca nūc Belgradum dicitur in
Hungaria oppidum. Bithinia hodie granata dicitur. Amnici
fuere ubi hodie Falernum uinum in cāpania Romæ. Neapolis
uerſus Hieruſalē dicebatur olim Samaria una cum terra Sebaſten
& Cariæ ciuitas ē hoc nomē hēns. Samaria in Iudea ciuitas.poſt
ab Herode antipatre Sebaſten noīata ē. Patracenſis ciuitas epi
ſcopalis uerſus Arabiá & Hieruſalē uocatur Gracū. Cæſaria Phi
lippi ciuitas epiſcopalis uerſus Hieruſalē nūc Belſei caſtrū dicitur.
A mienis flu.ad ſuburbana Romæ nunc Tiberonus dicitur. Pelo
ponneſus prius Egialea poſt Apia deinde Peloponneſus dicta nūc
uero Morea. Veientes ſeu Vehi urbē ueterē ī Ethruria ciuitatē
quaſi ueietis figurá hēat:īcolebāt:uel ut ueriſimilius ē urbē caſtel
la ná Romæ ꝓximiorē. Faliſcoꝝ oppidum hodie montē Flaſconē
noīant.in Ethruria:Sunt tamē qui dicāt faliſcos Siciliā non longe
a mōte ætna hītaſſe. Allia flu.in Ethruria Cluſium urbē irrigās
& Tiberim non longe a Roma influens:nunc Pallia dicitur. Ega
nippe mons Boetiæ prius dictus eſt Enippe. Agroſſus mons Ro
mæ:nunc Palatinus dicitur. Beroe non longe a Cretico mari olī
Rolomanda dicebatur. Ptolemais Claudii Cæſaris in Syria.poſt
Acron diſta ē quæ & prius Acronia noīabatur. Lucania olī nūc
eſt Calabriæ pars reliquá Brutii occupāt. Mitellini inſula Lesbos

olim dicebatur. Saleſteria olim apud britãnos nunc Carcara dicitur. Indiæ ſilueſtris ac mõtuoſæ regio olim Dædala noĩabatᷣ.
I n Mauritania:ubi olim Luſa & tota fuere oppida poſtea Tigni fuit conditũ a quo Tingitana Mauritania dicta ẽ. Cornelii forũ nũc Imolam urbẽ dicimus. Marzacũ olim Cappadociæ ciuitas poſtea Cæſarea noĩata eſt. Capitolinus mons Romæ.ante Tarpeius ac prius dicebatur Saturnius. Modoetia lombardoꝝ oppidũ prius appellabatur Maguntiacũ a Maguntia ciſrhenana Germaniæ urbe quæ a Mogano fluuio illic Rhenũ flu.influente appellata eſt.
P hiondis Theſſaliæ mons olim Memphеus uocabatᷣ. Ambrutia ciuitas ĩ Epiro:poſtea ab Octauiano Cæſare Nicopolis ẽ appellata.
S ipontina ciuitas in Apulia mons Garganus dicitur. Molus Mœniæ mons prius dicebatur Timolus. Velia in Calabria ciuitas ante appellabatur Helia. Regis mons inter Pannoniã & Italiã prius Arnaſate uocabatur. Sinai mons aliquando Oreb. & interdum Toreb.noĩatur. Sipillus mons inter Lidiã & Phrygiã olim Tantalus dictus ẽ. Taurus Aſiæ mõs idem quod Taurois mons eſſe & creditur uarioq; ac longo flexu in oceanũ tendens diuerſa noĩa aſſumit & interdũ idem reaſſumit. Neapolis in Auſonia prius Parthenope dicta eſt. Moloricos nemus prius nemea ſilua dicta inter agros & thebas. Terracina uolſcoꝝ in Latio ciuitas Anſurana dicta ẽ. Archemorus fons in nemea ſilua ante eſt appellat⁹ Laugea. Carnania regio olim uocabatur Curetis. Tiberis flu. ro.olim Albula dicebatur. Boatrus in Scythia ciuitas prius Canaces dicta eſt. Hibernia dicta eſt Scotia. Bruſta flu.Italiæ olim dicebatur Rubicon nunc Piſatellus uocatur inter Ariminũ & Rauennam diuidens olim Italiam a Gallia Ciſalpina. Molinalum oppidũ apud illyrios prius Cholchinon eſt dictũ a Colchis cõditũ.
D auni pridem nunc aũt uocantur Appuli. Alexandria quã maiorẽ dicimus:prius Seleucia dicta ẽ. Vmbri olim populi Sabinis finitimi ubi Narnia interamniſq; urbes & alia loca ſunt: nunc ſingularibus locoꝝ noĩbus appellantur. Volſci populi olim:ubi Terracina urbs & Aſturia oppidũ ac Antiũ olim ciuitas circenſq; mons prope campaniã Romæ nunc ſingularibus appellãtur nominibus.
C enomanni in Italia populi:nunc briſienſes: ubi ciuitas ẽ appellãtᷣ.
V enetia in Italia regio:nunc Marchia teruiſiana dicitᷣ. Sabini olim populi ubi loca quæ Narniam.Viterbiũ.Nepam. ac Peruſiã urbes interiacent ſingularibus nunc appellantur noĩbus. Ferrariã urbẽ olim forum appellamus. Oſtiũ Padi fluuii:quo non longe a Rauenna Adriaticũ mare ĩgreditur prius dicebatur Heudanũ dehinc autẽ Vetremũ.nõnulli etiam Spinetiem uocauere a Spina ciuitate

poſt deleta hodie primaꝝ appellatur. Oſtiũ aliud Padi quo mare intrat olim Caſſia noĩabatur nunc Magnauacca dicitur. Oſtiũ item aliud Padi quo Adriaticum influit Colane olim dictũ. hodie Volanum appellatur. Vatremus fluuius prope Imolam urbem hodie Saturnus uocatur. Apollonia in ponto ciuitas prius uocabatur Anteon. Ardea caſtellũ non longe a Roma erat olim ĩter Rutilos nunc etiam nomen retinet. Liburni populi erant olim Incolæ patriarchatus Aqlieſis ac Hyaderæ ciuitatis. Lampſacũ oppidum prius dicebatur Pitinſa. Arandicus minoris Aſiæ flu. noĩabatur olim Licus. Sicilia dicebatur olim Heſperia. Sipillũ Mœniæ caput & ciuitas prius dicebatur Tantalis. Mare mortuũ Scythiæ ſub Arthoo quod ė oceani pars uocabatur olim Almachiũ mare. Axenum mare nũc Auxinum appellatur:ſed & uulgatiori uocabulo Ponticum dicitur. Aegeum mare uocant nunc Arcipelagum.ſeu Agioſpelagũ. Eoliũ mare Aſiæ dicebatur olĩ Imſiũ.

Corinthbius Sinus Ionii maris olim Phion dicebatur. Adriaticum mare dictum & etiam Illyricum. Inferum mare eſt Tuſcum a ueteribus dictum ac interdum Liguſticum aliquando etiá Tyrrhenum ſed Adriaticum dixere ſuperius. Varus flu. ultra Niceam urbem diuidit Italiam a Gallia Traſalpina.

Colocenſes populi ad quos Paulus apoſtolus complures ſcripſit epiſtolas nunc dicuntur Rhodienſes qui ciuitatem incolũt militibus templi ſubditam Cypro Inſulæ finitimam.

Vapincenſis ciuitas in Delphinatu citra Auinionem gallica lingua dicitur Gap.

Vicus ciuitas in Liguribus nõ longe a Taurino:quá Liuius tráſeuntem in Italiam Annibalem uidiſſe memorat: nunc latine mons regalis dicitur Italice uero mons Vici nominatur.

Cathalanum in campania Fráciæ urbem epiſcopalem gallica lingua uocamus Craalon.

Trecenſis urbs epiſcopalis in campania Fráciæ gallica lingua Troos nominatur.

Gandauum in Flandria oppidum maximum gallica lingua uocatur Gand.

FINIS

Bartolomeo Cenni

PETRVSIVSTINVS PHILELPHVS SAL.PL.DICIT
IOHANNI SIMONETAE DVCALI SECRETARIO.

c Vm uiderem non nullos ad id maxime operam ſuam accõmo
dare:ut alii atq; alii libri quottidie imprimerẽtur:ne cogitãtes
illi q̄dem ullam aut utilitatem aut dignitatem eoꝝ:quæ ſcripta eſſẽt:
mihi iure uenerunt in mentem Iohannes Simoneta cõmentarii G.
Iulii Cæſaris:qui ex omnibus latinis in admiratione maxime eſſe de
bet:Fuit enim uir nulla neq; animi:neq; corporis excellentia ex oĩbus
mortalibus cuiq̄ cedens.Eloquentia uero quantum cæteris hominibus
præſtiterit:non ex Plutarcho ſolum:ſed ex M.Tull.Ciceronis lupletiſſi
mo teſtimonio ſatis ac ſuper dignoſci licet. In eius autẽ cõmentariis
non ſolum magna quædã cognitio reꝝ ab eo geſtaꝝ ineſt.uerũetiam
dilucide apparet:quanta fuerit eius ſapientia. quanta animi magnitu
do.quanta modeſtia.quanta clæmentia.quanta liberalitas. quanta in
rebus omnibus moderatio:ut facile dici poſſit:G.Iulium Cæſarem ex
preſſum quoddam ac ꝑſpicuum ſpeculum extitiſſe perfectæ cuiuſdã
totius abſolutiſſimæq; uirtutis.Ex quibus q̄dem eius ſcriptis præter
eloquentiam & dignitatem:quæ maxima eſt:eam potiſſimum utilita
tem conſequi poſſumus:quod quopacto uiuendum ſit: & parendo:&
imperando edoceamur. Adieci autem iis Cæſaris commentariis illos
etiã cõmentarios:q̄ diſertiſſimequoq; elucubrati ſuntab A.Hircio &
Oppio. Ad hæc etiam ſubieci alia quædã ſcripta non mediocriter ne
ceſſaria ad cognitionem & populorum:& fluminum:& locorum:ac re
rum aliarum tranſalpinarum diligenter & excogitata:& inquiſita per
grauiſſimum eruditiſſimumq; uirum Raymundum Marlianum: qui
cum in partibus trãſalpinis diu multũq; fuiſſet:omnia eſt accuratiſſi
me perſcrutatus:quæ ad huiuſmodi cognitionẽ pertinerent.Hæc aũt
omnia idcirco uolui tuo nomine imprimi:quoniam & doctiſſimus es
& Cæſarii nominis ſtudioſiſſimus. Vale. O & præſidium: & dulce
decus meum. Mediolani ex ædibus meis. xv. kalendas decembres.
Anno a natali chriſtiano milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo
ſexto.

G. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIBER PRIMVS.

GALLIA EST omnis diuiſa in partes tris: qua
rum unam incolunt Belgæ : aliam Aquitani: Terti
am qui ipſorum lingua Celtæ: noſtra Galli appellá
tur. Hi omnes lingua:inſtitutis:legibus inter ſe dif
ferunt: Gallos ab Aꝗtanis Garumna flumen: a Bel
gis Matrona & Sequana diuidit. Horum omnium
fortiſſimi ſunt Belgæ : propterea quod a cultu atq; humanitate ꝓuin
ciæ longiſſime abſunt: minimeq; ad eos mercatores ſæpè commeant:
atq; ea:quæ ad effœminandos animos pertinent:important: ꝓximiq;
ſunt Germanis:qui trans Rhenum incolũt: quibus cum continenter
bellũ gerũt. Qua de cauſa Eluetii quoq; reliquos Gallos uirtute præ
cedunt:quod fere quottidianis bellis præliiſq; cum Germanis conten
dunt:cum aut ſuis finibus eos probibent : aut ipſi in eorum finibus
bellum gerunt. Eorum una pars:quam Gallos obtinere dictum eſt:in
itium capit a flumine Rhodano:continetur q; Garumna flumine. Oce
an[illegible] finis Belgarum· attingit . etiam a Sequanis et Eluetiis flumé
Rhenum uergit ad ſeptentrionem. Belgæ ab extremis Galliæ finibus
oriuntur. pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni: ſpectant í
ſeptentrionem & orientem ſolem. Aquitania a Garumna flumine ad
pyrenæos montes:& eam partem oceani:quæ ad Hiſpaniam pertinet:
ſpectat inter occaſum ſolis & ſeptentriones. Apud Eluetios longe no
biliſſimus & ditiſſimus fuit Orgétorix. Is:M. Meſſala & L. Piſone cõ
ſulibus:regni cupiditate inductus coniurationem nobilitatis fecit. &
ciuitati perſuaſit.ut de finibus ſuis cum omnibus copiis exirent. ꝑfa
cile eſſe cum uirtute omnibus præſtarét:totius Galliæ imperio potiri.
Id boc facilius eis perſuaſit: quod undiq; loci natura tuti Eluetii cõti
nerentur. una ex parte flumine Rheno latiſſimo atq; altiſſimo:ꝗ agrũ
Eluetium a Germanis diuidit. Altera ex parte monte Iura altiſſimo:ꝗ
eſt inter Sequanos & Eluetios. Tertia lacu Lemáno: & flumíe Rhoda
no:qui prouinciam noſtram ab Eluetiis diuidit. His rebus fiebat : ut
& minus latè uagarent̃: & minus facile finitimis bellum inferre poſ
ſent: qua de cauſa bomines belládi cupidi magno dolore afficiebant̃.
pro multitudine autem bominũ : & pro gloria belli atq; fortitudinis
anguſtos ſe fines babere arbitrabantur: qui in longitudinem millia
paſſuũ. cc. xl: in latitudiné c. lxxx. patebant. His rebus adducti & aucto
ritate Orgétorigis permoti conſtituerunt ea:quæ ad proficiſcendũ ꝑ
tinerent parare. Iumentorum & carrorum q̃ maximum numerum

coemere: ſementes q̃maximas facere : ut in itinere copia fruméti ſup
peteret.cum proximis ciuitatibus pacem & amiciciam cõfirmare: ad
eas res conficiendas biennium ſibi ſatis eſſe duxerunt.In tertium an
num profectionem lege confirmant. ad eas res conficiendas Orgéto
rix deligitur.Is ſibi legationem ad ciuitates ſuſcepit.In eo itinere per
ſuadet Caſtico Catamantalcedis filio Sequano: cuius pater regnum ĩ
Sequanis multos annos obtinuerat: & a ſenatu populoq; ro̅ . amicus
appellatus erat:ut regnum in ciuitate ſua occuparet : quod pater ante
habuerat:Itemq; Dumnorigi Heduo fratri Diuitiaci: qui eo tempore
prĩcipatum in ciuitate ſua obtinebat :ac maxime plæbi acceptus erat:
ut idem conaretur : perſuadet . eique filiam ſuam in matrimonium
dat.: perfacile factu eſſe illis probat conata perficere : propterea quod
ipſe ſuæ ciuitatis imperium obtenturus eſſet. non eſſe dubium:quin
totius Galliæ plurimum Eluetii poſſent. ſeq; ſuis copiis ſuoq; exerci
tu illis regna cõciliaturum confirmat. Hac ratione adducti inter ſe fi
dem & iuſiurandum dant:& regno occupato per tres potétiſſimos ac
fortiſſimos populos totius Galliæ ſe potiri poſſe ſperant . Ea res ut
eſt Eluetiis per indiciũ denunciata : moribus ſuis Orgentorigem ex
uinculis cauſam dicere coegerunt:damnatum pœnam ſeq oportebat:
ut igni cremaretur. Die conſtituta cauſæ dictionis Orgentorix ad iu
dicium omnem ſuam familiam ad hominum millia decem undique
coegit.& omnes obæratos:quoꝝ magnum numeꝝ habebat:eodé con
duxit per eos ne cauſam diceret:ſe eripuit:cum ciuitas ob eam rem in
citata armis ius ſuum exequi conaretur: multitudinemq; hominum
ex agris magiſtratus cogerent.Orgentorix mortuus eſt . neque abeſt
ſuſpicio ut Eluetii arbitrantur:quin ipſe ſibi mortem cõſciuerit.Poſt
eius mortem nihilominus Eluetii id:quod conſtituerant: facere coná
tur:ut e finibus ſuis exeant. ubi iam ſe ad eam rem paratos eſſe arbi
trati ſunt:oppida ſua omnia:numero ad duodecim:uicos ad quadrin
gentos:reliqua priuata ædificia incendunt:frumentum omne:præter
q̃ quod ſecum portaturi erant:comburunt: ut domum reditionis ſpe
ſublata:paratiores ad omnia pericula ſubeunda eſſent:trium méſium
molita cibaria unumquenq; domo efferre iubent . Perſuadent Raura
cis:& Tulignis:& Latouicis finitimis:uti eodem conſilio uſi: oppidis
ſuis:uiciſq; exuſtis una cũ his proficiſcátur.Boioſq; qui trans Rhenũ
incoluerant:& in agrum noricum tranſierant:noriamq; oppugnarát:
receptos ad ſe ſocios aſciſcunt:erant omnino itinera duo: q̃bus itine
ribus domo exire poſſent unum per Sequanos anguſtum: & difficile
inter montem Iuram & flumen Rhodanũ:uix qua ſinguli carri duce
rent:mons autem altiſſimus impendebat: ut facile ꝑpauci prohibere
poſſent.alterum per prouinciam noſtrá multo facilius:atq; expiditius

propterea quod inter fines Eluetioꝝ & Allobrogum: qui nuper pacati erant: Rhodanus fluit: iſq; non nullis locis uado tranſitur. extremum oppidum Allobrogum eſt: proximumq; Eluetiorum finibus Genua. ex eo oppido. pons ad Eeluetios pertinet. Allobrogibus ſeſe uel perſua ſuros: quod nondum bono animo in populum ro. uiderentˇ: exiſtima bant. uel ui coacturos: ut per ſuos fines eos ire paterētur: omnibus re bus ad profectionem comparatis: diem dicunt: qua die ad ripam Rho dani omnes conueniant. is dies erat ad. v. kalen. aprilis. L. Piſone: Gabi nio conſulibus: Cæſari cum id nunciatum eſſet: eos per prouinciā no ſtram iter facere: conari: maturat ab urbe proficiſci. & q̄maximis itine ribus: poteſt in Galliam ulteriorem cōtendit. & ad Genuam peruenit. prouinciæ toti q̄maximū militū numeꝝ impat. erat omnino in Gal lia ulteriore: legio una. pōtem qui erat ad Genuam: iubet reſcindi. ubi de eius aduentu Eluetii certiores facti ſunt: legatos ad eum mittunt nobiliſſimos ciuitatis: cuius legationis Numeius: & Verodoctius prí cipem locum obtinebāt. qui dicerent: ſibi eſſe in animo: ſine ullo ma leficio iter per prouinciam facere: propterea quod nullum aliud iter ha berent: rogare: ut eius uoluntate id ſibi facere liceat. Cæſar quod me moria tenebat. L. Caſſium conſulem occiſum: exercitumq; eius ab El uetiis pulſum: & ſub iugum miſſum: concedendum nō putabat. neq; homines inimico animo: data facultate per prouinciam itineris faci undi temperaturos ab iniuria & maleficio exiſtimabat: tamen ut ſpa tium intercedere poſſet: dum milites: quos imperauerat: conuenirent: legatis reſpondit: diem ſe ad deliberandum ſumptuꝝ. ſiquid uellent: reuerterentˇ. Interea ea legione quam ſecum habebat: militibuſq;: qui ex ꝓuincia conuenerant: a lacu Lemanno: qui in flumen Rhodanū in fluit: ad montem Iuram: qui fines Sequanoꝝ ab Eluetiis diuidit: mil lia paſſuum decemnouem: murum in altitudinem pedū. xvi. foſſamq; perducit. eo ope pfecto. præſidia diſponit. caſtella cōmunit. quo facili us ſi ſe inuito tranſire conarentur: prohibere poſſet. ubi ea dies: quam conſtituerat cum legatis: uenit: & legati ad eum reuerterunt: negat ſe more & exemplo populi ro. poſſe iter ulli per ꝓuinciam dare. & ſi uim facere conentur: ꝓhibituꝝ oſtendit. Eluetii ea ſpe deiecti nauibus iun ctis: ratibuſq; complurimis factis: alii uadis Rhodani: qua minima al titudo fluminis erat: non nunq̄ interdiu: ſæpius noctu: ſi ꝓrumpere poſſent: conati: opis munitione & militum concurſu: & tælis repulſi: hoc conatu deſtiterūt. relinquebatˇ una per Sequanos uia: qua Sequanis inuitis: propter anguſtias: ire non poterant: iis cum ſua ſponte pſuade re non poſſent: legatos ad Dumnorigem Heduum mittunt: ut depre catore eo a Sequanis hoc impetrarent. Dumnorix gratia & largitione apud Sequanos plurimum poterat. & Eluetiis erat amicus: quod ex ea

ciuitate Orgentorigis filiam in matrimonium duxerat. & cupiditate regni adductus: nouis rebus ſtudebat.& q̃plurimas ciuitates ſuo ſibi beneficio obſtrictas habere uolebat.itaq; rem ſuſcipit:& a Sequanis ĩpetrat:ut per fines ſuos Eluetios ire patiantur:obſideſq; uti inter ſeſe dent:pficit.Sequani ne itinere Eluetios prohibeant.Eluetii:ut ſine maleficio & iniuria tranſeant.Cæſari renunciatur Eeluetiis eſſe in animo per agrum Sequanoꝶ & Heduoꝶ iter in Santonum fines facere:q nõ longe a Tholoſatium finibus abſunt:quæ ciuitas eſt in ꝓuincia : id ſi fieret:intelligebat:magno cum prouinciæ periculo futuꝶ: ut hoĩes bellicoſos.po.ro.inimicos locis patentibus:maximeq; frumentariis finitimos haberet:ob eas cauſas ei munitioni:quam fecerat.T.Labienũ præfecit.ipſe in Italiam magnis itineribus contendit. duaſq; ibi legiones conſcribit.& tres:quæ circum Aqleiam hyemabant:ex hybernis deducit.& qua proximũ iter in ulteriorẽ Galliam per alpes erat : cum his qnq; legionibus ire contendit.ibi Centrones & Garoceli:& Caturiges locis ſuperioribus occupatis:ab itinere exercitum ꝓhibere conant̃ compluribus his prælus pulſis:ab Ocelo quod eſt citerioris prouĩciæ extremum in fines Vocontioꝶ ulterioris prouinciæ:die ſeptimo peruenit:inde in Allobrogum fines.ab Allobrogibus:in Sebuſianos exercitum ducit:ii ſunt extra prouĩciam trans Rhodanum primi. Eluetii iã per anguſtias & fines Sequanoꝶ ſuas copias traduxerant.& in Heduorũ fines peruenerant.eoꝶq; agros populabantur.Hedui cũ ſe: ſuaq; ab his defendere non poſſent:legatos ad Cæſarem mittunt:rogatum auxilium.ita ſe omni tempore de po.ro.benemeritos eſſe:ut pœne in conſpectu exercitus noſtri:agri uaſtari:liberi eoꝶ in ſeruitutẽ abduci: oppida expugnari:non debuerint.eodem tẽpore Hedui Ambarriq; neceſſarii:& conſanguinei Heduoꝶ:Cæſarem certiorẽ faciunt.ſeſe depopulatis agris:non facile ab oppidis uim hoſtium ꝓhibere: item Allobroges:qui trans Rhodanum uicos poſſeſſioneſq; habebãt:fuga ſe ad Cæſarem recipiunt:& demonſtrant:præter agri ſolum:nihil eſſe reliq̃ Quibus rebus adductus Cæſar:non expectandum ſibi ſtatuit : dũ oĩbus fortunis socioꝶ conſumptis:in Santones Eluetii peruenirent:flumen eſt Arar:quod per fines Heduoꝶ & Sequanoꝶ in Rhodanũ ĩfluit:incredibili lenitate:ita ut oculis:in utram partem fluat: iudicari nõ poſſit.id Eluetii ratibus ac lintribus iunctis tranſibant. ubi per exploratores Cæſar certior factus eſt:tres iam partes Eluetios:copiaꝶ id flumen tranſduxiſſe: quartam fere partem citra flumen Ararim reliquã eſſe de tertia uigilia:cum legionibus tribus e caſtris ꝓfectus : ad eam partem peruenit:quæ nondum flumen tranſierat.eos impeditos:& inopinantes aggreſſus magnam partem eoꝶ concidit. reliqui ſeſe fugæ mandarunt.atq; in ꝓximas ſiluas abdiderunt . is pagus appellabatur

Tigurinus:nam omnis ciuitas eluetia in quattuor partes diuiſa eſt. hic pagus unus cum domo exiſſet: patrum noſtroꝝ memoria.L.Caſſium interfecerat:& eius exercitum ſub iugum miſerat: ita ſiue caſu ſiue conſilio deoꝝ immortaliũ:quæ pars ciuitatis eluetiæ: inſignem calamitatem po.ro.intulerat:ea princeps pœnas ꝑſoluit. qua in re Cæſar nõ ſolum publicas:ſed etiam priuatas iniurias ultus. quod ſoceri eius.L.Piſonem legatum.L.Piſonis auum.Tigurini eodẽ prælio: quo Caſſium interfecerant.hoc prælio facto:reliquas copias Eluetiorum:ut conſequi poſſet:pontem in Arare faciendum curauit. atq; ita exercitũ traduxit.Eluetii repentino eius aduentu commoti:cum id: quod ipſi diebus.xx.egerrime confecerant:ut flumen tranſirent: illum uno die feciſſe intelligerent:legatos ad eos mittunt: cuius legationis Diuico princeps fuit.qui bello Caſſiano dux Eluetioꝝ fuerat:is ita cum Cæſare agit.ſi pacem.po.ro.cum Eluetiis faceret:in eam partẽ ituros: atq; ibi futuros Eluetios:ubi eos Cæſar conſtituiſſet:atq; eſſe uoluiſſet.ſin bello ꝓſequi ꝑſeueraret: reminiſceretur ueteris incommodi.po.ro.& priſtinæ uirtutis Eluetioꝝ:quod improuiſo unum pagũ adortus eſſet: cum ii:qui flumen tranſiſſent:ſuis auxilium ferre non poſſent: ne ob eam rem ſuæ magnoꝑe uirtuti tribueret:ut ipſos deſpiceret. ſe ita a patrib⁹ maioribuſq; ſuis didiciſſe:ut magis uirtute:q̃ dolo cõtenderẽt: aut inſidiis niterentur.quare ne cõmitteret:ut is locus:ubi cõſtitiſſẽt: ex calamitate po.ro.& internitione exercitus nomen caꝑet:aut memoriam ꝓderet.his Cæſar reſpõdit.eo ſibi minus dubitationis dari:quod eas res:quas legati Eluetii cõmemoraſſent:memoria teneret: atq; eo grauius ferre quo minus merito po.ro.accidiſſet. qui ſi alicuius iniuriæ ſibi conſcius fuiſſet:nõ fuiſſe difficile cauere:ſed eo deceptũ:quod neq; cõmiſſum a ſe intelligeret:quare timeret:neq; ſine cauſa timẽdũ putaret:quod ſi ueteris contumeliæ obliuiſci uellet:num etiam recentium iniuriaꝝ:quod eo inuito iter per prouĩciam per uim temptaſſẽt. quod Heduos:quod Ambaros:quod Allobrogas uexaſſent: memoria deponere poſſe:quod ſua uictoria tam inſolenter gloriarẽtur:quodq; ſe tandiu impune tuliſſe iniurias mirarentur:eodẽ ꝑtinere.Conſueſſe enim deos immortales:quo grauius hoĩes ex cõmutatione reꝝ doleãt quos pro ſcelere eoꝝ ulciſci uelint:iis ſecundiores interdum res.& diuturniorem impunitatẽ cõcedere.cum ea ita ſint:tamen ſi obſides ab his dentur:uti ea:quæ polliceantur:facturos intelligat:& ſi Heduis de iniuriis:quas ipſis ſociiſq; intulerãt:item ſi Allobrogibus ſatiſfaciãt: ſeſe cum iis pacem eſſe factuꝝ. Diuico reſpõdit:ita eluetios a maioribus ſuis inſtitutos eſſe.uti obſides accipere:non dare cõſuerint. eius rei po.ro. eſſe teſtem:hoc reſponſo dato:diſceſſit.poſtero die caſtra ex eo loco mouent.idem Cæſar facit.eq̃tatũq; oẽm ad numeꝝ quattuor

millium:quem ex omni prouincia & heduis: atq; eorum ſociis coactum habebat:præmittit:qui uideant:quas in partes iter hoſtes faciant.qui cupidius nouiſſimum agmen inſequuti.alieno loco cum eqtatu Eluetiorum prælium cõmittũt.& pauci de noſtris cadunt.quo prælio ſublati Eluetii: quod qngẽtis eqtibus tantam multitudinem eqtum propulerunt:audacius ſubſiſtere.non nunq̃ etiam nouiſſimo agmine prælio noſtros laceſſere cœperunt.Cæſar ſuos a prælio cõtinebat.& ſatis hẽbat in præſentia hoſtem rapinis:populationibuſq; ꝓhibere: ita dies circiter.xii. iter fecerũt:uti inter nouiſſimum hoſtium agmen & noſtrum primum:non amplius qnis aut ſenis millibus paſſuum intereſſet: interim quottidie Cæſar Heduos frumentum:quod eſſent publice polliciti:flagitare:nam ꝓpter frigora:quod Gallia ſub ſeptentrionibus: ut ante dictum eſt:poſita eſt. non modo frumenta in agris matura non erant:ſed ne pabuli quidem ſatis magna copia ſuppetebat. eo autem frumento: quod flumine Arare nauibus ſubuexerat:propterea minus uti poterat:quod iter ab Arare Eluetii auerterant:a qbus diſcedere nolebat:diem ex die ducere Hedui:conferri:comportari:adeſſe:dicere.ubi ſe diutius duci intellexit:& diem inſtare:quo die frumentũ militibus metiri oporteret:conuocatis eorum principibus:quorum magnam copiam in caſtris hẽbat:in his Diuitiaco & Liſco : qui ſũmo magiſtratu præerant:quem Vergobretum appellant Hedui:qui creatur annuus.& uitæ:neciſq; ĩ ſuos hẽt poteſtatẽ:grauiter eos accuſat:quod cũ:neq; emi neq; ex agris ſumi poſſet:tam neceſſario tẽpore:tã propĩqs hoſtibus: ab his non ſubleuet̃:præſertim cum magna ex parte:eorum præcibus adductus:bellũ ſuſcepit multo etiã grauius:quod ſit deſtitutus:querit̃. tum demum Liſcus oratione Cæſaris adductus:quod antea tacuerat: ꝓponit eſſe non nullos:quorum auctoritas apud plæbem plurimum ualet:qui priuatim plus poſſint:q̃ ipſi magiſtratus.hos ſeditioſa atq; improba orõne multitudinem deterrere::ne frumentũ conferãt: qd præſtare debuerant.ſi iam principatum Galliæ obtinere non poſſent:Gallorum q̃ Romanorum impia perferre.neq; dubitare debeant.qn ſi Eluetios ſupauerint Romani: una cum reliqua Gallia Heduis libertatem ſint erepturi:ab iiſdem noua conſilia quæq; in caſtris gerantur:hoſtibus enuntiari.hos a ſe coherceri non poſſe.qn etiam:quod neceſſario rem coactus Cæſari enunciarit:intelligere ſeſe:quãto periculo fecerit. & ob eam cauſã:q̃diu potuerit:tacuiſſe. Cæſar hac orõne Liſci Dũnorigem Diuitiaci fratrem deſignari ſentiebat.ſed quod pluribus præſẽtibus eas res iactari nolebat:celeriter concilium dimittit. Liſcum retinet.quærit ex ſolo ea:quæ in conuẽtu dixerat dicit liberius: atq; audacius.eadẽ ſecreto ab aliis quærit.repperit eſſe uera:ipſum eſſe Dũnorigem ſũma audacia:magna apud plæbem:ꝓpter liberalitatem.gratia.

cupidum reꝝ nouaꝝ:complures annos portoria: reliquaq; omnia He
duorum uectigalia paruo prætio redempta babere:proptereaquod illo
dicente:contradicere audeat nemo. iis rebus & ſuam rem familiarem
auxiſſe:& facultates ad largiendum magnas comparaſſe : magnū nu
merum equitatus ſuo ſumptu ſemper alere:& circum ſe babere.neq;
ſolum domi:ſed etiam apud finitimas ciuitates largiter poſſe:atq; bu
ius potētiæ cauſa:matrem in Biturigibus:bōi illic nobiliſſimo: ac po
tētiſſimo.collocaſſe:ipſum ex Eluetiis uxorem babere ſororem ex ma
tre:& propinquas ſuas nuptum in alias ciuitates collocaſſe:fauere: &
cupere Eluetiis:propter eam affinitatem.odiſſe ēt ſūo nomine Cæſarē
& Romanos:quod eoꝝ aduentu potentia eiuſdem ſit īminuta:& Diui
tiacus frater in antiquum locum gratiæ:atq; bonoris: ſit reſtitutus .
ſi qd accidat Romanis:ſūmam in ſpem regni obtinendi per Eluetios
uenire.imperio po.ro.non modo de regno:ſed de ea:quam bēat gratia
deſpare:repiebat:etiam inqrendo Cæſar: quod prælīū equeſtre aduer
ſum paucis ante diebus eſſet factum: initium eius fugæ factū a Dū
norige:atq; eius eqtibus nam eqtatui : quē auxilio Cæſari Hedui mi
ſerant.Dūnorix præerat.eoꝝq; fuga reliquum eſſe eqtatum perterritū
qbus rebus cognitis:cum ad bas ſuſpiciones certiſſime res accederēt
quod per fines Sequanorum Eluetios traduxiſſet: quod obſides inter
eos dādos curaſſet:quod ea omnia non modo in iuſſu ſuo:& ciuitatis
ſed ēt inſciētibus ipſis feciſſet:quod a magiſtratu Heduoꝝ accuſaret
ſatis eſſe cnæ arbitrabat:quare ī eū:aut ipſe aīaduerteret: aut ciuitatē
aīaduertere iuberet.His ōibus reb? unū repugnabat:quod fratris Di
uitiaci ſūmum in po.ro.ſtudium:ſummam in ſe uoluntatem: egregi
am fidem:iuſticiam:tēperantiam cognouerat: nam ne eius ſupplicio
Diuitiaci animum offenderet:uerebat.itaq; priuſquam qcq̄ conaret.
Diuiciacum ad ſe uocari iubet: & quottidianis īterprætibus remotis :
per.G.Valerium Troaucillū principem Gallicæ ꝓuinciæ:familiarē ſu
um:cui ſūmam reꝝ omnium fidem babebat:cum eo colloqtur.ſimul
cōmonefacit quæ:ipſo præſente:in cōſilio Galloꝝ de Dumnorige ſit
dicta:& oſtēdit:quæ ſeparatim qſq; de eo apud ſe dixerat :petit:ac bor
tatur:ut ſine eius offenſione animi:uel ipſe de eo cauſa cognita ſtatu
at:uel ciuitatem ſtatuere:iubeat. Diuitiacus multis cū lacbrymis Cæ
ſarem complexus:obſecrare cœpit:neqd grauius in fratrem ſtatueret
ſcire ſe illa uera nec quēq̄ ex eo:pluſquá ſe doloris cape:ꝓptereaquod
cum ipſe plurimū gratia domi:atq; in reliqua Gallia ille minimum ꝓ
pter adoleſcentiá poſſet:per ſe creuiſſe:qbus opibus ac neruis:non ſo
lum ad minuendam gratiá:ſed pœne ad pniciem ſuam uteretur. ſeſe
tamen more fraterno:& exiſtimatione uulgi commoueri.quod ſiquid
ei a Cæſare grauius accidiſſet:cum ipſe eum locum amiciciæ apud eū

teneret:neminem exiſtimatuꝝ non ſua uoluntate factū qua ex re fu tuꝝ:uti totius Galliæ animi a ſe auerterentur. hæc cum pluribus uer bis flæns a Cæſare peteret. Cæſar eius dexteram præbendit.conſolat⁹ rogat: faciat finem orandi : tanti eius apud ſe gratiam eſſe oſtendit: uti & reip.iniuriā & ſuū dolorem eius uolūtati:ac præcibus:cōdonet. Dumnorigē ad ſe uocat fratrē adhibet.quæ in eo repræhēdat:oſtēdit: quæ ipſe intelligat.quæ ciuitas queratur:ꝓponit:monet:ut reliquum tpūs oēs ſuſpiciones uitet.præterita ſe Diuitiaco fratri cōdonare dicit Dumnorigi cuſtodes ponit:ut qd agat:quibus cum loquat̃:ſcire poſ ſit:eodem die ab exploratoribus certior factus hoſtes ſub monte con ſediſſe:millia paſſuū ab ipſius caſtris octo:qualis eſſet:natura montis & qualis in circuitu aſcenſus:qui cognoſceret:miſit.renunciatū eſt fa cilem eſſe.de tertia uigilia. T.Labienū legatū ꝓprætore : cum duabus legionibus:& iis ducibus:qui iter cognouerant:ſūmū iugum montis aſcendere iubet.quid ſui conſilii ſit:oſtendit.ipſe de quarta uigilia:eo dem itinere:quo hoſtes ierant ad eos contēdit. equitatūq; omnē ante ſe mittit. Conſidius qui rei militaris pitiſſimus habebatur:quiq; in exercitu.L.Syllæ:& poſtea.M.Craſſi fuerat : cū exploratoribus præmit titur.prima luce.cum ſūmus mons a T.Labieno teneret̃:ipſe ab hoſti um caſtris:non longius mille qngētis paſſibus abeſſet:neq; ut poſtea ex captiuis comperit:aut ipſius aduentus:aut Labieni cognitus eſſet: Conſidius equo admiſſo ad eum accurrit.dicit: montē quē a Labieno occupari uoluerit:ab hoſtibus teneri:id ſe gallicis armis : atq; inſigni bus cognouiſſe.Cæſar ſuas copias in proximū collem ſubducit.aciem inſtruit.Labienus:ut erat ei præceptū a Cæſare:ne præliū cōmitteret: niſi ipſius copiæ prope hoſtiū caſtra uiſæ eſſent:& undiq; uno tēpore in hoſtes impetus fieret:mōte occupato:noſtros expectabat: prælioq; abſtinebat.multo deniq; die per exploratores Cæſar cognouit.& mon tem a ſuis teneri:& hoſtes caſtra mouiſſe:& Cōſidiū timore ꝑterritū quod non uidiſſet pro uiſo ſibi renūciaſſe:eo die:quo conſueuerat:ex interuallo hoſtes ſequitur.& millia paſſuum tria:ab eoꝝ caſtris caſtra ponit.poſtridie eius diei.quod oīo biduum ſuperat:cum exercitui fru mentum metiri oporteret: & quod a Bibracte oppido Heduoꝝ longe maximo:ac copioſiſſimo.nō amplius millibus paſſuū.xviii.aberat : rei frumentariæ ꝓſpiciendū exiſtimauit.iter ab Eluetiis auertit.Bibracte ire cōtendit.ea res per fugitiuos.L.Aemylii decuriōis eqtum Galloꝝ: hoſtibus nunciat̃. Eluetii ſeu quod timore ꝑterritos Romanos diſce dere a ſe exiſtimarent:eo magis quod pridie ſupiorib⁹ locis occupatis præliū nō cōmiſiſſent:ſiue eo quod re frumentaria intercludi poſſe cō fiderent:cōmutato conſilio:atq; itinere cōuerſo : noſtros a nouiſſimo agmine inſeq ac laceſſere cœperunt. poſtq̄ id aīaduertit : copias ſuas

Cæſar in proximum collem ſubducit.eqtatũq;:qui ſubſtineret hoſtiũ impetum:miſit.Ipſe interim in Collemedio triplicem aciem ĩſtruxit: legionũ quattuor ueteranoꝝ:ita uti ſupra ſe in ſũmo iugo duas legio nes:quas in Gallia citeriore ꝓxime conſcripſerat:& oĩa auxilia colloca ri:ac totũ mõtem hõibus cõpleri:& interea ſarcinas in unũ locũ cõfer ri:& eum ab his:qui in ſupiori conſtiterant:muniri iuſſit.Eluetii cum õibus ſuis carris ſecuti impedimenta in unum locum contulerũt:ipſi cõferctiſſima acie reiecto noſtro equitatu: phalange facta ſub primã noſtram aciem ſucceſſerũt.Cæſar primũ ſuo: deinde omniũ e conſpe ctu remotis eqs:ut æquato omĩum piculo:ſpem fugæ tolleret:cohor tatus ſuos prælium cõmiſit: milites e loco ſupiori pilis miſſis facile hoſtium phalangem pfregerũt:ea diſiecta gladiis diſtrictis in eos im petum fecerũt.Gallis magno ad pugnam erat impedimẽto:quod plu ribus eoꝝ ſcutis uno icto transfixis:& colligatis:cũ ferꝝ ſe ĩflexiſſet. neq; euellere neq; ſiniſtra impedita:ſatis cõmode pugnare poterant: multi ut diu iactato brachio : præoptarent ſcutum manu emittere : & nudo corpore pugnare:tandem uulneribus defeſſi:& pedem referre & quod mons ſuberat circiter mille paſſuũ:eo ſe recipe cœpunt:capto monte:& ſuccedentibus noſtris Boii & Tulingi: qui hominum millib⁹ xv.agmen hoſtium claudebant: & nouiſſimis præſidio erãt ex itinere noſtros latere apto circumuerere. id conſpicati Eluetii:qui in montẽ ſeſe receperant:rurſus inſtare:& prælium redintegrare cœperunt. Ro mani ſigna bipartita intulerunt:prima ac ſecũda acies: ut uictis ac ſũ motis reſiſteret:tertia ut ueniẽtes excipet.ita ancipiti prælio diu atq; acriter pugnatum eſt: diutius cum noſtroꝝ impetum ſubſtinere non poſſent:alteri ſe:ut cœperant:in montem receperunt:alteri ad impedi menta & carros ſuos ſe contulerunt:nam hoc toto prælio: cum ab ho ra diei ſeptima ad ueſperam pugnatum ſit:aduerſum hoſtem uidere nemo potuit:ad multã noctem etiam ad impedimenta pugnatum ẽ. ꝓptereaquod pro uallo carros obiecerant:& e loco ſuperiore ĩ noſtros uenientes tæla cõiiciebant:& non nulli inter carros:rotaſq; mazaras : ac tragulas ſubiiciebant:noſtroſq; uulnerabãt.diu cum eſſet pugnatũ impedimentis caſtriſq; noſtri potiti ſunt : ibi Orgentorigis filia atq; unus e filiis captus eſt.ex eo prælio circiter millia hominum.c.xxx. ſu perfuerunt:eaq; tota nocte continenter ierunt.nullam partem noctis itinere intermiſſo:in fines lingonum die quarto peruenerunt:cum & propter uulnera militũ : & ꝓpter ſepulturam occiſoꝝ:noſtri triduũ morati.eos ſeq non potuiſſent.Cæſar ad Lingones litteras:nunciosq; miſit ne eos frumento:neue alia re iuuarent:qui ſi iuuiſſent : ſe eodẽ loco:illos quo Eluetios habituꝝ.ipſe triduo intermiſſo.cum omnibus copiis eos ſeq cœpit.Eluetii omnium reꝝ inopia adducti. legatos de

deditione ad eum miſerunt.qui cum eum in itinere cōueniſſent: ſeq;
ad pedes ꝓieciſſent:ſuppliciterq; locuti:flæntes pacem petiſſent: atq;
eos in eo loco:quo tum eſſent:ſuum aduētum expectare iuſſiſſet : pa
ruerunt.Eo poſtq̄ Cæſar peruenit.Obſides.arma ſeruos:qui ad eos ꝓ
fugiſſent:popoſcit.Dum ea conqruntur:& cōferuntur:nocte intermiſ
ſa:circiter hominum millia ſex eius pagi:qui Verbigenus appellatur:
ſiue timore perterriti ne armis traditis:ſupplicio afficerentur:ſiue ſpe
ſalutis īducti:quod in tanta multitudine dedititioꝶ:ſuam fugam aut
occultari:aut oīno ignorari poſſe exiſtimarent : prima nocte ex caſtris
Eluetioꝶ egreſſi:ad Rhenum:fineſq; Germanoꝶ contenderūt.Quod
ubi Cæſar reſciit:quoꝶ per fines ierant:iis uti conqrerent:& reducerēt
ſi ſibi purgati eſſe uellēt:imperauit. reductos in hoſtium numero ha
buit. Reliquos omēs obſidibus armis ꝑfugis traditis: in deditionem
accepit Eluetios.Tulingos.Latobrigos in fines ſuos: unde erāt ꝓfecti
reuerti iuſſit:& quod omnibus frugibus amiſſis:domi nihil erat:quo
famem tolerarent:Allobrogibus imperauit. ut iis frumenti copiā fa
cerēt:ipſos oppida uicoſq;:quos incēderant:reſtituere iuſſit. Id ea ma
xime rōne fecit:quod noluit eum locum:unde Eluetii diſceſſerant:ua
care.ne ꝓpter bonitatem agroꝶ.Germani q trans Rhenum incolunt
e ſuis finibus in Eluetioꝶ fines tranſirent:& finitimi Galliæ ꝓuinciæ
Allobrogibuſq; eſſent.Boios petētibus Heduis: quod egregia uirtute
erant cogniti:ut in finibus ſuis collocarent:cōceſſit.qbus illi agros de
derunt:eoſq; poſtea in partē iuris libertatiſq; condicione atq; ipſi erāt
receperunt.In caſtris Eluetioꝶ tabulæ repertæ ſunt.litteris græcis cōfe
ctæ:& ad Cæſarem perlatæ:quibus in tabulis noīatim ratio confecta
erat:qui numerus domo exiſſet eoꝶ:qui arma ferre poſſent: & item ſe
paratim pueri ſenes mulieresq;: quaꝶ omnium reꝶ ſūma erat capitū
Eluetioꝶ millia.cc.lxiii. Tulingoꝶ millia.xxx. Latobrigoꝶ.xxiii. Rau
rocoꝶ.xxiii. Boioꝶ.xxxii.Ex his:qui arma ferre non poſſent:& item ſe
paratim pueri ad millia nonagīta duo. Summa omniū fuerūt ad mil
lia.ccc.lxviii.Eoꝶ qui domum redierunt: cenſu habito ut Cæſar impe
rauerat.repertus eſt numerus militum.c.et.x. Bello Eluetioꝶ cōfecto
totius fere Galliæ legati principes ciuitatum ad Cæſarem congratula
tum conuenerunt.Intelligere ſeſe tametſi pro ueteribus Eluetioꝶ in
iuriis populus ro.ab his pœnas bello repetiſſet:tamen eā rē nō minuſ
ex uſu terræ Galliæ:q̄ po.ro.accidiſſe: proptereaquod eo conſilio florē
tiſſimis rebus:domos ſuas Eluetii reliqſſent: uti toti Galliæ bellū in
ferrent:imperioq; potirentur:locūq; domicilio ex magna copia delige
rent:quem ex omni Gallia opportuniſſimum : ac fructuoſiſſimū iudi
caſſent.reliquaſq; ciuitates ſtipendiarias hērent.Petierūt uti ſibi cōſi
lium totius Galliæ in diem certam indicerent.idq; Cæſaris uoluntate

facere liceret.ſeſe hére quaſdá res:quas e cõmuni cõſenſu ab eo petere uellent:Ea re ꝑmiſſa:dié concilio ſtatuerunt:& iureiurãdo nequis enũ ciaret:niſi qbus cõi conſilio mandatum eſſet:inter ſe ſanxerũt. Eo cõ ſilio dimiſſo: iidem principes ciuitatum:qui ante fuerãt:ad Cæſarem reuerterunt:petierũtq; uti ſibi ſecreto & occulto de ſua:omniumq; ſa lute cum eo agere liceret.Ea re impetrata : ſeſe oẽs flæntes Cæſari ad pedes proiecerunt.Nõ minus ſe id contendere:& laborare:ne ea quæ di xiſſent:enunciarentur:q̃ uti ea:quæ uellét:impetrarent.propterea quod ſi enunciatum eſſet:ſũmum in cruciatũ ſe uenturos uiderét. Locutꝰ eſt pro his Diuitiacus Heduus: Galliæ totius factiones eſſe duas. ha rum alterius principatũ tenere Heduos:alterius Auernos.Hi cum tan tope de potentatu inter ſe multos annos contenderét:factum eſſe:uti ab Auernis Sequaniſq; Germani mercede accerſerentur . Hoꝝ primo circiter millia.xii.Rhenum tráſiſſe.poſtea q̃ agros & cultum & copias Galloꝝ hoĩes feri ac Barbari adamaſſent:traductos plures.nunc eſſe í Gallia ad .c.& xx.milliũ numeꝝ. Cũ his Heduos eoꝝq; ditionis hoĩes ſemel atq; iteꝝ armis contendiſſe.magná calamitatem pulſos accepiſ ſe omnem nobilitatem omnem ſenatum omnem eqtatum amiſiſſe. Quibus præliis:calamitatibuſq; fractos:qui et ſua uirtute : & po. ro. hoſpitio atq; amicicia plurimũ ante in Gallia potuiſſent: coactos eſſe Sequanis obſides dare nobiliſſimos ciuitatis: & iureiurando ciuitaté obſtringere:ſeſe neq; obſides repetituros:neq; auxiliũ a po.ro. implo raturos:neq; recuſaturos:quo minus ꝑpetuo ſub illoꝝ ditione atq; im perio eſſent.Vnũ ſeſe ée ex õi ciuitate Heduoꝝ:qui adduci non potue rit:ut iuraret:aut ſuos liberos obſides daret . Ob eam ré ſi ex ciuitate ſe ꝓfugiſſe:& Romam ad ſenatum ueniſſe auxilium poſtulatũ: quod ſolus neq; iureiurando:neq; obſidibus teneret̃.Sed peius uictoribꝰ Se quanis:q̃ Heduis uictis accidiſſe:ꝓpterea quod Ariouiſtus rex Germa noꝝ in eoꝝ finibus conſediſſet:tertiamq; partem agri Sequani : q eét optimus totius Galliæ occupauiſſet: & nunc de altera parte tertia Se quanos decedere iuberet:ꝓpterea quod paucis menſibus ante Harudũ millia hominũ.xxiiii.ad eum ueniſſent:qbus locus ac ſedes pararent̃ futurum eſſe paucis armis: uti omnes ex Galliæ finibus pellerentur : atq; omnes Germani Rhenum tranſirent:neq; enim conferendum ée gallicum cum Germanoꝝ agro : neq; hanc conſuetudinem uictus cũ illa cõparandam.Ariouiſtus aũt ut ſemel Galloꝝ copias prælio uicerit quod præliũ factum ſit admagetrobiæ ſuperbæ : & crudeliter impare obſides nobiliſſimi cuiuſq; liberos poſcere: & in eos oĩa exempla cru ciatuſq; ædere ſiqua res non ad nutum : aut ad uolũtatem eius facta ſit:hoĩem eſſe barbaꝝ.iracundum.temerariũ.non poſſe eius impia di utius ſuſtineri.niſi qd in Cæſare populoq; ro.ſit auxilii:oĩbus Gallis

idem eſſe faciendum:quod Eluetii fecerint.ut domo emigrent. aliud domicilium:alias ſedes remotas a Germanis petãt: fortunamq; quæ cunq; accidat:expiantur.hæc ſi enunciata Ariouiſto ſint:nõ dubitare: quin de obſidibus omnibus:qui apud eum ſint:grauiſſimum ſuppli cium ſumat.Cæſarẽ uel auctoritate ſua:atq; exercitus: uel recẽti uicto ria:uel nõie po.ro.deterrere poſſe:ne maior multitudo Germanorum rhe num traducatur:Galliamq; omnẽ ab Ariouiſti iniuria poſſe defẽdere. Hac oratione a Diuitiaco habita: omnes:qui aderant: magno flætu auxilium a Cæſare petere cœperunt:animaduertit Cæſar unos ex om nibus Sequanos nihil earum rerum facere.quas Cæteri facerent. ſed triſtis capite demiſſo:terram intueri:eius rei:quæ cauſa eſſet:miratus ex ipſis quæſiuit:nihil Sequani reſpondere: ſed in eadem triſtis pma nere.Cum ab iis ſæpius quæreret:neq; ullam omĩno uocem exprimẽ re poſſent:idem Diuitiacus.Heduus reſpondit. hoc eſſe miſeriorẽ for tunam & grauiorem Sequanorum quam reliquorum.quod ſoli nec ĩ occulto quidem quæri:nec auxilium implorare auderent. abſentiſque Ariouiſti crudelitatem.uelut ſi coram adeſſet:horrerent.ꝓptereaquod reliquis tamen fugæ facultas daretur.Sequanis uero: qui intra fines ſuos Ariouiſtum recepiſſent:quorum oppida omniũ in poteſtate eiuſ eſſent:omnes cruciatus eſſent perferẽdi:iis rebus cognitis Cæſar Gal lorum animos uerbis confirmauit. polliciuſque eſt ſibi eam rem cu ræ futuram.magnam ſe habere ſpem:& beneficio ſuo: & auctoritate adductum Ariouiſtum.finem iniuriis facturum: hac oratione habita concilium dimiſit:& ſecundum ea multæ res eum hortabantur.quare ſibi eam rem cogitandam:& ſuſcipiendã putaret.in primis quod He duos fratres conſanguineoſque ſæpenumero ab ſenatu appellatos in ſeruitute:atq; dicione uidebat Germanorum teneri. eorũque obſides eſſe apud Ariouiſtum ac Sequanos intelligebat. quod in tanto impio po.ro.turpiſſimum ſibi ac reip.arbitrabatur: paulatim autem Germa nos conſueſcere Rhenum trãſire:& in Galliam magnam eorum mul titudinem uenire:po.ro.periculoſum uidebat:nec ſibi homines feros ab Barbaros temperaturos exiſtimabat:quin cum oẽm Galliam occu paſſent:ut ante Cimbri Teutoniq; feciſſent:in ꝓuinciam exirent:atq; inde in Italiam contenderent: præſertim cum Sequanoſa a prouincia noſtra Rhenus diuideret:quibus rebus q̃ maturitate occurrẽdum pu tabat.ipſe autem Ariouiſtus tantos ſibi ſpiritus: tantam arrogãtiam ſumpſerat:ut ferendus non uideretur.Quamobrem placuit ei:ut Ario uiſtum legatos mitteret:ut aliquem locum mediũ utriuſque colloqo deligeret:uelle ſeſe de rep.& ſummis utriuſq; rebus cum eo agere: ei egationi Ariouiſtus reſpondit: ſiquid ipſi a Cæſare opus eſſet:ſeſe ad eum uenturum fuiſſe.ſiquid ille ſe uelit:illum ad ſe uenire oportere:

præterea neq; ſine exercitu in eas partes Galliæ uenire ſe audere:quaſ
Cæſar poſſideret:neq; exercitum ſine magno commeatu : atq; emolu
mento in unum locum cõtrahere poſſe.ſibi autem mirum uideri: qd
in ſua Gallia:quam bello uiciſſet:aut Cæſari aut omnino po.ro. nego
tii eſſet:his reſponſis ad Cæſarem legatis redeũtibus: iterum ad eum
Cæſar legatos cum his mandatis mittit. quoniam tãto ſuo populoq;
ro.beneficio affectus : cum in conſulatu ſuo rex atq; amicus a ſenatu
appellatus eſſet:hanc ſibi po.q;.ro.gratiam referret: ut in colloquium
uenire inuitatus grauaretur: neq; de cõi re dicendũ ſibi:& cognoſcen
dum putaret:hæc eſſe:quæ ab eo poſtularet : primũ neq̃ multitudinẽ
hominũ amplius trans Rhenum in Galliã traduceret. deinde obſides
quos haberet:ab Heduis redderet:Sequaniſq; ꝑmitteret : ut quos illi
haberent:uolũtate eius reddere illis liceret:neue Heduos iniuria laceſ
ſeret:neq; iis:ſociiſq; ipſoꝝ inferret bellum.ſi id ita feciſſet:ſibi po.q;
ro.ꝑpetuam gratiam:atq; amiciciã cum eo futuram:ſi nõ:impetraret
ſeſe:quoniam M.Meſſalla.L.Piſone conſulibus:ſenatus cenſuiſſet:uti
ꝗcunq; Galliam ꝓuinciam obtineret:quod cõmodo reip.facere poſſet
Heduos cæteroſq; amicos po.ro.defẽderet: ſe Heduoꝝ iniuriam non
neglectuꝝ.ad hæc Ariouiſtus reſpondit:ius eſſe belli.ut qui uiciſſent
iis:quos uiciſſent:quemadmodũ uellent:imꝑarent:item po.ro. uictis
non ad alterius præſcriptũ:ſed ad ſuũ arbitrium imꝑare conſueſſe. ſi
ipſe po.ro.non præſcriberet:quẽadmodũ ſuo iure uteretᷣ: nõ oportere
ſe a po.ro.in ſuo iure impediri:Heduos ſibi quoniam fortunã tẽptaſ
ſent:& armis congreſſi:& ſuꝑati eſſent:ſtipẽdiarios eſſe factos:magnã
Cæſarẽ iniuriã facere:qui ſuo aduẽtu uectigalia ſibi deteriora faceret.
Heduis ſe obſides reddituꝝ nõ ẽe.neq; iis neq; eoꝝ ſociis iniuria bel
lum illatuꝝ:ſi in eo manerent:quod conueniſſent. ſtipẽdiũq; quot an
nis pẽderẽt: ſi id nõ feciſſẽt:lõge iis fraternũ nomen po.ro . abfutuꝝ
quod ſibi Cæſar denunciaret ſe Heduoꝝ iniurias nõ neglectuꝝ.nemi
nem ſecũ ſine ſua ꝑnicie contẽdiſſe.cũ uellet:congrederetᷣ. ĩtellectuꝝ
qd iuncti Germani:exercitatiſſimi in armis: qui ĩtra annos.xiiii.tectũ
non ſubiſſent:uirtute poſſent.hæc aũt eodẽ tẽpore Cæſari mandata re
ferebantᷣ.& legati ab Heduis & treuiris ueniebant.Hedui queſtũ:qđ
Harudes Targali:qui nuꝑ in Galliã tranſportati eſſent : fines eoꝝ po
pularentur.ſeſe ne obſidibus qdem datis:pacẽ Ariouiſti redimere po
tuiſſe.treuiri aũt pagos centũ ſueuoꝝ ad ripam Rheni conſediſſe:qui
Rhenũ tranſire conarentᷣ:iis præeſſe Naſuam & Cimbreũ fratres.qbꝰ
rebus Cæſar uæhementer cõmotus:maturandũ ſibi exiſtimauit:ne ſi
noua manus Sueuoꝝ cum ueteribus copiis Ariouiſti ſeſe cõiunxiſſet:
minus facile reſiſti poſſet: itaq; re frumentaria q̃celerrime potuit cõ
parata:magnis itineribus ad Ariouiſtum contendit: cum tridui uiam

ꝓceſſiſſet: nunciatũ eſt ei Ariouiſtũ cũ ſuis õibus copiis ad occupan dum Veſontionem:quod eſt oppidũ maximũ Sequanoꝝ:contẽdere. triduiq; uiã a ſuis finibus ꝓfeciſſe.id ne accideret:magnope præcauẽ dum ſibi Cæſar exiſtimabat:nanq; oĩum reꝝ:quæ ad bellũ uſui erant ſũma erat in eo oppido difficultas: idq; natura loci ſic muniebat̃: ut magnam ad ducendum bellum faceret facultatem.proptereaquod flu men Alduaſduſius:ut circino circunductum:pœne totum oppidũ cin git.reliquũ ſpatium:quod eſt non amplius pedum ſexcentoꝝ:qua flu men intermittit:mons continet magna altitudine:ita ut radices eius mõtis ex utraq; parte ripæ fluminis cõtingant.hanc murus circũdat? arcem efficit.& cũ oppido coniũgit.huc Cæſar magnis diurnis noctur niſq; itineribus contendit.occupatoq; oppido:ibi præſidium collocat: dum paucos dies ad Veſontionem rei frumentariæ:cõmeatuſq; cauſa moratur:ex ꝑcunctatione noſtroꝝ:uocibuſq; Galloꝝ atq; mercatoꝝ:q ingenti magnitudine corpoꝝ Germanos incredibili uirtute:atq; exer citatione in armis eſſe prædicabant: ſæpenumero ſeſe cum iis cõgreſ ſos ne uultũ qdem atq; aciẽ oculoꝝ ferre potuiſſe:tãtus ſubito timor oẽm exercitũ occupauit: ut non mediocriter omniũ mentes aĩoſq; ꝑ turbaret.hic primũ ortus eſt timor a tribunis militũ: ac præfectis:re liqſq;:qui ex urbe amiciciæ cauſa ſecuti Cæſarẽ:non magnũ in re mi litari uſum hẽbant:quoꝝ alius alia cauſa illata:quã ſibi ad ꝓficiſcẽdũ neceſſariã eſſe dicerẽt:petebant:ut eius uolũtate diſcedere liceret:non nulli pudore adducti:ut timoris ſuſpicionẽ uitarẽt:remanebãt:ii neq; uultũ fingere:neq; interdum lachrymas tenere poterant: abditi in ta bernaculum aut ſuum fatum querebant̃. aut cum familiaribus ſuis cõe ꝑiculum miſerabant̃.uulgo totis caſtris teſtamenta obſignabãt̃: hoꝝ uocibus ac timore paulatim etiã ii:qui magnum in caſtris uſum hẽbant:milites cẽturioneſq;:qq; eqtatui præerant:ꝑturbabantur. qui ſe ex iis minus timidos exiſtimare uolebant:non ſe hoſtẽ uereri: ſed anguſtias locoꝝ:magnitudinẽ ſiluaꝝ: quæ intercederent inter ipſos atq; Ariouiſtum:aut rem frumentariã ut ſatis cõmode ſupportari poſ ſet:timere dicebant.non nulli etiã Cæſari nunciabant cum caſtra mo ueri:aut ſigna ferri iuſſiſſet:nõ fore dicto audiẽtes militeſ. neq; ꝑꝑ ti morẽ ſigna laturoſ:hæc cũ aĩaduertiſſ; Cæſar:cõuocato cõſilio:oĩumq; ordinum ad id cõſilium adhibitis cẽturionibus:uæhementer eos ĩcu ſauit.primũ:quod aut quã in partẽ aut quo cõſilio ducerẽtur:ſibi quæ rendum:aut cogitandum putarẽt.Ariouiſtum:ſe conſule:cupidiſſime po.ro.aĩciam appetiſſe:cur igit̃ hunc tã temere qſquã ab officio diſceſ ſuꝝ iudicaret?ſibi qdẽ ꝑſuaderi:cognitis ſuis poſtulatis: atq; æqtate condicionum ꝑſpecta:eum:neq; ſuã:neq; po.ro.gratiam repudiatuꝝ: quod ſi furore atq; amẽtia impulſus bellũ ĩtuliſſet:qd tandẽ uererẽt̃?

aut cur de ſua uirtute: aut de ipſius diligentia deſperarent? factum eius hoſtis piculũ patꝝ noſtroꝝ memoria: cum Cimbris & Teutonis a.G.Mario pulſis non minorẽ laudẽ exercitus q̃ ipſe impator merit⁹ eſſe uidebať:factũ etiã in Italia nup Seruili tumultu. licet aliqd uſus ac diſciplina:quã a nobis accepiſſent: ſubleuarent:ex quo iudicari poſ ſet:q̃tum hẽret in ſe boni cõſtantia:propterea quod quos aliq̃diu iner mes ſine cauſa timuiſſent.hos poſtea armatos ac uictores ſupaſſẽt:ac deniq; Germanos hos eoſdẽ ſcirent eſſe illos:qbus cum ſæpenumero Eluetii congreſſi:non ſolũ in ſuis:ſed ẽt in illoꝝ finibus plærunq; ſu parint.qui tamẽ pares eſſe noſtro exercitui non potuerint: ſi quos ad uerſum prælıũ & fuga Galloꝝ cõmoueret:hoc ſi quærerẽt:repiri poſſe diuturnitati belli:defatigatis Gallis: Ariouiſtũ cum multos mẽſes ca ſtris ſe:ac paludibus cõtinuiſſet:neq; ſui põtatem feciſſet:deſperanteſ iam de pugna ac diſperſos ſubito adortus.magis rõne ac cõſilio: q̃ uir tute uiciſſe:cui rõni contra hoĩes Barbaros:atq; impitos locus fuiſſet ac ne ipſum qdem ſperare noſtros exercitus capi poſſe. qui ſuũ timo rem in rei frumentariæ ſimulationẽ:anguſtiaſq; itineris conferret.fa cere arroganter:cum aut de officio ĩperatoris deſpare: aut præſcribere uiderentur hæc ſibi eſſe curæ:frumentũ:Sequanos:Leucos:Lingones ſubminiſtrare.iamq; eſſe in agris frumenta matura: de itinere ipſos breui tẽpore iudicaturus.quod nõ fore dicto audiẽtes: milites neq; la turi ſigna dicantur:nihil ſe ea re cõmoueri:ſcire enim qbuſcunq; exer citus dicto audiens nõ fuerit:aut male re geſta fortunam defuiſſe. aut aliquo facinore cõperto:auariciã eſſe conuictã. ſuam innocentiã ppe tua uitæ felicitate Eluetioꝝ bello eſſe pſpectã.itaq; ſe quod in longio rem diem collaturus fuiſſet:temptaturꝝ: & ꝓxima nocte de quarta ui gilia caſtra moturum:ut q̃primum intelligere poſſet:utꝝ apud eos pu dor:atq; officium:an timor plus ualeret:quod ſi præterea nemo ſequa tur:tamen ſe cum ſola decima legione ituꝝ:de qua non dubitaret: ſi biq; eam prætoriã cohortẽ futuram huic legioni Cæſar & indulxerat præcipue:& ꝓpter uirtutem confidebat maxime:hac orõne habita:mi rum in modũ cõuerſæ ſũt oĩum mẽtes:ſũmaq; alacritas:& cupiditas belli gerẽdi innata eſt. princepſq; decima legio per tribunos militũ ei gratias egit:quod de ſe optimũ iudiciũ feciſſet.ſeq; eſſe ad bellũ gerẽ dum paratiſſimũ cõfirmauit.deinde reliquæ legiones cũ tribunis mili tum:& prioꝝ ordinũ centurionibus egerũt:uti Cæſari ſatiſfacerent:ſe ſe nec unq̃ dubitaſſe:neq; timuiſſe:neq; de ſumma belli ſuum iudici um:ſed ĩperatoris eſſe exiſtimauiſſe:eoꝝ ſatiſfactione accepta:& itine re conquiſito per Diuitiacum:quod ex aliis ei maximam fidem hẽbat ut millium amplius quinquaginta circuitu locis aptis exercitũ duce ret:de quarta uigilia:ut dixerat:pfectus eſt:ſeptimo die cum iter non

ſe.Romanos neq; ullam facultatem habere nauium : neq; eoꝝ locorũ
ubi bellum geſturi eſſent: uada portus inſulaſq; nouiſſe ac longe aliã
eſſe nauigationem in concluſo mari:atq; in apertiſſimo oceano ꝑſpi
ciebant.His initis conſiliis:oppida muniunt.frumenta ex agris in op
pida comportant.Naues in Venetiam:ubi Cæſarem primum bellum

eſſe geſtuꝝ conſtabat: q̃plurimas poſſunt:cogunt. Socios ſibi ad id bellum oſiſmos:lexobios:nannetes:ambiliates:morinos: diablintres: menapios adſciſcunt. Auxilia ex Britannia: quæ contra eas regiones poſita eſt accerſunt. Erant difficultates belli gerendi:quas ſupra oſten dimus. Sed multa tamen Cæſarem ad id bellum incitabant iniuriæ re tentoꝝ eq̃tum Romanoꝝ rebellio facta poſt deditionem: defectio da tis obſidibus:tot ciuitatum coniuratio. In primis: ne hac parte negle cta:reliquæ nationes idem ſibi licere arbitrarentur. Itaq; cum ĩtellige ret omnes fere Gallos nouis rebus ſtudere. & ad bellum mobiliter ce leriterq;.excitari. Omnes aũt homines natura libertati ſtudere: & con dicionem ſeruitutis odiſſe:priusq̃ plures ciuitates conſpirarent:partiẽ dum ſibi:ac latius diſtribuẽdum exercitum putauit. Itaq; T. Labienũ legatum ĩ treuiros:qui proximi rheno flumini ſunt: cum eq̃tatu mit tit. Huic mãdat remos: reliquoſq; belgis adeat: atq; in officio cõtine at. Germanoſq;:qui auxilio a belgis accerſiti dicebantur:ſi per uim na uibus flumen tranſire conenetur:prohibeat. P. Craſſum cum cohorti bus legionariis duodecim & magno numero equitatus ĩ aquitaniam proficiſci iubet. ne ex his nationibus auxilia in Galliam mittãtur. ac tantæ nationes coniungantur. Q. Titurium Sabinum legatum cum le gionibus tribus in unellos:curioſolites:lexobioſq; mittit:qui eam ma num diſtinendam curet. Decium Brutum adoleſcentẽ claſſi gallicíſq; nauibus:quas ex pictonibus & ſantonis reliquiſq; pacatis regionibus conuenire iuſſerat:præfecit. Etcũ primum poſſit in uenetos proficiſci iubet. Ipſe eo pedeſtribus contendit copiis. Erant huiuſmodi fere ſitꝰ oppidorum: ut poſita in extemis lingulis: promontoriiſq; neq; pedi bus aditum haberẽt:cum ex alto ſe æſtus incitauiſſet: quod his acci dit:ſemper horãꝝ duodecim ſpatio:neq; nauibus:quod rurſus minuẽ te æſtu:naues in uadis afflictarentur:Ita utraq; re oppidoꝝ oppugna tio impediebatur. Ac ſiquando magnitudine operis forte ſuperati ex truſo mari aggere ac mollibus:atq; his oppidi mœnibus adæquatis: ſuis fortunis deſperare cœperant: magno nauium numero appulſo: cuius rei ſummam facultatem habebant:deportabant omnia. ſeq; in proxima oppida recipiebant. Ibi ſe rurſus iiſdem opportunitatibus lo ci defendebant. hæc eo facilius magnam partem æſtatis faciebant: ꝙ noſtræ naues tempeſtatibus detinebantur. ſummaq; erat uaſto atq; aperto mari magnis æſtibus:raris ac ꝓpe uullis portubus difficultas nauigandi. nam ipſoꝝ naues ad hunc modum factæ:armatæq; erant Carinæ aliquanto planiores q̃ noſtraꝝ nauium: quo facilius uada ac deceſſum æſtuum excipere poſſent. Proræ admodum erectæ: atq; itẽ puppes ad magnitudinem fluctuum tempeſtatumq; accommodatæ. Naueſq; totæ factæ ex robore:ad quãuis uim & contumeliã: ꝑferẽdã

tranſtra pedalibus in altitudinem trabibus confixa clauis ferreis:digy
ti pollicis craſſitudine. Anchoræ pro funibus ferreis cathænis reuíctæ
pelles pro uelis alutæq; tenuiter confectæ : ſiue propter lini inopiam
atq; ei⁹uſus inſcitiam:ſiue eo:quod eſt magis ueriſimile: quod tátas
tépeſtates oceani:tantoſq; impetus uétoꝝ ſuſtinere:ac tanta opera na
uium regi uelis:non ſatis commode poſſe arbitrabantur.Cũ his naui
bus noſtræ claſſi eiuſmodi congreſſus erat : ut una celeritate & pulſu
remoꝝ præſtaret:reliqua pro loci natura:pro ui tépeſtatum illis eſſent
aptiora & accommodatiora: Neq; enim his noſtræ roſtro nocere pote
rant. Tanta in his erat firmitudo : neq; propter altitudinem facile tæ
lum adiiciebant.& eadem de cauſa minus commode ſcopulis contine
bantur. Accedebat:ut cum ſæuire uentus cœpiſſet:& ſe uento dediſſét
& tempeſtatem ferrent:facilius & in uadis conſiſterent:tutius . & ab
æſtu derelictæ nihil ſaxa & cautes timerent.quarum rerum omnium
noſtris nauibus caſus erat extimeſcendus . Compluribus expugnatis
oppidis:Cæſar ubi intellexit:fruſtra tantum laborem ſumi:neq; hoſti
um fugam:captis oppidis:reprimi:neq; his nocere poſſe : ſtatuit expe
ctandam claſſem.Quæ ubi conuenit:ac primum ab hoſtibus uiſa eſt:
circiter.cc.xx.naues eorum paratiſſimæ : atq; omni genere armoꝝ or
natiſſimæ profectæ ex portu:noſtris aduerſæ conſtiterunt. Neq; ſatis
Bruto:qui claſſi præerat:uel tribunis militum:centurionibuſq;:quib⁹
ſingulæ naues erant attributæ:conſtabat: quid agerent.aut qua ratio
ne pugnæ inſiſterent.Roſtro enim nocere non poſſe cognouerát.Tur
ribus autem excitatis:tantum tamen has altitudo puppium ex barba
ris nauibus ſuperabat : ut neq; ex inferiore loco commode tæla adiici
poſſent:& miſſa a gallis grauius acciderent. una erat magno uſui res
præparata a noſtris:falces peracutæ:inſertæ:affixæq; longuriis: nõ ab
ſimili forma muralium falcium:his cum funes:qui antemnas ad ma
los diſtinebant:compræhenſi adductiq; erant:nauigio remis incitato
prærumpebantur:quibus abſciſis:antemnæ neceſſario concidebát.ut
cum omnis gallicis nauibus ſpes in uelis armamentiſq; eſſet: his ere
ptis:omnis uſus nauium uno tempore eriperetur. Reliquum erat cer
tamen poſitum in uirtute.qua noſtri milites facile ſuperabant. Atq;
eo magis quod in conſpectu Cæſaris:atq; omnis exercitus res gereba
tur:ut nullum fortius paulo factum latere poſſet.Omnes enim colles
& loca ſuperiora:unde erat propinquus deſpectus in mare : ab exerci
tu tenebátur.Diſiectis:ut diximus:antemnis:cum ſingulas binæ aut
ternæ naues circunſteterant: milites ſumma ui tranſcendere in hoſti
um naues contendebant:quod poſtq̃ barbari fieri animaduerterunt :
expugnatis compluribus nauibus:cum ei rei nullum reperiretur auxi
lium:fuga ſalutem petere contenderunt.Ac iam conuerſis in eá parté

nauibus:quo uentus ferebat : tanta ſubito malachia : ac tranquilitas extitit:ut ſe ex loco commouere non poſſent.Quæ quidem res ad ne gotium conficiendum maxime fuit opportuna.Nam ſingulas noſtri conſectati expugnauerunt.Et perpaucæ ex omni numero:noctis inter uentu:ad terram peruenere:cum ab hora fere quarta : uſq; ad ſolis oc caſum pugnaretur.Quo prælio:bellum uenetoꝝ:totiuſq; oræ mariti mæ confectum eſt.Nam cum omnis iuuẽtus : omẽs etiam grauioris ætatis:a quibus aliquid conſilii:aut dignitatis fuit:eo conuenerant:tũ nauium:quod ubiq; fuerat:in unum locum coegerant. Quibus amiſ ſis reliqui neq; quo ſe reciperent:neq; quemadmodum oppida defen derent:hẽbat.Itaq; ſuaq; omnia Cæſari dediderunt.In quos eo graui us Cæſar uindicandum ſtatuit : quo diligentius in reliquum tempus a barbaris ius legatorum conſeruaretur.Itaq; omni ſenatu necato.reli quos ſub corona uændidit.Dum hæc in uenetis geruntur.Q. Titurius Sabinus cum his copiis:quas a Cæſare acceperat: in fines unellorum peruenit.iis præerat Viridouix: ac ſummam imperii tenebat eaꝝ om nium ciuitatum:quæ defecerant.Ex quibus exercitum magnaſq; copi as coegerat.Atq; his paucis diebus aulerci:eburonices: lexouiiq;:ſena tu ſuo interfecto:quod auctores belli eſſe nolebant:portas clauſerũt . Seq; cum Viridouice cõiunxerunt . Magnaq; præterea multitudo un diq; ex Gallia perditorum hominum latronumq; conuenerant : quos ſpes prædandi:ſtudiumq; bellandi ab agricultura & quottidiano labo re reuocabãt:Sabinus idoneo omnibus rebus loco caſtris ſeſe tenebat cum Viridouix contra eum duum millium ſpatio conſediſſet . quotti dieq; ꝑductis copiis pugnandi poteſtatem faceret:ut iam non ſolum hoſtibus in contemptionem Sabinus ueniret:ſed etiam noſtroꝝ mili tum uocibus non nihil caperetur . tantamq; opinionem timoris præ buit:ut iam ad uallum caſtrorum hoſtes accederent: Id ea faciebat de cauſa:quod cũm tanta multitudine hoſtium:præſertim:eo abſente:q ſummã imperii teneret : niſi æquo loco aut opportunitate aliqua da ta legato dimicandum non exiſtimabat. Hac confirmata opinione ti moris:idoneum quendam hominem:& callidũ delegit gallum: ex iis quos cauſa auxilii ſecum habebat.huic magnis præmiis: pollicitatiõi buſq; perſuadet:uti ad hoſtem trãſeat: & quid fieri uelit:edocet.Qui ubi pro perfuga ad eos uenit:timorem Romanoꝝ proponit. Quibus anguſtiis ipſe Cæſar a uenetis præmatur.docet:neq; longius abeſſe : quin proxima nocte Sabinns clam ex caſtris exercitum educat : & ad Cæſarem auxilii ferendi cauſa ꝑficiſcatur.Quod ubi auditum eſt:con clamant omnes occaſione negotii bene gerendi amittendam non eſſe Ad caſtra iri oportere.Multæ res ad hoc conſilium Gallos hortabant̃ Superiorum dierum Sabini conctatio. perfugæ confirmatio . Inopia

cybariorum:cui rei parum diligenter ab iis erat prouiſum. Spes uene
tici belli. Et quod fere libenter homines:id quod uolunt:credunt. Is re
bus adducti non prius Viridouicem:reliquoſq; duces ex cōſilio dimit
tunt:q̄ ab iis ſit conceſſum arma uti capiant : & ad caſtra contendāt
Quare conceſſa:læti:uelut explorata uictoria: ſarmentis uirgultiſque
collectis:quibus foſſas Romanoꝝ compleant:ad caſtra pergunt. Loc⁊
erat caſtroꝝ æditus : & paulatim ab imo accliuis circirer paſſus mille
huic magno curſu contenderunt : ut q̄minimum ſpatii ad ſe colligen
dos armandoſq; Romanis daretur:exanimatiq; peruenerunt. Sabinus
ſuos hortatus. cupientibus ſignum dat. Impeditis hoſtibus propter
ea:quæ ferebant honera:ſubito duabus portis eruptionem fieri iubet
Factum eſt opportunitate loci:hoſtium inſcitia:ac defatigatione : uir
tute militum:ac ſuperiorum pugnaꝝ exercitatione :ut ne unum qdē
noſtroꝝ impetum ferrent.ac ſtatim terga uerterent.quos impeditos ī
tegris uiribus milites noſtri conſecuti: magnum numerum eoꝝ occi
derunt.reliquos equites conſectati:paucos qui ex fuga euaſerant: reli
querūt.Sic uno tempore.& de nauali pugna.Sabinus:& de Sabini ui
ctoria Cæſar certior factus eſt.ciuitateſq; omnes ſe ſtatim Titurio de
diderunt. Nam ut ad bella ſuſcipienda gallorum alacer ac promptus
eſt animus:ſic mollis ac minime reſiſtens ad calamitates perferēdas:
mens eorum eſt.Eodem fere tempore.P. Craſſus cum in aquitaniam
perueniſſet:quæ pars:ut ante dictū eſt:& regionum latitudine & mul
titudine hominum ex tertia parte galliæ eſt æſtimanda : cum intelli
geret in iis locis ſibi bellum gerendum:ubi paucis ante annis.L. Vale
rius præconius legatus:exercitu pulſo:interfectus eſſet:atq; unde .L.
Mallius proconſul impedimentis amiſſis profugiſſet : non mediocrē
ſibi diligentiam adhibendam intelligebat.Itaq; re frumentaria ꝓuiſa
auxiliis equitatuq; comparato:multis præterea uiris fortibus : toloſa
& narbone:quæ ſunt ciuitates Galliæ prouinciæ finitimæ:ex his regi
onibus nominatim euocatis:in ſontiatum fines exercitum ītroduxit
Cuius aduentu cognito ſontiates magnis copiis coactis eqtatuq;:quo
plurimum ualebant:in itinere noſtrum agmen adorti:primū equeſtre
prælium commiſerunt.Deinde equitatu ſuo pulſo:atq; inſequentib⁊
noſtris ſubito pedeſtres copias: quas in conualle in inſidiis collocaue
rant:oſtenderunt.Ii noſtros diſiectos adorti prælium renouarunt: pu
gnatumq; eſt diu acriter. Cum ſontiates ſuperioribus uictoriis fræti
in ſua uirtute totius aquitaniæ ſpem poſitam putarent:noſtri autem
quid ſine imperatore . & ſine reliquis legionibus adoleſcentulo duce
efficere poſſent:perſpici cuperent: tandem confecti uulneribus hoſtes
terga uertere.Quoꝝ magno numero interfecto: Craſſus ex itinere op
pidum ſontiatum oppugnare cœpit.qbus fortiter reſiſtētibus:uineas

turreſq; egit:illi eruptione temptata:alias cuniculis ad aggerem uine aſq; actis: cuius rei ſunt lõge peritiſſimi aqtani ꝑptereaquod multis locis apud eos ærariæ ſecturæ ſunt. Vbi diligentia noſtroꝝ his rebus nihil profici poſſe ĩtellexerunt: legatos ad Craſſum mittunt. ſeq; in deditionem: ut recipiat: petunt. qua re impetrata: arma tradere iuſſi: faciunt: atq; in ea re omnium noſtroꝝ intentis animis: alia ex parte oppidi adiatõnus: qui ſummam imperii tenebat: cum ſexcentis deuotis: quos illi ſoldurios appellant. quoꝝ hæc eſt condicio: ut omnibus ĩ uita commodis una cum his fruantur: quoꝝ ſe amiciciæ dediderint. ſi qd iis per uim accidat: ut eundem caſum una ferant: ac ſibi mortem conſciſcant. Neq; adhuc hominum memoria reptus eſt quiſq̃: qui eo interfecto: cuius ſe amiciciæ deuouiſſet: mori recuſaret. Cum iis Adiatõnus eruptionem facere conatus: clamore ab ea parte munitiõis ſublato cum ad arma milites concurriſſent: uæhementerq; ibi pugnatũ eſſet: repulſus in oppidum eſt: uti tamen eadem deditionis condiciõe uteretur. a Craſſo impetrauit. armis obſidibuſq; acceptis: Craſſus in fines uocatiorum & taruſatium profectus eſt: tum uero barbari cõmoti: quod oppidum & natura loci: & manu munitum paucis diebus: q bus eo uentum erat: expugnatum cognouerãt. legatos quaqua uerſũ dimittere. Coniurare: obſides dare inter ſe copias parare cœperũt. Mittuntur etiam ad eas ciuitates legati: quæ ſũt citerioris Hiſpaniæ finitimæ: aqtaniæ: inde auxilia duceſq; accerſuntur. Quoꝝ aduentu: magna auctoritate: & magna hominum cum multitudine bellum gerere conantur: Duces uero ii deliguntur: qui una cum. Q. Sertorio omnes annos fuerant: ſummamq; ſcientiam rei militaris habere exiſtimabãtur. Ii conſuetudine populi ro. loca capere: caſtra munire: commeatibus noſtros intercludere inſtituunt. quod ubi Craſſus animaduertit: ſuas copias propter exiguitatem non facile deduci: hoſtem & uagari: & uias obſidere: & caſtris ſatis præſidii relinquere: ob eam cauſam minus commode frumentum commeatumq; ſibi ſupportari: ĩ dies hoſtium numeꝝ augeri: non cunctandum exiſtimauit: quĩ pugna decertaret. Hac re ad conſilium delata: ubi homines idem ſentire intellexit poſteꝝ diem pugnæ conſtituit. prima luce productis omnibus copiis: duplici acie inſtructa: auxiliis ĩ mediam aciem collocatis: quid hoſtes conſilii caperent. expectabat. Illi & ſi propter multitudinem: & ueterẽ belli gloriam: paucitatemq; noſtrorum: ſe tuto dimicaturos exiſtimabant. tamen tutius eſſe arbitrabantur uiis commeatu intercluſo ſine ullo uulnere uictoria potiri. Et ſi propter inopiã rei frumentariæ Romani ſeſe recipere cœpiſſent: impeditos in agmine: & ſub ſarcinis infirmiorique animo adoriri cogitabant. Hoc conſilio probato ab ducibus productis Romanoꝝ copiis ſeſe caſtris tenebant. Hac re ꝑfecta

Craſſus cum ſua cūctatione: ac opinione timidiores hoſtis: noſtroſq;
milites alacriores ad pugnandum effeciſſet: atq; omnium uoces audi
rentur:expectari diuti⁹ non oportere: quin ad caſtra iretur:cobortatus
ſuos:omnibus cupientibus:ad boſtium caſtra contendit. Ibi cum alii
foſſas complerēt:alii multis tælis coniectis defenſores uallo munitio
nibuſq; depellerent:auxiliareſq;:quibus ad pugnam Craſſus non mul
tum confidebat:lapidibus tæliſq; ſubminiſtrandis: & ad aggerem ce
ſpitibus comportandis: ſpeciemq; atq; opinionem pugnantium præ
berent:cum item ab boſtibus conſtanter: ac non timide pugnaretur :
tælaq; ex ſuperiore loco miſſa non fruſtra acciderent:equites:circuitis
boſtium caſtris : Craſſo renunciauerunt non eadem diligentia ab de
cumana porta caſtra munita : facilemq; aditum babere Craſſus eqtū
præfectos cobortatus:ut magnis præmiis: pollicitatiōibuſq; ſuos ex
citarent:quid fieri uelit:oſtendit.Illi ut erat imperatum:eductis bis co
bortibus:quæ præſidio caſtris relictæ īterritæ ab labore erant: & lon
giore itinere circunductis:ne ex boſtium caſtris conſpici poſſent: om
nium oculis mentibuſq; ad pugnam intentis:celeriter ad eas:quas di
ximus:munitiones peruenerunt. Atq; bis proruptis:prius in boſtium
caſtris conſtiterūt:q̄ plane ab iis uideri:aut quid rei gereretur: cogno
ſci poſſet. Tum uero clamore ab ea parte audito : noſtri redintegratis
uiribus:quod plærunq; in ſpe uictoriæ accidere conſueuit:acrius īpu
gnare cœperunt.boſtes undiq; circunuenti:deſperatis omnibus rebuſ
ſe per munitiones deiicere:& fuga ſalutem petere intenderunt.Quos
equitatus apertiſſimis campis inſectatus:ex milliū quinquaginta nu
mero:quæ ex aquitania cantabriſq; ueniſſe conſtabat : uix quarta pte
relicta:multa nocte ſe ī caſtra recepit.Hac audita pugna: maxima ps
aquitaniæ ſeſe Craſſo dedidit:obſideſq; ultro miſit . quo in numero
fuerunt tarbelli.bigeriones.preciani.uocates.taruſates.fluſtates . gari
tes.auſti.garūni.ſibutzates.cocoſateſq; paucæ ultimæ nationes anni
tempore confiſæ:quod byems ſuberat:boc facere neglexerunt.Eodem
fere tempore Cæſar:& ſi prope exacta iam æſtas erat: tamē quod ōni
gallia pacata:morini.menapiiq; ſuperant:qui in armis eſſent: neq; ad
eum unq̄ legatos miſiſſent:arbitratus id bellum breuiter cōfici poſſe
eo exercitum adduxit.qui longe alia ratione : ac reliqui galli bellū ge
rere cœperunt.nam quod intelligebant maximas natiōes:quæ prælio
contendiſſent: pulſas ſuperataſq; eſſe continenteſq; ſiluas : atq; palu
des babebant:eo ſe ſuaq; omnia contulerunt . ad quarum initium ſil
uarum cum Cæſar perueniſſet:caſtraq; munire inſtituiſſet:neq; boſtis
interim uiſus eſſet:diſperſis in opere noſtris:ſubito ex omnibus parti
bus ſiluæ euolauerūt.& in noſtros impetum fecerunt. noſtri celeriter
arma ceperunt.eoſq; in ſiluas repulerunt . & compluribus interfectis

longius impeditionbus locis ſecuti:paucos de ſuis perdiderunt. Reliquis deinceps diebus Cæſar ſiluas cædere inſtituit. & nequis inermibus imprudentibuſq; militibus ab latere impetus fieri poſſet: omnē eam materiam:quæ erat cæſa:cōuerſam ad hoſtem collocabat: & pro uallo ad utrunq; latus extruebat. incredibili celeritate magno ſpatio paucis diebus confecto:cum iam pecus atq; extrema impedimēta ab noſtris tenerentur:ipſi denſiores ſiluas peterent: eiuſmodi ſunt tēpeſtates conſecutæ:uti opus neceſſario intermitteretur. & continuatiōe imbrium: diutius ſub pellibus milites contineri non poſſent. ita uaſtatis omnibus eorum agris:uicis.ædificiiſque incenſis: Cæſar exercitum reduxit. & in aulercis lexobiiſque reliquis item ciuitatibus:quæ maxime bellum fecerant.in hybernis collocauit.

G. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIBER QVARTVS.

e A quæ ſecuta eſt hyeme:qui fuit annus.Gn. Pompeio.M.Craſſo conſulibus:uſipites germani & item tencatheri magna cum multitudine hominum flumen rhenū tranſierunt.Non longe a mari quo rhenus influit.Cauſa tranſeundi fuit: quod a ſueuis cō plures annos exagitati bello præmebantur.Sueuoꝝ eſt gens longe maxima:& bellicoſiſſima germanoꝝ omnium.Ii cētū pagos hēre dicuntur.ex quibus quotannis ſingula millia armatorum bellandi cauſa ex finibus educunt.reliqui:qui domi māſerint: ſe atq; illos alunt.hi rurſus inuicem anno poſt in armis ſunt.Illi domi remanent:ſic neq; agricultura:neq; ratio:atq; uſus belli intermittitur. Sed priuati:ac ſeparati agri apud eos nihil eſt. neq; longius anno remanere uno in loco incolendi cauſa:licet.Neq; multum frumento: ſed maximam partem lacte:ac pecore uiuunt. Multumq; ſunt in uenatiōib? quæ res & cibi genere: & quottidiana exercitatione & libertate uitæ: quod a pueris nullo officio:aut diſciplina aſſuefacti:nihil omnino cō tra uoluntatem faciant & uires alit: & immani corpoꝝ magnitudine homines efficit.Atq; in eam ſe conſuetudinē adduxerunt: ut locis frigidiſſimis:neq; ueſtitus præter pelles habeant quicq̄.quaꝝ ꝓpter exiguitatem magna eſt corporis aperta pars.& lauantur in fluminibus. mercatoribus eſt ad eos aditus magis eo:ut quæ bello ceperint.qbus uendant:habeant:q̄ quo ullam rem ad ſe importari deſyderent. Quī etiam iumentis:quibus maxime galli delectantur:quæq; impenſo parant prætio.germani importatis his non utuntur.Sed quæ ſunt apud eos nata:praua:atq; deformia.Hæc quottidiana exercitatione:ſummi

ut ſint laboris: efficiunt. Equeſtribus prælíiſ ſæpe ex equis deſiliunt. ac pedibus præliantur: equoſq; eodem remanere ueſtigio aſſuefecerunt. ad quos ſe celeriter: cum uſus eſt recipiunt. Neq; eorꝝ moribus turpiꝰ aut ĩertius babetur: q̃ epbippiis uti. Itaq; ad quemuis numerũ epbippiatorꝝ equitum: quanuis pauci adire audent. uinum ad ſe omnino importari non ſinunt: quod ea re ad laborem ferendum remolleſcere bomines: atq; effœminari arbitrantur. Publice maximam putant laudẽ eſſe q̃latiſſime a ſuis finibus uacare agros: Hac re ſignificari magnũ numerꝝ ciuitatum ſuam uim ſuſtinere non poſſe. Itaq; una ex parte a Sueuis circiter millia paſſuum ſexcenta agri uacare dicunt. Ad alteram partem ſuccedunt ubii: quorꝝ fuit ciuitas ampla: ac florens: ut eſt captus germanorꝝ: qui paulo ſunt eiuſdem generis: etiam cæteris bumaniores: propterea quod rbenum attingunt. Multumq; ad eos mercatores uentitant: & ipſi propter propinquitatem quod gallicis ſunt moribus aſſuefacti: Hos cum ſueui multis ſæpe bellis experti ꝓpter amplitudinem: grauitatemq; ciuitatis. finibus expellere non potuiſſẽt tamen uectigales ſibi fecerunt Ac multo bumiliores infirmioreſq; redegeruut. In eadem cauſa fuerunt uſipetes & tencatberi: quos ſupra diximus. qui cum plures annos Sueuorꝝ uim ſuſtinuerint ad extremũ tamen agris expulſi: & multis locis germaniæ trienniũ uagati ad rbenum peruenerunt: quas regiones menapi incolebant: & ad utranq; ripam fluminis: agros: ædificia uicoſq; babebant. Sed tantæ multitudinis aduentu perterriti ex bis ædificiis: quæ trans flumen babebant: demigrauerunt & cis rbenum diſpoſitis præſidiis germanos trãſire ꝓbibebant. Illi omnia experti: cum neq; ui contendere propter inopiã nauium: neq; clam tranſire propter cuſtodiam menapiorum: poſſent. reuerti ſe in ſedes ſuas: regioneſq; ſimulauerunt. Et tridui uiã ꝓgreſſi rurſus reuerterunt. atq; boc itinere una noctæ confecto: eq̃tatu ĩſcios inopinanteſq; menapios oppreſſerunt. Qui de germanorꝝ diceſſu per exploratores certiores facti: ſine metu trans rbenum in ſuos uicos demigrauerant. His interfectis: nauibus eorꝝ occupatis: priusq̃ ea ꝑs menapiorꝝ: quæ citra rbenum erat: certior fieret: flumen tranſierunt. Atq; omnibus eorꝝ ædificiis occupatis: reliquam partẽ byemis ſe eorꝝ copiis aluerunt. His de rebus Cæſar certior factus: & infirmitatẽ gallorꝝ ueritus: quod ſunt in conſiliis capiẽdis mobiles: & nouis plærũq; rebus ſtudent: nibil committendum exiſtimauit. Eſt autem boc gallicæ conſuetudinis: ut & uiatores etiã inuitos conſiſtere cogant. & quod qsq; eorꝝ de quaq; re audirit: aut cognouerit: quærant. Et mercatores ĩ oppidis uulgꝰ circũſiſtat: qbus ex regionibꝰ ueniãt: quaſq; res ibi cognouerint: pronunciare cogant. His rebus atq; auditionibus permoti de ſummis ſepe rebus conſilia ineunt. Quorꝝ eos eueſtigio pœnitere

neceſſe eſt.cum in certis moribus ſeruiant: & plæriq; ad uoluntatem
eoꝝ ficta reſpondeant. qua conſuetudine cognita Cæſar : ne grauiori
bello occurreret:maturius q̃ conſuerat:ad exercitum proficiſcitur . Eo
cum ueniſſet:ea quæ fore ſuſpicatus erat facta cognouit. miſſas lega
tiones a non nullis ciuitatib⁹ad germanos:inuitatoſq; eſſe:uti ab rhe
no diſcederent.Omnia quæq; poſtulaſſent a ſe:fore parata.qua ſpe ad
ducti germani latius uagabantur.& in fines eburonum & condruſo
num.qui ſunt treueroꝝ clientes peruenerant.Principibus galliæ uoca
tis Cæſar ea:quæ cognouerat:diſſimulanda ſibi exiſtimauit.Eorumq;
animis permulſis:& confirmatis equitatuq; imperato:bellum cũ ger
manis gerere conſtituit.Re frumẽtaria comparata:eqtibus q; delectis
in ea loca iter facere cœpit.quibus in locis eſſe germanos audiebat.A
quibus cum paucorum dieꝝ iter abeſſet:legati ab iis uenerũt: quorũ
hæc fuit oratio. Germanos neq; priores populo ro.bellũ inferre: neq;
tamen recuſare:ſi laceſſantur:quin armis contendant.quod germano
rum conſuetudo hæc ſit a maioribus tradita. Quicunq; bellũ inferãt
reſiſtere: neq; deprecari.Hæc tamen dicere:ueniſſe inuitos:eiectos do
mo:ſi ſuam gratiam romani uelint:poſſe his eſſe utiles amicos:uel ſi
bi agros attribuant:uel patiantur eos tenere : quos armis poſſederint
Seſe unis ſueuis concedere: quibus ne dii quidem immortales pares
eſſe poſſint.Reliquum quidem ĩ terris eſſe neminem: quẽ nõ ſuꝑare
poſſint.Ad hæc quæ uiſum eſt:Cæſar reſpõdit: ſed exitus fuit orõnis
ſibi nullam cum iis amiciciam eſſe poſſe:ſi in Gallia remanerent.Ne
q; ueꝝ eſſe:qui ſuos fines tueri non potuerint:alienos occupare . neq;
ullos in gallia uacare agros: qui dari tantæ præſertim multitudini ſi
ne iniuria poſſint.ſed licere:ſi uellent:in ubioꝝ finibus conſidere.quo
rum ſint legati apud ſe:& de ſueuoꝝ iniuriis querantur: & a ſe auxili
um petant.hoc ſueuis imperatuꝝ. Legati hæc ſe ad ſuos relaturos di
xerunt:& deliberata re poſt diem tertiũ reuerſuros.Interea ne propiuſ
ſe caſtra moueret.petierunt:ne id quidem Cæſar ab ſe impetrari poſ
ſe dixit. Cognouerat enim magnam partem equitatus ab his aliquot
diebus ante:prædandi:frumentandiq; cauſa ad ambuiaritos trans mo
ſam miſſam:hos expectari eqtes:atq; eius rei cauſa moram interponi
arbitrabatur.Moſa profluit ex monte uoſego:qui eſt in finibus lingo
num:& parte quadam ex rheno recepta:quæ appellatur uualis:inſulã
q; efficit batauoꝝ:in oceanum influit:Neque longius ab oceano milli
bus paſſuum.lxxx.in Rhenum influit.Rhenus autem oritur ex lepon
tiis:qui alpes incolunt.& longo ſpatio per fines mantuantium:Elueti
orum:Sequanorum:medio matricum:tribucoꝝ.Treuiroꝝ citatuſ fert̃
& ubi oceano appropinquat:in plures defluit partes:multis ĩgẽtibus
q; inſulis effectis:quaꝝ pars magna a feris:barbariſq; nationibus ĩco

litur. Ex quibus ſunt:qui piſcibus:ouiſq; auium uiuere exiſtimantur: multiſq; capitibus in oceanum influit. Cæſar cum ab hoſte non amplius paſſuum .xii. millibus abeſſet:ut erat conſtitutum: ad eum legati reuertuntur. Qui in itinere congreſſi: magnope ne lõgius pgrederetur: orabant. Cum id non ĩpetraſſent: petebãt uti ad eos :qui agmẽ anteceſſiſſent:præmitteret.eoſq; pugna probiberet. Sibiq; poteſtatem faceret in ubios legatos mittendi. quorum ſi prĩcipes ac ſenatus ſibi iureiurando fidem feciſſent : ea condicione : quæ a Cæſare ferretur ſe uſuros oſtẽdebãt: ad bas res cõficiendas ſibi tridui ſpatium daret.
Hæc omnia Cæſar eodem illo pertinere arbitrabatur: ut tridui mora interpoſita :equites eoꝝ qui aberant.reuerterentur. Tamen ſeſe non longius millibus paſſuum quattuor aquationis cauſa proceſſurum:eo die dixit. Huc poſtero die q̃ frequentiſſimi conuenirent: ut de eorum poſtulatis cognoſceret. Interim ad præfectos : qui cum omni eqtatu præceſſerant:mittit:qui nunciarent:ne boſtes prælio laceſſerent: & ſi ipſi leceſſerentur:ſuſtinerẽt:quoad ipſe cum exercitu propius accederet. At boſtes ubi primum noſtros equites conſpexerunt : quoꝝ erat quinq; millium numerus: cum ipſi non amplius octingentos eqtes baberent:quod ii:qui frumentandi cauſa ierant trans moſam:nondũ redierãt:nibil noſtris timentibus: quod legati eoꝝ paulo ante a Cæſare diſceſſerant:atq; is dies induciis dictus erat ab iis petitus. Impetu facto:celeriter noſtros perturbauerunt. Rurſus reſiſtentibus noſtris conſuetudine ſua ad pedes deſiluerunt. ſuffoſſisq; eqs:cõpluribuſque noſtris deiectis:.reliquos in fugam coniecerunt.atq; ita perterritos egerunt.ut nõ prius fuga deſiſterẽt: q̃ in conſpectum agminis noſtri uenirent. In eo prælio ex equitibus noſtris interficiuntur quattuor & lxx. In bis uir fortiſſimus Piſo aquitanus ampliſſimo genere nat⁊: cuius auus in ciuitate ſua regnum obtinuerat: amic⁊ ab ſenatu noſtro appellatus. Hic cum fratri interclu ſo ab boſtibus auxilium ferret : ex periculo illum eripuit:ipſe equo uulnerato deiectus:quoad potuit:fortiſſime reſtitit. Cum circunuẽtus multis uulneribus acceptis cecidiſſet:atq; id frater:qui iam prælio exceſſerat:procul animaduertiſſet.incitato equo ſeſe boſtibus obtulit:atq; interfectus eſt. Hoc facto prælio Cæſar:neq; iam ſibi legatos audiendos:neq; condiciones accipiendas arbitrabatur. Ab iis:qui per dolum atq; inſidias petita pace ultro bellum intuliſſent. Expectare uero dum boſtium copiæ augerent̃: eqtatuſq; reuerteretur:ſummæ clementiæ eſſe iudicabat. & cognita gallorum infirmitate:quantum iam apud eos boſtes uno prælio eſſẽt cõſecuti auctoritatis:ſentiebat. Quibus ad conſilia capienda nibil ſpatii dandum exiſtimabat. Iis conſtitutis rebus & conſilio cum legatis: & quæſtore cõicato:nequem diem pugnæ ĩtermitteret: opportuniſſime

res accidit.quod poſtridie eius diei mane eadem & perfidis & ſimula tione uſi germani: frequentes omnibus principibus maioribuſq; na tu adbibitis:ad eum in caſtra uenerunt.ſimul ut dicebatur.ſui purgã di cauſa:quod contra atq; eſſet dictum: atq; ipſi petiſſent: præliũ pri die commiſiſſent. Simul ut ſiquid poſſent de induciis fallendo impe trarent.quos ſibi Cæſar oblatos grauius retineri iuſſit ipſe omnes co pias caſtris eduxit:equitatumq; quem recenti prælio perterritum eſſe exiſtimabat:agmen ſubſequi iuſſit:acie triplici inſtructa : & celeriter octo millium itinere confecto:prius ad hoſtium caſtra peruenit: q̃ qd ageretur:germani ſentire poſſent. Qui omnibus rebus ſubito perter riti & celeritate aduentus noſtri & diſceſſu ſuoꝵ:neq; conſilii haben di:neq; arma capiendi ſpatio dato perturbãtur:copias ne aduerſus du cere:an fuga ſalutem petere præſtaret.Quorũ timor cũ fremitu & cõ curſu ſignificaretur: milites noſtri priſtini diei perfidia incitati in ca ſtra irſuperuntQuo in loco qui celeriter arma capere potuerunt.pauli ſper noſtris reſtiterunt . atq; inter carros impedimentaque prælium commiſerũt.At reliqua multitudo pueroꝵ mulieꝵq;:nam cum omni bus ſuis domo exceſſerant:rhenumq; trãſierant:paſſim fugere cœpit ad quos conſectandos Cæſar equitatum miſit.Germani poſt tergum clamore audito cum ſuos interfici uiderent:armis abiectis:ſigniſque militaribus relictis:ſe ex caſtris eiecerunt:& cum ad confluentem mo ſæ & rheni perueniſſent:magno numero interfecto : reliqui ſe in flu men præcipitauerunt:atq; ibi timore:laſſitudine:& ui flumĩs oppreſ ſi:perierunt.Noſtri ad unum omnes incolumes:perpaucis uulneratiſ ex tanti belli timore:cum hoſtium numerus capitum.cccc.xxx. milliũ fuiſſet ſe in caſtra receperunt.Cæſar iis:quos in caſtris retinuerat: di ſcedendi poteſtatem fecit.Illi ſupplicia:crutiatuſq; galloꝵ ueriti:quoꝵ agros uexauerant:remanere ſe apud eum uelle dixerunt . Iis Cæſar li bertatem conceſſit.Germanico bello confecto:multis de cauſis Cæſar ſtatuit ſibi eſſe rhenum tranſeundum.quaꝵ illa fuit iuſtiſſima.quod cum uideret Germanos tam facile impelli:ut in Galliam uenirent:ſu is quoq; rebus eos timere uoluit:cum intelligerent:& poſſe:& audere populi ro.exercitum rhenum tranſire.Acceſſit etiam: quod illa pars e quitatus Vſipetum & Thencateorum:quam ſupra memoraui:prædã di frumentandiq; cauſa moſam tranſiſſe:neq; prælio interfuiſſe: poſt fugam ſuoꝵ ſe trans rhenum in fines Sicambroꝵ receperat . ſeq; cũ iis coniunxerat.Ad quos cum Cæſar nuncios miſiſſet:qui poſtularẽt: eos qui ſibi Galliæq; bellum intuliſſent:uti ſibi dederent:reſpõderũt populi ro.imperium rhenum finire. Si ſe inuito germanos in Galliã tranſire non æquum exiſtimaret.cur ſui q̃cq̃ eſſe imperii aut põtatis trans rhenũ poſtularet. Vbii aũt:qui uni ex tranſrhenanis ad Cæſarẽ

legatos miſerant:amiciciam fecerant:obſides dederant: magnopẽ po
ſtulabant:ut ſibi auxilium ferret:quod grauiter a Sueuis præmerẽt.
uel ſi id facere occupationibus populi ro ꝓhiberetur : exercitũ modo
Rhenum tranſportaret.Id ſibi auxilium : ſpemq; reliq tẽporis futuꝝ
Tantum eſſe nomen atq; opinionem eius:exercitu Arioiuſti pulſo : &
hoc nouiſſimo prælio facto: etiam ad ultimas Germanoꝝ nationes :
uti opinione & amicicia po.ro.tuti eſſe poſſint.Nauium magnam co
piam ad tranſportandum exercitum pollicebantur. Cæſar his de cau
ſis quas cõmemoraui:rhenum tranſire decreuerat: Sed nauibus trãſi
re:neq; ſatis tutum eſſe arbitrabat̃.Neq; ſuæ:neq; populi ro. dignita
tis eſſe ſtatuebat.Itaq; & ſi ſumma difficultas faciendi pontis ꝓpone
batur:propter altitudinem rapiditatemq; fluminis:tamen id ſibi con
tendendum:aut aliter non traducendum exercitum:exiſtimabat.Rati
onem igitur põtis hanc inſtituit.tigna bina ſeſqpedalia : paulum ab
imo præacuta:dimenſa ad altitudinem fluminis:interuallo pedũ duo
rum inter ſe iungebant.Hæc cum machinationibus immiſſa in flu
mine defixerat:fiſtuciſq; adhæſerat: nõ ſublice modo directæ ad ꝑpẽ
diculum:ſed ꝓnæ:ac faſtigiatæ:ut ſecundum natu ram fluminis pro
comberent:iis item contraria duo ad eundem modum iuncta:ĩterual
lo pedum quadragenum:ab inferiori parte contra uim atq; impetum
fluminis conuerſa ſtatuebat.Hæc utraq; inſup bipedalibus trabibuſ
immiſſis: q̃tum eoꝝ tignoꝝ iunctura diſtabat . binis utrinq; fibulis
ab extrema ꝑte:diſtinebantur:Quibus diſcluſis atq; in contrariã ꝑtẽ
reuictis:tãta erat operis firmitudo:atq; eaꝝ reꝝ natura: ut quo maior
uis aquæ ſe incitauiſſet:hoc arctius alligata tenerent̃.hæc directa ma
teria iniecta contexebantur:ac longuriis cratibuſq; conſternebantur.
Ac nihilo ſecius ſublices : & ad inferiorem partem fluminis obliquæ
agebantur.quæ pro ariete ſubiectæ:& cum omni opere cõiunctæ uim
fluminis exciperent:Et aliæ item ſupra pontem mediocri ſpatio ut ſi
arboꝝ trunci:ſiue naues deiiciendi operis cauſa:eſſent a barbaris miſ
ſæ:his defenſoribus eaꝝ reꝝ uis minueretur:neu ponti nocerent.Die
bus decem qbus materia cœpta erat comportari : omni opere effecto
exercitus traducitur.Cæſar ad utranq; partẽ pontis firmo præſidio re
licto in fines Sicambrorum contendit. Interim a compluribus ciuita
tibus ad eum legati ueniunt: quibus pacem atq; amiciciam petenti
bus liberaliter repondit.obſideſq; ad ſe adduci iubet . Sicambri & eo
tempore quo pons inſtitui cœptus eſt.fuga comparata:hortãtibus iiſ
quos ex tencatheris atq; uſipetibus apud ſe habebant finibus ſuis ex
ceſſerant.Suaq; omnia exportauerãt. ſeq; in ſolitudinem ac ſiluas ab
diderant.Cæſar paucos dies in eoꝝ finibus moratus : omnibus uicis
ædificiiſq; incenſis:frumentis ſuccenſis:ſe in fines Vbiorum recepit

atq; his auxilium ſuum pollicitus: ſi ab ſueuis præmerentur: hæc ab iis cognouit. Sueuos poſt q̃ per exploratores pontem fieri compiſſēt: more ſuo conſilio hīto: nuncios in omnes partes dimiſiſſe. uti de op pidis demigrarent: liberos uxores ſuaq; omnia in ſiluas deponerent: atq; omnes qui arma fere poſſent: unum in locum conuenirent. hunc eſſe delectum medium fere regionum eaꝝ: quas ſueui obtinerēt. hic Romanoꝝ aduentum expectare: atq; ibi decertare conſtituiſſe. Quod ubi Cæſar comperit: omnibus his rebus confectis: quaꝝ reꝝ cauſa tra ducere exercitum conſtituerat: ut germanis metum iniiceret: ut Sicā bros ulciſceretur. ut Vbios obſidione liberaret: diebus omnino. xviii. trans rhenum comſumptis: ſatis & ad laudem. & ad utilitatē ꝓfectū arbitratus: ſe in Galliam recepit: pontemq; reſcidit. Exigua parte æſta tis reliqua Cæſar: & ſi in iis locis: quod omnis Gallia ad ſeptentrio nem uergit: maturæ ſunt hyemes: tamen in Britanniam proficiſci cō tendit. quod omnibus fere Gallicis bellis: hoſtibus noſtris inde ſūma miniſtrata auxilia intelligebat: & ſi tempus anni ad bellum gerendū deficeret: tamen magno ſibi uſui fore arbitrabatur: ſi modo inſulam adiſſet: & genus hominum perſpexiſſet: loca portus: aditus cognouiſ ſet: quæ omnia fere gallis erant incognita. Neq; enim temere præter oram maritimam: atq; eas regiones: quæ ſunt contra gallias: r tum eſt. Itaq; conuocatis ad ſe undiq; mercatoribus: neq; quanta eſſet īſu læ magnitudo: neq; quæ aut quantæ nationes incolerent: neq; quem uſum belli haberent: aut quibus inſtitutis uterentur: neq; qui eſſent ad maioꝝ nauium multitudinem idonei portus: reperire poterat. Ad hæc cognoſcenda: prius q̃ ꝑiculum faceret: idoneum eſſe arbitratus. G. Voluſenum cum naui longa præmittit. Huic mādat: ut exploratis omnibus rebus: q̃primum ad ſe reuertatur. Ipſe cum omnibus copiiſ in morinos ꝓficiſcitur: quod inde erat breuiſſimus in Britāniam tra iectus: huc naues undiq; ex finitimis regionibus: & quam ſuperiore æſtate ad ueneticum bellum effecerat claſſem: iubet conuenire. Interī conſilio eius cognito: & per mercatores perlato ad Britannos: a cōplu ribus inſulæ ciuitatibus ad eum legati ueniunt: qui polliceantur: obſi des dare: atq; imperio populi ro. obtemperare. Quibus auditis libera liter pollicitus: hortatuſq; uti in ea ſententia permanerent: eos domū remiſit. Et cum his una comium: quem ipſe atrebatibus ſuperatis: Re gem ibi conſtituerat: cuius & uirtutem & conſilium probabat. & quē ſibi fidelem eſſe arbitrabatur: cuiuſq; auctoritas in his regionib? ma gna hēbatur: mittit. Huic imꝑat: quas poſſit: adeat ciuitates. hortet̃ q; populi ro. fidem ſequant̃: ſeq; celeriter eo uentuꝝ nūciet. Voluſenus perſpectis regionibus ōibus: q̃tum & facultas dari potuit: qui naui e gredi: ac ſe barbaris committere non auderet: quinto die ad Cæſarem

reuertitur.quæq; ibi perſpexiſſet:renunciat.Dū in his locis Cæſar na uium parandarum cauſa moratur:ex magna parte morinoꝝ legati ad eum uenerunt:qui ſe de ſuperioris temporis conſilio excuſarent: qđ homines barbari:& noſtræ conſuetudinis imperiti bellum populo ro feciſſent.Seq; ea:quæ impaſſet:facturos pollicēt.Hoc ſibi Cæſar ſatis opportune accidiſſe arbitratus : quod neq; poſt tergum hoſtem relin quere uolebat:neq; belli gerendi propter anni tempus facultatem ha bebat:neq; has tantaꝝ reꝝ occupationes Britanniæ ante ponendas iu dicabat:magnum iis numeꝝ obſidum imperat:quibus adductis: eos in fidem recepit.Nauibus circiter octingētis . lxxx.honerariis coactis contractiſq; quot ſatis eſſe ad duas legiones tranſportandas exiſtima bat.quotq; præterea nauium lōgaꝝ hēbat.quæſtori:legatis:præfectis q; diſtribuit:huc accedebant.xviii.honerariæ naues : quæ ex eo loco a millibus paſſuum octo uento tenebantur quominus in eundem por tum peruenire poſſent.has equitibus diſtribuit.Reliquum exercitum Q.Titurio ſabino & L.Arunculeio cocte legatis in menapios : atq; in eos pagos morinoꝝ:a quibus ad eum legati non uenerant: ducendū dedit . P . Sulpitium Rufum legatum cum eo præſidio : quod ſatis eſſe arbitrabatur portum tenere iuſſit.His conſtitutis rebus : nactus idoneam ad nauigādum tēpeſtatem:tertia fere uigilia ſoluit: eqteſq; in ulteriorem portum progredi:& naues conſcendere:ac ſe ſequi iuſſit a quibus cum paulo tardius:eſſet adminiſtratum:ipſe hora circiter di ei quarta:cum primis nauibus Britanniam attigit.atq; ibi in omībuſ collibus:expoſitas hoſtium turmas:armatas conſpexit.cuius loci hæc erat natura:atq; ita montibus anguſtis mare continebatur : uti ex lo cis ſuperioribus in littus tælum adiici poſſit.Hūc ad egrediendum ne quaq̄ idoneum arbitratus locum:dum reliquæ naues eo conuenirent: ad horam nonam in anchoris expectauit . Interim legatis tribuniſq; militum conuocatis:& quæ ex Voluſeno cognoſceret.& quæ fieri uel let:oſtendit monuitq; ut rei militaris ratio eſt:maxime:ut res mariti mæ poſtularent:ut q̄celerem atq; inſtabilem motum haberet: ad nu tum & ad tempus omnes res ab iis adminiſtrarentur . Iis dimiſſis & uentnm & æſtum uno tempore nactus ſecundum:dato ſigno:& ſub latis anchoris circiter millia paſſuum cētum ab eo loco ꝑgreſſus: pla no littore naues conſtituit.At barbari conſilio romanoꝝ cognito:præ miſſo equitatu & eſſedariis:quo plærunq; genere in præliis uti conſu erunt:reliquis copiis ſubſecuti:noſtros egredi nauibus prohibebant. Erat ob has cauſas ſumma difficultas : quod naues propter magnitu dinem niſi in alto conſtitui non poterant . militibus autem ignotis locis:impeditis manibus:magno & graui honere armoꝝ oppreſſis: ſi mul & de nauibus deſiliendum:& in fluctibus conſiſtendum :& cum

hoſtibus erat pugnãdum. Cum illi aut ex arido: aut paulũlum ĩ aquã progreſſi: omnibus membris expediti: notiſſimis locis audacter tæla coniicerent. Et equos inſuefactos incitarent. quibus rebus noſtri perterriti: atq; huius omnino generis pugnæ imperiti: non eadem alacritate ac ſtudio quo in pedeſtribus uti præliis cõſuerant: utebãt̃. Quod ubi Cæſar animaduertit: naues longas: quarum & ſpecies barbaris inuſitatior: & motus ad uſus expeditior: paulum remoueri ab honerariis nauibus: & remis incitari: & ad latus apertum hoſtium conſtitui: atq; inde fundis: tormẽtis: ſagittis hoſtes ꝓpelli ac ſubmoueri iuſſit: quæ res magno uſui noſtris fuit. Nam & nauium figura: & remoꝝ motu & inuſitato genere tormentoꝝ permoti barbari: conſtiterunt: Ac paululum modo pedem rettulerunt: atq; noſtris militibus cunctantibus: maxime propter altitudinem maris: qui decimæ legionis aqlam ferebat: conteſtatus deos ut ea res legioni feliciter eueniret: deſilite: inqt milites: niſi uultis aqlam hoſtibus prodere. ego certe meum reip. atq; Imperatori officium præſtitero. Hoc cum magna uoce dixiſſet: ſe ex naui ꝓiecit: atq; in hoſtes aquilam ferre cœpit. Tum noſtri cohortatiĩter ſe ne tantum dedecus admitteretur: uniuerſi ex naui deſiluerunt. Hos item noſtri cum ex primis ꝓximis nauibus conſpexiſſent: ſubſecuti: hoſtibus appropinquarunt: pugnatum eſt ab utriſq; acriter. Noſtri tamen: quod neq; ordĩes ſeruare: neq; firmiter ĩſiſtere: neq; ſigna ſubſeq poterant: atq; alius alia ex naui qbuſcunq; ſignis occurrerat: ſe aggregabant: magnope perturbabantur. Hoſtes uero notis omnibus uadis: ubi ex littore aliquos ſingulares: ex naui aliquos egredientes conſpexerant: incitatis equis impeditos aggrediebãtur. Plures paũcos circunſiſtebant alii ab latere apto in uniuerſos tæla coniiciebãt. quod cum animaduertiſſet Cæſar: ſcaphas longarum nauium: item ſpeculatoria nauigia militibus compleri iuſſit. Et quos laborantes cũ ſpexerat: iis ſubſidia ſummittebat. Noſtri ſimul in arido conſtiterũt ſuis omnibus conſecutis: in hoſtes impetum fecerunt: atq; eos in fugam dederunt: neq; longius proſequi potuerunt. quod equites curſũ tenere: atq; inſulam capere non potuerunt. Hoc unum ad priſtinã fortunam Cæſari defuit. Hoſtes prælio ſuperati: ſimul atque ſe ex fuga receperunt: ſtatim ad Cæſarem legatos de pace miſerunt. obſides daturoſ. quæq; imperaſſet facturos eſſe polliciti ſunt: una cũ his legatis Comius atrebas uenit: Quem ſupra demonſtraueram a Cæſare ĩ Britanniam præmiſſum. hunc illi e naui egreſſum cum ad eos oratoris modo Cæſaris mandata deferret: compræhenderant: atq; in uĩcula cõiecerant. tunc facto prælio remiſerũt: quod impetrãda pace. Eius rei culpam in multitudinem coniecerunt. & propter imprudentiam: ut ignoſceretur: petiuerunt. Cæſar quæſtus quod cum ultro in cõtinentẽ

legatis miſſis:pacem a ſe petiſſent:bellum ſine cauſa intuliſſent:igno ſcere imprudētiæ dixit.obſideſq; imperauit. Quoꝝ illi partem ſtatim dederunt : partem ex longinquioribus locis acceſſitam paucis diebus ſeſe daturos dixerunt.Interea ſuos remigrare in agros iuſſerūt . Prin cipeſq; undiq; conuenire & ſe ciuitateſq; ſuas Cæſari cōmendare cœ perūt.His rebus pace firmata:poſt diem quartū:quā eſt in Britanniā uentum:naues.xviii.de quibus ſupra demonſtratum eſt:quæ equites ſuſtulerāt : ex ſuperiori portu leni uento ſoluerunt .Quæ cum appro pinquarent Britanniæ & ex caſtris uiderētur: tanta tempeſtas ſubito coborta eſt:ut nulla eāꝝ curſum tenere poſſet . Sed aliæ eodem unde erant profectæ:reuerterentur:aliæ ad inferiorem partem Inſulæ: quæ eſt propius ſolis occaſum:magno ſui cum periculo deiicerentur. Quæ tamen ancboris iactis cum fluctibus complerentur:neceſſario aduer ſa nocte in altum ꝓuectæ cōtinentē petierunt . Eadem nocte accidit: ut eſſet luna plena : qui dies maritimos æſtus maxīos in oceano effi cere conſueuit. Noſtriſq; id erat incognitum . ita uno tempoꝛe & lon gas naues:quibus Cæſar exercitū tranſportandū curauerat:quaſq; in aridum ſubduxerat:æſtus cōpleuerat.& bonerarias: quæ ad ancboras erant deligatæ:tempeſtas afflictabat:neq; ulla noſtris facultas aut ad miniſtrādi:aut auxiliandi dabať: cōpluribns nauibus fractis:reliquæ cum eſſent funibus ancboris reliquiſq; armamentis amiſſis:ad naui gandū inutiles:magna:id quod neceſſe erat accidere: totius exercitus perturbatio facta eſt . Neq; enim naues erant aliæ : quibus reportari poſſent : & oīa deerant:quæ ad reficiendas naues erant uſui: & quod oībus conſtabat:byemare in Gallia oportere:frumentū bis in locis in byemem prouiſum nō erat. Quibus rebus cognitis.principes Britan niæ:qui poſt prælium ad Cæſarem conuenerant:inter ſe collocuti:cū equites:& naues:& frumentū romanis deeſſe intelligerent:& paucita tem militum ex caſtroꝝ exiguitate cognoſcerent : quæ boc erant etiā anguſtiora:quod ſine impedimentis Cæſar legiones trāſportauerat : optimum factu eſſe duxerunt:rebellione facta : frumento cōmeatuq; noſtros probibere:& rem in byemem producere: quod bis ſuperatis : aut reditu interclufis: nemīnē poſtea belli inferendi cauſa in Britāni am tranſituꝝ confidebant.Itaq; rurſus coniuratione facta : paulatim ex caſtris diſcedere:ac ſuos clam ex agris deducere cœperunt . At Cæ ſar:& ſi nondum eoꝝ conſilia cognouerat:tamen & ex euentu nauiū ſuaꝝ:& ex eo:quod obſides dare intermiſerant:fore id: quod accidit : ſuſpicabatur. Itaq; ad oēs caſus conſilia comparabat:nam & frumen tum ex agris in caſtra quottidie cōferebat:& quæ grauiſſime afflictæ erant naues:eaꝝ materia atq; ære ad reliquas reficiendas utebatur. & quæ ad eas res erant uſui:ex continenti cōportari iubebat. Itaq; cum

id ſūmo ſtudio a militibus adminiſtraretur:duodecim nauibus amiſſis:reliquis:ut nauigari comode poſſit:efficit.dum ea geruntur legione ex conſuetudine una furmentatum miſſa:quæ apellabatur ſeptima neq; ulla ad id tempus belli ſuſpitione poſita : cum pars hominum in agris remaneret:pars etiam in caſtra uentitaret.ii.qui pro portis caſtrorum in ſtatione erant : Cæſari nuntiauerūt puluerem maiorem quā conſuetudo ferret:in ea parte uideri:quā in partem legio iter feciſſet. Cæſar id quod erat:ſuſpicatus:aliquid noui a barbaris initum cōſilii : cohortes quæ in ſtationibus erant:ſecum in eam partem proficiſci:ex reliquis duabus in ſtationē ſuccedere cohortes:reliquas armari & confeſtim ſeſe ſubſequi iuſſit.cum paulo longius a caſtris proceſſiſſet.& ſuos ab hoſtibus premi:atq; ægre ſuſtinere:& conferta legione:ex oībus partibus tæla coniici aīaduertit.Nam quod omni ex reliqs partibus demeſſo frumento pars una erat reliqua:ſuſpicati hoſtes huc noſtros eſſe uenturos:noctu in ſiluis delituerant. Tum diſperſos depoſitis armis in metendo occupatos ſubito adorti:paucis interfectis : reliquos in certis ordinibus pturbauerant.ſimul equitatu atq; eſſedis circundederant. Genus hoc eſt ex eſſedis pugnæ : primo per oēs partes perequitant:& tæla coniiciunt:atq; ipſo terrore equorum : & ſtrepitu rotarum ordines plærūq; perturbant . Aurigæ interim paulatim ex prælio excedunt:atq; ita currus collocāt:ut ſi illi a multitudine hoſtium præmantur:expeditum ad ſuos receptum habeant.Ita mobilitatē eqtum: ſtabilitatē peditum præliis præſtant:ac tantū uſu quottidiano & exercitatione efficiunt : uti in decliui ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere:& breui moderari:ac flectere:& per temonem percurrere:& in iugo inſiſtere:& ſe inde in currus citiſſime recipere conſuerint. Quibus rebus perturbatis noſtris nouitate pugnæ tempore opportuniſſimo Cæſar auxiliū tulit.Nanq; eius aduentu hoſtes conſtiterunt. Noſtri ſe ex timore receperunt. quo facto ad laceſſendum & cōmittendū prælium alienum eſſe tempus arbitratus:ſuo ſe loco continuit:& breui tempore intermiſſo:in caſtra legiones reduxit.dum hæc geruntur: noſtris oībus occupatis:qui erant in agris reliqui:diſceſſerunt.ſecutæ ſunt continuo complures dies tempeſtates: quæ & noſtros in caſtris continerent:& hoſtem a pugna prohiberent.Interim barbari nuntios in omnes partes dimiſerunt : paucitatēq; noſtrorum militum ſuis prædicauerunt.Et quanta prædæ faciendæ atq; in perpetuū ſui liberandi facultas daretur:ſi romanos caſtris expuliſſent:demonſtrauerūt . His rebus celeriter magna multitudine peditatus equitatuſq; coacta : ad caſtra uenerunt.Cæſar &ſi idem:quod ſuperioribus diebus acciderat: fore uidebat:ut ſi eſſent hoſtes pulſi:celeritate periculum effugerent: tamen nactus equites circiter.xxx.quos Comius Atrebas:de quo ante

dictum eſt:ſecum tranſportauerat: legiones in acie pro caſtris conſti
tuit.cōmiſſo prælio : diutius noſtroꝝ militu m impetum hoſtes ferre
non potuerunt.ac terga uerterunt.quos tanto ſpatio ſecuti:quantum
curſu & uiribus efficere potuerunt:complures ex his occiderūt. deīde
oībus longe lateq; ædificiis incenſis:ſe in caſtra receperunt. Eodē die
legati ab hoſtibus miſſi ad Cæſarem de pace uenerunt. Iis Cæſar nu
merum obſidum quem ante imperauerat:duplicauit:eoſq; in cōtinen
tem adduci iuſſit.Quod propinqua die equinoctii infirmis nauibus:
hyemis nauigationē ſubeundam non exiſtimabat.Ipſe idoneam tem
peſtatem nactus paulo poſt mediā noctem naues ſoluit:quæ oēs inco
lumes ad continentē peruenerūt:Sed ex his honerariæ duæ eoſdem :
quos reliquæ portus capere non potuerūt:& paulo infra delatæ ſunt.
Quibus ex nauibus.cum eſſent expoſiti milites circiter.ccc.atq; in ca
ſtra contenderent:morini quos Cæſar in Britanniam ꝓficiſcens:paca
tos reliquerat:ſpe prædæ adducti:primo nō ita magno ſuoꝝ numero
circūſiſterunt:ac ſi ſeſe interfici nollent:arma ponere iuſſerunt. cum
illi orbe facto ſeſe defenderent: celeriter ad clamorem hoīum circiter
millia ſex conuenerūt.Qua re nuntiata:Cæſar omnē ex caſtris equita
tum ſuis auxilio miſit. Interim noſtri milites impetum hoſtiū ſuſti
nuerunt.atq; amplius horas.iiii.fortiſſime pugnauerūt.& paucis uul
neribus acceptis:complures ex his ceciderūt.poſtea uero quā equitat⁹
noſter in conſpectū uenit:hoſtes abiectis armis terga uerterunt. ma
gnuſq; eoꝝ numerus eſt occiſus.Cæſar poſtero die .T. Labienū lega
tum cum iis legionibus:quas ex Britannia reduxerat:in morinos:qui
rebellionē fecerant:miſit.Qui cum propter ſiccitates paludū : quo ſe
reciperent:non haberent:quo ſuperiore anno ſemper fuerant uſi: oēs
fere in poteſtatē Labieni peruenerunt.At.Q.Titurius &.L.Cotta lega
ti:qui in menapioꝝ fines legiones deduxerant:oībus eoꝝ agris uaſta
tis frumentis ſucciſis ædificiis incenſis : quod menapii omnes ſe in
denſiſſimas ſiluas abdiderāt. ſe ad Cæſarem recipiūt.Cæſar in belgis
omnium legionum hyberna conſtituit. eo duæ omnino ciuitates ex
Britannia obſides miſerunt. Reliquæ neglexerunt. His rebus geſtis
ex litteris Cæſaris dierum.xx.ſupplicatio a Senatu decreta eſt .

G. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIBER QVINTVS.

l .DOMITIO:Appio Claudio cōs: diſcedēs ab hyber
nis Cæſar in Italiam:ut quotannis facere cōſueuerat:
uenit.legatis imꝑat:quos legionibus præfecerat: uti
quāplurimas poſſent hyeme naues exædificandas:

uetereſq; reficiendas curarent:eaꝝ modum formaq; demonſtrat ad celeritatem honerariis ſubductiores:pauloq; facit humiliores:quã qbus in noſtro mari uti cõſueuimus.atq; ideo magis : quod ꝓpter crebras cõmutationes æſtuũ minus magnos ibi fluctus fieri cognouerat ad honera & ad multitndinẽ iumentoꝝ trãſportandã:paulo latiores:quã quibus in reliquis utimur maribus.has omnes actuarias imperat fieri.quam ad rem humilitas multum adiuuat . ea quæ ſunt uſui ad armandas naues:ex Hiſpania apportari iubet.ipſe conuentibus Galliæ citerioris pactis:in Illiricum proficiſcitur.quod a Piruſtis finitimam partem prouinciæ incurſionibus uaſtari audiebat.qua re nuntiata:Piruſtæ legatos ad eum mittunt.qui doceant: nihil eaꝝ rerum publico factum conſilio:ſeſeq; paratos eſſe demonſtrant:oĩbus rationibus de iniuriis ſatiſfacere percepta oratione Cæſar:obſides imperat:eoſq; ad certam diem adduci iubet.Niſi ita fecerint ſeſe bello ciuitatẽ pſecuturum demonſtrat.iis ad diem adductis: ut imperauerat arbitros inter ciuitates dat.qui litem æſtiment pœnamq; cõſtituant. His confectis rebus conuentibuſq; pactis:in citeriorem Galliam reuertit͂.atq; inde ad exercitum proficiſcitur . eo cum ueniſſet circuitis oĩbus hybernis ſingulari militum ſtudio in ſũma oĩum rerum inopia circiter ſexcentas eius generis:cuius ſupra demonſtrauimns naues :& lõgas.xxviii. inuenit conſtructas neq; multum abeſſe ab eo quin paucis diebus deduci poſſent.Collaudatis militibus atq; iis quos negotio præfecerat : quid fieri uellet oſtendit.atq; oẽs ad portũ icium cõuenire iubet.quo ex portu cõmodiſſimũ in Britãnia traiectum eſſe cognouerat circiter millium paſſuum.xxx.tranſmiſſum a continenti . Huic rei quod ſatis uiſum eſt:militum reliquit.ipſe cum legionibus expeditis.iiii.& eqtibus.dccc.in fines treuirorũ proficiſcitur.quod ii neq; ad cõſilia ueniebant.neq; imperio parebant: germanoſq; trãſrenanos ſollicitare dicebantur. hæc ciuitas longe plurimũ totius Galliæ equitatu ualet : magnaſq; habet copias peditum:rhenumq;: ut ſupra demonſtrauimus . tangit.in ea ciuitate duo de principatu contendebãt.Indutiomarus & Cingentorix:ex quibus alter ſimul atq; de Cæſaris legionũq; aduẽtu cognitum eſt:ad eum uenit:ſe ſuoſq; oẽs in officio futuros : neq; ab amicicia populi ro.defecturos confirmauit.quæq; in treuiris gererentur:oſtendit.at Indutiomarus equitatum:peditatũq; cogere.iiſq;: qui per ætatem in armis eſſe non poterant:in ſiluam arduennam abditis quæ ingenti magnitudĩe per medios fines treuiroꝝ a flumine rheno ad initium remoꝝ pertinet bellum parare inſtituit. Sed poſteaq̃ non nulli principes ex ea ciuitate: & familiaritate Cingentorigis adducti : & aduentu noſtri exercitus perterriti ad.Cæſarem uenerũt:& de ſuis priuatim rebus ab eo petere cœperunt.quoniã ciuitati conſulere non

poſſet:ueritus ne ab hoibus deſereret̃. Indutiomarus legatos ad Cæ ſarem mittit. ſeſe idcirco a ſuis diſcedere:atq; ad eũ uenire uoluiſſe: quo facilius ciuitatem in offitio contineret. ne omnis nobilitatis diſ ceſſu:plæbs ꝑpter imprudentiam laberetur. Itaq; eſſe ciuitatem ĩ ſua poteſtate:ſeſeq;:ſi Cæſar ꝑmitteret ac eum ĩ caſtra uentuꝝ:ſuas ciui tatiſq; fortunas eius fidei cõmiſſuꝝ. Cæſar & ſi intelligebat:qua de ca uſa ea dicerentur:quæq; eum res ab inſtituto cõſilio deterreret: tamẽ ne æſtatem in treuiris conſumere cogeret̃: omnibus ad Britãniã bel lum rebus comparatis Indutiomaꝝ ad ſe cum.cc.obſidibus uenire iuſ ſit. Iis adductis:in iis filio:ꝑpinquiſq; eius omnibus: quos nominatĩ euocauerat:conſolatus: Induciomaꝝ bortatuſq; eſt:uti in officio ꝑma neret. nibilo tamen ſecius principibus treuiroꝝ ad ſe cõuocatis:bos ſingillatim Cingentorigi conciliauit.quod tum merito eius a ſe fieri intelligebat:tum magni intereſſe arbitrabatur:eius auctoritatẽ inter ſuos q̃plurimũ ualere:cuius tam egregiam in ſe uolũtatẽ ꝑſpexiſſet. Id tulit factum grauiter Indutiomarus ſuam gratiam inter ſuos mi nui.& qui iam inimico in nos animo eſſet:multo grauius boc dolore exarſit. Iis rebus conſtitutis Cæſar ad portum icium cum legionibus peruenit.ibi cognoſcit.lx.naues quæ in belgis factæ erant:tempeſtate reiectas:curſum tenere non potuiſſe.atq; eodem unde erãt profectæ: reuertiſſe.reliquas paratas ad nauigandũ.atq; oibus inſtructas ĩuenit eodem equitatus totius Galliæ peruenit.numero millium.iiii. princi peſq; ex oibus ciuitatibus ex quibus ꝑpaucos:quoꝝ in ſe fidem ꝑſpe xerat relinquere in Gallia reliquos obſidum loco ſecũ ducerere decre uerat.quod cum ipſe abeſſet:motum Galliæ uerebatur. Erat una cum cæteris Dũnorix beduus:de quo ante a nobis dictum eſt. Hunc ſecũ ducere in primis conſtituerat:quod eum cupidum reꝝ nouaꝝ cupidũ imperii:magni animi: magnæ inter gallos auctoritatis cognouerat. Accedebat buc:quod in concilio beduoꝝ Dũnorix dixerat ſibi a Cæſa re regnum ciuitatis deferri.quod dictum bedui grauiter ferebãt.neq; deprecandi cauſa:aut recuſandi legatos ad Cæſarem mittere audebãt. Id factum ex ſuis boſpitibus Cæſar coguouit. Ille oibus primo preci bus petere cõtendit:ut in Gallia relinqueret̃.partim quod religionibꝰ impediri ſeſe diceret. Poſteaq̃ id obſtinate ſibi negari uidit:omni ſpe impetrandi adempta:principes Galliæ ſollicitare: reuocare ſingulos: bortariq; cœpit:ut in continenti remanerent.metu territare: nõ ſine cauſa fieri:ut Gallia omni dignitate ſpoliaretur.id eſſe conſilium Cæ ſaris:ut quos in conſpectu Galliæ interficere uereretur:bos omnes in Britanniã traductos necaret. Fidem reliquis interponere. iuſiurandũ poſcere:ut quæ eſſe ex uſu Galliæ intellexiſſent: cõmuni cõſilio admi niſtrarent.bæc a cõpluribus ad Cæſarem deferebant̃. qua re cognita

Cæſar:quod tantum ciuitati beduæ dignitatis tribuebat: cohercendũ atq; deterrendum quibuſcunq; rebus poſſet: Dumnorigẽ ſtatuebat: quod longius eius amentiam progredi uidebat:proſpiciendum neq̇d ſibi ac reip.nocere poſſet.Itaq; circiter. xxv.dies ĩ eo loco cõmoratus: q; corus uentus nauigationem impediebat: q magnã partem omnis temporis in his conſueuit ſufflare:dabat operam: ut Dũnorigem in officio contineret: nihilo tamen ſecius omnia eius conſilia cognoſceret.Tandem idoneam tẽpeſtatem nactus:milites equiteſq; cõſcendere naues iubet.At impeditis oĩum animis: Dũnorix cum equitibus heduoꝶ a caſtris:inſciente Cæſare:domum diſcedere cœpit.Qua re nunciata:Cæſar intermiſſa profectione:atq; oĩbus rebus poſtpoſitis: magnam partẽ equitatus ad eum inſequendũ mittit:retrahiq; imperat: ſi uim faciat:neq; pareat:interfici iubet.Nihil hũc ſe abſẽte pro ſano facturum arbitratus:qui præſentis imperium neglexiſſet. Ille autem reuocatus reſiſtere:ac ſe manu defendere:ſuoꝶq; fidem implorare cœpit:ſæpe clamitans liberum ſe:liberæq; eſſe ciuitatis.Illi ut erat imperatum:circũſiſtunt hoĩem:atq; interficiunt.At hedui equites ad Cæſarem omnes reuertuntur.His rebus geſtis:Labieno cum tribus legionibus & equitum millibus duobus in cõtinentẽ relicto:ut portus tueretur: & rẽ frumẽtariã prouideret:quæq; in Gallia gererent̃:cognoſceret:conſiliumq; pro tẽpore:& pro re caperet:ipſe cum legionibus q̃nq; & pari numero equitum:quem in continenti reliquerat:ad ſolis occaſum naues ſoluit. & leni africo prouectus: media circiter nocte uẽto intermiſſo:curſum non tenuit:& longius delatus æſtu:orta luce: ſub ſiniſtra Britanniã relictam cõſpexit. Tum rurſus æſtus cõmutationẽ ſecutus:remis contendit:ut eam partem Inſulæ caperet: qua optimũ eſſe egreſſum ſuperiori æſtate cognouerat.Qua in re admodum fuit militum uirtus laudanda: qui uectoriis grauibuſq; nauigiis non ĩtermiſſo remigandi labore longaꝶ nauium curſum adæquarũt.Acceſſũ eſt ad Britãniã oĩbus nauibus meridiano fere tẽpore: neq; in eo loco hoſtis eſt uiſus. Sed ut poſtea ex captiuis cognouit Cæſar cũ magnæ manus eo cõueniſſent: multitudĩe nauium pterritæ qui cum annotinis priuatiſq; quas ſui q̇ſq; cõmodi cauſa fecerant: ãplius octingẽtæ uno erant uiſæ tẽpore:a littore diſceſſerant.ac ſe in ſuperiora loca abdiderant.Cæſar expoſito exercitu: ac loco caſtris idoneo capto ubi ex captiuis cognouit:quo in loco copiæ conſediſſent. cohortibus decem ad mare relictis:& equitibus trecẽtis:qui præſidio nauibus eſſent: de tertia uigilia ad hoſtes contendit.eo minus ueritus nauibus quod in littore molli atq; aperto deligatas ad ancboram relinquebat.Et præſidio nauibus.Q.Atrium præfecit.Ipſẽ noctu progreſſus millia paſſuũ circiter.xii.hoſtium copias cõſpicatus eſt. Illi equitatu atq; eſſedis ad

flumen ꝓgreſſi:ex loco ſupiore noſtros ꝓhibere: & prælíũ cõmittere cœperunt:repulſi ab equitatu ſe in ſiluas abdiderunt: locũ nacti egregie & natura: & opere munitum.quem domeſtici belli: ut uidebatur cauſa.iam ante præparauerãt.Nam crebris arboribus ſuccifis:omnes introitus erant præcluſi.Ipſi ex ſiluis rari ꝓpugnabant:noſtroſq; ĩtra munitiones ingredi ꝓhibebant.At milites legionis.vii. teſtudine facta:& aggere ad munitiones adiecto:locum ceperunt : eoſq; ex ſiluis expulerunt:paucis uulneribus acceptis.Sed eos fugientes longius Cæſar proſequi uetuit:& quod loci naturam ignorabat: & quod magna parte diei conſumpta munitioni caſtroꝝ tempus relinqui uolebat.Poſtridie eius diei mane tripartito milites equiteſq; in expeditioné miſit:ut eos qui fugerant pſequerẽtur:iis aliquantũ itineris progreſſis: cum iam extremi eſſent in proſpectu equites a.Q.Atrio ad Cæſarem uenerunt.qui nuntiarent ſuperiori nocte:maxima coborta tẽpeſtate : prope omnes naues afflictas:atq; in littore eiectas eſſe.quod neq; anchoræ:funeſq; ſuſtinerẽt:neq; gubernatores: nautæq; uim tẽpeſtatis pati poſſent.Itaq; ex eo concurſunauium magnũ eſſe incõmodum acceptum.His rebus cognitis Cæſar:legiones equitatũq; reuocari: atq; in itinere conſiſtere iubet.ipſe ad naues reuertitur:eadem fere quæ ex litteris:nuntiiſq; cognouerat:coram perſpicit.ſic ut miſſis circiter.xl. nauibus:reliquæ tamen refici poſſe magno negotio uiderentur.Itaq; ex legionibus fabros deligit:& e continenti alios accerſiri iubet.Labieno ſcribit:ut q̃plurimas poſſet:his legionibus:quæ ſunt apud eum : naues inſtituat.Ipſe & ſi res erat multi opis ac laboris:cõmodiſſimũ eſſe ſtatuit oẽs naues ſubduci:& cum caſtris una munitiõe cõiungi . In his rebus circiter dies.x.conſumit.nec nocturnis quidem temporibus ad laborem militũ intermiſſis : ſubductis nauibus caſtriſq; egregie munitis.eaſdẽ copias.quas antea præſidio nauibus reliquit . ipſe eodem:unde redierat:ꝓficiſcit̃:eo cum ueniſſet: maiores iam undiq; in eum locum copiæ Britannoꝝ conuenerãt. Sũma imperii belliq; administrandi cõmuni conſilio permiſſa eſt: caſſiuellauno cuius fines a maritimis ciuitatibus flumẽ diuidit:quod appellat̃ Thameſis:a mari circiter paſſuum millibus.lxxx.huic ſuperiori tempore cum reliquis ciuitatibus continua bella interceſſerant. Sed noſtro aduentu permoti Britanni.hunc toti bello:imperioq; præfecerãt.Britãniæ pars interior ab his incolitur:quos natos in Inſula ipſi memoria proditum dicũt. maritima pars ab his qui prædæ ac belli inferendi cã ex belgis trãſierant:qui omnes fere his noĩbus ciuitatũ appellantur : quibus orti ex ciuitatibus eo puenerunt:& bello illato ibi permanſerunt. atq; agros colere cœperũt:hoĩum eſt infinita multitudo:celeberrimaq; ædificia : fere gallicis conſimilia.pecorum numerus magnus. utuntur tamen

ære ut nummo aureo: aut anulis ferreis ad certum pōdus examinatis nummis. Naſcitur ibi plumbũ album in mediterraneis regionibus: in maritimis ferrum : ſed eius exigua eſt copia : ære utuntur impor tato. Materia cuiuſq; generis: ut in gallia eſt: præter fagum: atq; abie tem. Leporem & gallinam & anſerem guſtare: fas non putant. Hæc enim alunt animi uoluptatiſq; cauſa. Loca ſunt temperatiora quam in gallia: remiſſioribus frigoribus. inſula natura triquetra: cuius imũ latus eſt contra galliam. huius lateris alter angulus: qui eſt ad cantiũ: quo fere omnes galliæ naues appelluntur: ad orientem ſolem: ĩ ferior ad meridiem ſpectat. Hoc pertinet circiter millia paſſuum. quingēta Alterum uergit ad Hiſpaniam: atq; occidentē ſolem. qua ex parte eſt Ibernia dimidio minor: ut æſtimatur: quam Britannia: ſed pari ſpatio tranſmiſſus: atq; ex Gallia eſt in Britanniam. In hoc medio curſu eſt Inſula: quæ appellatur Motia. complures præterea minores ſubiectæ Inſulæ exiſtimantur. de quibus Inſulis non nulli ſcripſerunt: dies cō tinuo triginta ſub bruma eſſe noctes. nos nihil de eo percũctationib⁊ reperiebamus: niſi certis ex aqua menſuris breuiores eſſe: quã in con tinenti noctes uidebamus. Huius eſt longitudo lateris : ut fert illorũ opinio: ſeptingentoꝝ millium. Tertium eſt cōtra ſeptētrionē: cui parti nulla eſt obiecta terra: ſed eius angulus lateris maxime ad germaniã ſpectat. hoc millia paſſuum octingenta in lōgitudinē eſſe exiſtimat̃. Ita omnis Inſula eſt in circuitu uicies centum millibus paſſuum. ex his oĩbus longe ſunt humaniſſimi: qui cantium incolunt: quæ re gio eſt maritima omnis: neq; multum Gallica differunt cōſuetudĩe. Interiores plæriq; frumenta non ſerunt : ſed lacte : & carne uiuunt. pellibuſq; ſunt ueſtiti. oēs uero ſe Britãni ultro glaſto inficiũt: quod ceruleum efficiat colorem. atq; hoc horridiores ſũt: in pugna aſpectu. capilloq; ſunt promiſſo: atq; omni parte corporis raſa præter caput: & labrum ſuperius. Vxores habent deni: duodeniq; ĩter ſe cōmunes : & maxime fratres cum fratribus: & parentes cũ liberis. Sed ſiqui ſũt ex his nati: eoꝝ habentur liberi. a quibus primũ uirgo quæq; adducta eſt. Equites hoſtium eſſedarii acriter prælium cum equitatu noſtro in itinere conflixerunt. tamē ut noſtri oĩbus partibus ſuꝑiores fuerint : atq; omnes in ſiluas colleſq; compulerint : ſed cōpluribus interfectis cupidius inſecuti: non nullos ex ſuis amiſerunt. At illi intermiſſo ſpa tio: imprudentibus noſtris: atq; occupatis in minutione caſtroꝝ: ſubi to ſe ex ſiluis eiecerũt: impetuq; in eos facto: qui erãt in ſtatione pro caſtris collocati: acriter pugnauerũt. duabuſq; miſſis ſubſidio coborti bus a Cæſare: atq; his primis legionũ duaꝝ cum eæ intermiſſo perexi guo loci ſpatio: inter ſe conſtitiſſent: nouo genere pugnæ perterritis noſtris: ꝑ medios audaciſſime ꝓruperũt. ſeq; inde ĩcolumes receꝑũt.

Eo die.Q.Laberius durus tr.militū interficit̃.Illi pluribus ſubmiſſis cohortibus repelluntur . toto hoc genere pugnæ cū ſub oculis oīum ac pro caſtris dimicaretur:intellectum eſt noſtros propter grauitatem armorū :q̧ neq; inſequi cedentes poſſent : neq; a ſuis diſcedere aude rent:minus aptos eſſe ad huius generis hoſtes : equites autē magno cū periculo prælio dimicare:propterea ꝙ illi etiam conſulto plærunq; cæderent:& cū paululum a legionibus noſtros remouiſſent ex eſſedis deſilirent:& pedibus diſpari prælio contenderent . Accedebat ad hæc ut nunq̃ cōferti:ſed rari:magniſq; interuallis præliarentur.Statiōeſq; diſpoſitas haberent:atq; alios alii deinceps exciperent : integriq; & re centes defatigatis ſuccederent . Poſtero die procul a caſtris hoſtes in collibus conſtiterunt:rariq; ſe oſtendere:ac lenius quā pridie noſtros equites prælio laceſſere cœperunt.Sed meridie:cum Cæſar pabulandi gratia tres legiones : atq; oēm equitatū cum.G.Trebonio legato mi ſiſſet:repente ex omnibus partibus ad pabulatores aduolauerunt : ſic uti ab ſignis legionibuſq; non abſiſterent.Noſtri acriter in eos impe tu facto repulerunt:neq; finem ſequendi fecerunt.quo ſubſidio confi ſi equites:cū poſt ſe legiones uiderent:præcipites hoſtes egerunt: ma gnoq; eoꝝ numero interfecto:neq; ſui colligendi:neq; cōſiſtendi:aut ex eſſedis deſiliendi facultatē dederunt.Ex hac fuga protinus.quæ un diq; conuenerant auxilia:diſceſſerunt.neq; poſt id tempus unq̃ ſum mis nobiſcum copiis hoſtes contenderūt.Cæſar cognito conſilio eoꝝ ad flumen tameſim in fines caſſiuellauni exercitū duxit: quod flumē uno omnino loco pedibus atq; hoc ægre trāſiri poteſt.eo cū ueniſſet: aīaduertit ad alteram fluminis ripam magnas eſſe copias hominum inſtructas.Ripa aūt erat acutis ſudibus præfixis munita . Eiuſdemq; generis ſub aqua defixæ ſudes flumine tegebantur.His rebus cogni tis a captiuis:perfugiſq;:Cæſar præmiſſo equitatu confeſtim legionē ſubſequi iubet.Sed ea celeritate:atq; impetu milites ierunt: cū capite ſolo ex aqua extarent:ut hoſtes impetū legionum atq; equitū ſuſtine re non poſſent:ripaſq; dimitterent:ac ſe fugæ mandarent.Caſſiuellau nus:ut ſupra demonſtrauimus:omni ſpe depoſita cōtentionis:dimiſ ſis amplioribus copiis:millibus circiter quattuor eſſedarioꝝ relictis : itinera noſtra ſeruabat:paululūq; ex uia excedebat.Lociſq; impeditiſ: atq; ſilueſtribus ſe occultabat:atq; his regionibus:qbus nos iter fac turos cognouerat:pecora atq; hoīes ex agris in ſiluas compellebat.Et cū equitatus noſter liberius uaſtandi:prædandiq; cauſa ſe ī agros eie cerat:omnibus uiis ſemitiſq; eſſedarios ex ſiluis emittebat.Et cū ma gno periculo noſtroꝝ equitum cū his confligebat:atq; hoc metu lati us uagari prohibebat.Relinquebatur : ut neq; longius ab agmine le gionū diſcedi Cæſar pateretur:& tantū in agris uaſtandis:incendiiſq;

faciendis hoſtibus noceretur.quantum labore atq; itinere legionarii milites efficere poterant.Interim Trinobantes prope firmiſſima eaꝝ regionum ciuitas:ex qua Mandubratius adoleſcens Cæſeris fidem ſe cutus:ad eū in continenté galliam uenerat:cuius pater Imanuentius in ea ciuitate regnū obtinuerat:īterfectuſq; erat a Caſſiuellauno:ipſe fuga morté uitauerat:legatos ad Cæſarem mittunt.polliceturq; ſeſe ei dedituros ; & impata facturos.Petunt:ut Mandubratiū ab iniuria Caſſiuellauni defendat:atq; in ciuitaté mittat : qui præſit:imperiūq; obtineat.His Cæſar imperat obſides ad numerum.xl . frumentumq; exercitui : Mandubratiumq; ad eos mittit . Illi imperata celeriter fecerunt.obſides ad numerum : frumentumque miſerunt Trinoban tibus defenſis: atq; abomni militum iniuria probibitis : Ceuimagni ſengoriaci:ancalites:bibrogi:caſſi:legationibus miſſis:ſeſe Cæſari de diderunt. Ab bis cognoſcit nō longe ex eo loco oppidū Caſſiuellauni abeſſe:ſiluis paludibuſq; munitū.quo ſatis magnus boīum pecoriſq; numerus conuenerit.Oppidum aūt Britāni uocant:eū ſiluas impedi tas uallo:atque foſſa munierunt:quo incurſionis boſtiū uitandæ cā conuenire conſuerant.eo proficiſcitur cū legionibus :locum repperit egregie natura atque opere munitū.Tamen bunc duabus ex partibus oppugnare contendit . Hoſtes pauliſper morati militum noſtroꝝ im petum non tulerunt : ſeſeq; ex alia parte oppidi eiecerunt . Magnus ibi numerus pecorum repertus : multique infuga ſunt cōpræbenſi : atq; interfecti .Dum bæc in bis locis geruntur : Caſſiuellaunus ad cantium :quod eſt a mare:ut ſupra demonſtrauimus : quibus regiōi bus quattuor reges præerant : Cingentorix. Caruilius. Taximagul?. Segonax nuntios mittit:atq; bis imperat:ut coactis omnibus copiis: caſtra naualia de improuiſo adoriantur:atq; oppugnent . Hi cum ad caſtra ueniſſét:noſtri eruptione facta: multis eorum interfectis:capto etiam nobili duce.Cingentorige:ſuos incolumes reduxerunt. Caſſiuel launus boc prelio nuntiato:tot detrimentis acceptis:uaſtatis finibus: maxime etiam permotus defectione ciuitatum legatos per. Atrebaté comum de deditione ad . Cæſaré mittit.Cæſar cum ſtatuiſſet byemé in continéti ꝓpter repétinos galliæ motus agere: neq; multū æſtatis ſupereſſet.atq; id facile extrabi poſſe intelligeret:obſides imperat : & quid in annos ſingulos uectigalis Po.Ro.Britānia penderet:conſtitu it.Interdicit:atq; impat Caſſiuellauno ne Mandubratio:neu trinoban tibus bellum faciat.Obſidibus acceptis : exercitū reducit ad mare.na ues inuenit refectas . His deductis ꝙ & captiuoꝝ magnū numeꝝ ba bebat:& nō nullæ deperierant naues : duobus cōmeatibus exercitum reportare conſtituit.Ac ſi accidit ut ex tanto nauiū numero : tot naui gationibus:neq; boc neq; ſupiore anno ulla omnino nauis quæ : mi

lites portaret deſideraret̃: At ex iis.quæ inanes ex continenti ad eum remitterentur:& prioris commeatus expoſitis militibus:& quas poſt Labienus faciendas curauerat:numero.lx.perpaucæ locũ caperent:reli quæ fere oẽs reiicerent̃.Quas cum aliquãdiu Cæſar fruſtra expectaſ ſet:ne anni tempore nauigatione excluderetur.ꝙ equinoctiũ ſuberat: neceſſario anguſtius milites collocauit.Ac ſumma tranquillitate con ſecuta.Secunda cũ ſoluiſſet uigilia.prima luce terram attigit: õneſq; incolumes naues perduxit.Subductis nauibus:cõcilioq; galloꝝ ſama robrinæ peracto:ꝙ eo ãno frumentũ in gallia propter ſiccitates angu ſtius prouenerat: coactus eſt aliter:ac ſupioribus ãnis exercitũ in hy bernis collocare:legioneſq; in plures ciuitates diſtribuere: ex quibus unam in morinos ducenndam.G.Fabio legato dedit. Alterã in nerui os.Q.Ciceroni.Tertiã in eſſuos L.Roſcio.Quartam in remis cum.T. Labieno in cõfinio treuiroꝝ hyemare iuſſit.Tres in Belgio collocauit His.M.Craſſum.&.L.Munatiũ Plancũ &.G.Trebonium legatos præ fecit.unam legioné: quam proxime trans Padum conſcripſerat.& co hortes.v.in eburones:quoꝝ pars maxĩa eſt ĩter moſam & rhenum :q ſub imperio Ambiorigis & Catuolci erant: miſit:His militibus .Q. Titeriũ Sabinum:&.L.Auriunculium Cottam legatos præeſſe iuſſit. Ad hũc modum diſtributis legionibus:facilime inopiæ frumentariæ ſe mederi poſſe exiſtimauit.Atq; haꝝ tamen oĩum legionũ hyberna: preter eam:quã.L.Roſcio in pacatiſſimã: & quietiſſimam ꝑtem ducé dam dederat:millibus paſſuũ centũ continebãtur. Ipſe interea quoad legiones collocaſſet:munitaq; hyberna cognouiſſet: in galliam mora ri conſtituit.Erat in carnutibus ſummo loco natus Taſgetius.Huius maiores in ſua ciuitate regnum obtinuerãt.Huic Cæſar pro eius uir tute atq; in ſe beniuolentia:quod in õnibus bellis ſingulari eius opa fuerat uſus:maioꝝ locũ reſtituerat.Tertium iam nunc ãnum regnan tem inimici palam multis etiã ex ciuitate iis auctoribus eũ interfece runt.defertur ea res ad Cæſarem.Ille ueritus: quod ad plures res per tinebat:ne ciuitas eoꝝ impulſu deficeret:L.Plancum cum legione ex belgio celeriter in carnutes proficiſci iubet:ibiq; hyemare. Quorũq; opa cognouerat Taſgetium interfectũ:hos cõpræhenſos ad ſe mitte re.Interim ab omnibus legatis:quæſtoribuſq;:qbus legiones tradide rat:certior factus eſt:in hyberna puẽtum.Locumq; hybernis eſſe mu nitũ.Diebus circiter . xv:quibus in hyberna uẽtum eſt :initium repẽ tini tumultus ac defectionis ortum eſt:ab Ambiorige:& Catuuulco: qui cũ ad fines regni ſui Sabino Cottæq; præſto fuiſſent:frumẽtũq; in hyberna comportaſſent:indutio mari treuiri nũtiis ſuis concitaue rũt:ſubitoq; oppreſſis lignatoribus:magna manu ad caſtra pugnatũ uenerunt. Cũ celeriter noſtri arma cepiſſent: uallumq; aſcendiſſent:

atq; una ex pte Hiſpáis eqtibus emiſſis equeſtri prælio ſupiores fuiſſent: deſpata re: hoſtes ſuos ab oppugnatióe reduxerũt. Tũ ſuo more cõclamauerũt: uti aliq ex noſtris ad colloqũ pdirét. habere ſeſe quæ de re comũ dicere uellent. qbus rebus cõtrouerſias minui poſſe ſperarét. mittitur ad eos colloquẽdi cauſa. G. Carpineius eques Romãus familiaris. Q. Titurii: &. Q. Iunius ex Hiſpania quidã: qui iam ãte iniuſſu cæſaris ad Ambiorigé uentitare conſueuerat. Apud quos Ambiorix ad hunc modũ locutus eſt. Seſe pro Cæſeris in ſe beneficiis plurimũ ei confidere debere: quod eius opera ſtipendio liberatus eſſet. Quod aduaticis finitimis ſuis pendere conſueſſet. quodq; ei filius: & fratris filius ab Cæſare remiſſi eſſent: quos aduatici obſidum nũero miſſos apud ſe inſeruitute & cathænis tenuiſſent: neq; id: quod fecerat de oppugnatione caſtro℞: aut iudicio aut uoluntate ſua feciſſe: ſed coactu ciuitatis: ſuaq; eſſe eiuſmodi imperia: ut non minus haberet in ſe iuris multitudo: quã ipſe in multitudiné ciuitati porro hanc fuiſſe belli cauſam: quod repentinæ gallo℞ coniurationi reſiſtere nõ potuerit. Is ſe facile ex humilitate ſua probare poſſe: quod nõ adeo ſit imperit? re℞ ut ſuis copiis po. Ro. ſupari poſſe confidat. ſed eſſe galliæ cõmune cõſilium: omnibus hybernis Cæſaris oppugnandis. hũc eſſe dictũ diem nequa legio alteræ legioni ſubſidio uenire poſſet: nõ facile gallos gallis negare potuiſſe. præſertim cũ de recuperanda cõmuni libertate cõſilium initum uideretur. qbus quoniã pro pietate ſatiſfecerit: habere ſe nunc rationé officii: pro beneficiis Cæſaris monere: orare Tituriũ pro hoſpitio ut ſuæ ac militum ſaluti conſulat. Magnam manũ germano℞ conductam rhenũ tranſiſſe. Hanc affore biduo: ipſo℞ eſſe conſiliũ: uelint ne priuſq̃ finitimi ſentiant: eductos ex hybernis milites: aut ad Ciceroné aut ad Labienũ deducere: quo℞ alter millia paſſuum circiter quinquaginta alter paulo amplius ab his abſit. Illud ſe polliceri: & iureiurando cõfirmare tutũ iter per fines datu℞. quod cum faciat & ciuitati ſeſe: conſulere: quod hybernis leuetur: & Cæſari pro eis meritis gratiã referre. Hac oratione habita: diſcedit Ambiorix Carpineius & Iunius: quæ audierãt: ad legatos deferũt. Illi repentina re turbati: & ſi ab hoſte ea dicebantur: nõ tamen negligenda exiſtimabant. Maxíeq; hac re pmouebantur: quod ciuitaté ignobilem atq; humilé eburonũ ſua ſponte po. Ro. bellum facere auſam: uix erat credendum. Itaque ad conſiliũ rem deferunt: magnaq; inter eos exiſtit controuerſia. L. Aurunculeius: cõpluresq; tribuni militũ: & primo℞ ordinũ centuriones: nihil temere agendũ: neq; ex hybernis iniuſſu Cæſaris diſcedendum exiſtimabant: quã a ſuis magnas copias germano℞ ſuſtineri poſſe munitis hybernis docebant. rem eſſe teſtimonio. quod primũ hoſtiũ impetũ: multis ultro uulneribus illatis: fortiſſime ſuſtinuerũt

Re frumentaria non premi.Interea & ex ꝓximis hybernis:& a Cæſa
re cõuentura ſubſidia.poſtremo quid eſſet læuius:aut turpius:quam
auctore hoſte de ſummis rebus capere:conſiliũ ? Contra ea Titurius
ſero facturus clamitabat:cũ maiores manus hoſtiũ adiunctis germa
nis cõueniſſēt.& cũ aliqd calamitatis in ꝓximis hyberĩs eſſet acceptũ:
breuē conſulendi eſſe occaſionom.Cæſarem arbitrari ꝓfectum in Ita
liam:nec aliter carnutes interficiendi Taſgetii conſilium fuiſſe captu
ros:neq; eburones:ſi ille adeſſet:tanta contentiõe noſtra ad caſtra uen
turos eſſe.nõ hoſtem auctorē:ſed rem expectare:ſubeſſe rhenum:ma
gno eſſe germanis dolori Ariouiſti mortē.& ſuꝑiores noſtras uictori
as:ardere galliam tot cõtumeliis acceptis:ſub po.Ro.imperio redactã
ſuꝑiore gloria rei militaris extincta . Poſtremo quis hoc ſibi ꝑſuade
ret ſine certa re Ambiorigē ad eiuſmodi conſilium deſcendiſſe ? Suã
ſententiam in utraq; parte eſſe tutam: ſi nihil eſſet durius : nullo cũ
periculo ad ꝓximam legionē peruenturos . Si gallia oĩs cũ germanis
cõſentiret:unam eſſe in celeritate poſitam ſalutē. Cottæ q̄dem:atque
eoꝝ qui diſſentirent conciliũ:quē haberet exitum? In quo ſi præſens
periculum non ſit:at certe longinqua obſidione fames eſſet timenda
Hac in utraq; parte habita diſputatione : cum a Cotta primiſq; ordi
nibus acriter reſiſteretur.uincite:inquit:ſi ita uultis Sabinus:& id cla
riore uoce:ut magna pars militũ exaudiret. Neq; is ſum:inquit : qui
grauiſſime ex uobis mortis periculo terrear : hi ſapient & ſi grauius
quid acciderit:abs te rationem repoſcent.qui ſi per te liceat:perēdino
die cum proximis hybernis coniuncti:communem cum reliquis belli
caſum ſuſtineãt:ne recti & relegati longe ab cæteris aut ferro : aut fa
me intereant . Conſurgitur ex concilio compræhendunt utrunq; :&
orant:ne ſua diſſenſione & ꝑtinatia rē in ſũmo periculo deducant:fa
cilem eſſe rem:ſeu maneant:ſeu ꝓficiſcant̃:ſi modo unum omnes ſē
tiant:ac probent.Contra in diſſenſionem nullam ſe ſalutem perſpice
re.Res diſputatione ad mediam noctem perducitur.tãdem dat.Cotta
manus permotus ſuperiore ſentẽtia Sabini.pronuntiatur prima luce
ituros:conſumitur uigiliis reliqua pars noctis: cum ſua quiſq; miles
circumſpiceret:quid ſecum portare poſſet:quid ex inſtrumento hyber
noꝝ relinquere cogeretur . Omnia excogitantur:qua re nec ſine ꝑicu
lo maneatur:& langore militũ:& uigiliis periculum augeatur. Prima
luce:ſic ex caſtris ꝓficiſcuntur:ut qbus eſſet ꝑſuaſum:non ab hoſte:
ſed ab homine amiciſſimo Ambiorige conſiliũ datum :lõgiſſimo ag
mine magniſq; impedimentis.At hoſtes poſteaq̃ ex nocturno fremi
tu:uigiliiſq; de ꝓfectioue eoꝝ ſenſerunt:collocatis inſidiis: bipartito
in ſiluis opportũo conſilio:atq; occulto loco a millibus paſſuũ circiter
duobus.Romanorum aduentum expectabant. Et cum ſe maior pars

agminis in magnam conuallem dimiſiſſet:ex utraq; parte eius uallis ſubito ſeſe oſtenderũt nouiſſimoſq; premere:& primos ꝓhibere aſcẽſu:atq; iniquiſſimo noſtroꝝ loco prælıũ cõmittere cœperũt. Turn demũ Titurius : qui nihil ante ꝓuidiſſet trepidare & concurſare: cohorteſq; diſponere.hæc tamẽ ipſa timide: atq; ut eũ omnia deficere uiderentur:quod plærumq; his accidere ſolet:qui in ipſo negotio conſiliũ capere coguntur. At Cotta:qui cogitaſſet hæc poſſe in itinere accidere atque ab eam cauſam ꝓfectionis auctor non fuiſſet : nulla in re communi ſaluti deerat:& in appellandis cohortandiſq; militibus impatoris:& in pugna militis officia præſtabat.Cũq; propter longitudinem agminis minus facere:omnia per ſe obire: & qd quoquo loco faciẽdũ eſſet:prouidere non poſſent:Iuſſerunt pronunciari : ut impedimenta relinquerent:atq; in orbem conſiſterent. quod conſilium : & ſi in eius modi caſu repræhendendum nõ eſt:tamen in cõmode accidit.nam & noſtris militibus ſpem minuit : & hoſtes ad pugnandum alacriores effecit.quod non ſine ſũmo timore:& deſperatione id factum uidebatur.Præterea accidit:quod fieri neceſſe erat:ut uulgo milites ab ſignis diſcederent:quæ qſq; eoꝝ cariſſima habebat ab impedimẽtis petere : atq; arripere ꝓperaret:clamore ac flætu omnia cõplerentur. At barbaris conſilium nõ defuit:nam duces eoꝝ tota acie ꝓnuntiare iuſſerũt : neqs ab loco diſcederet. Illoꝝ eſſe prædã atq; illis reſeruari:quæcunq; Romani reliquiſſent:ꝓinde oĩa in uictoria poſita exiſtimarent. Erant & uirtute & numero pugnandi pares noſtri:tametſi a duce:& a fortuna deſerebantur.tamen oẽm ſpem ſalutis in uirtute ponebãt: & quotiẽs quæq; cohors ꝓcucurrerat:ab ea parte magnus hoſtiũ numerus cadebat.qua re aĩaduerſa Ambiorix ꝓnũtiari iubet:ut procul tæla cõiiciant:neu ꝓpius accedant: & quam in partem Romani impetũ fecerint:cædant læuitate armoꝝ:& quottidiana exercitatione nihil his noceri poſſe.rurſus ſe ad ſigna recipientes inſequant̃ . quo præcepto ab his diligentiſſime obſeruato:cum quæpiam cohors ex orbe exceſſerat atq; impetũ fecerat:hoſtes uelociſſime refugiebant.Interim eam partem nudari neceſſe erat :& ab latere aperto tæla recipi . Rurſus cum in eum locum:unde erant egreſſi:reuerti cœperant:& ab iis qui ceſſerant.& ab iis:qui proxime ſteterant:circũueniebantur.Sin autem locũ tenere uellent:neq; uirtuti locus relinquebatur:neque a tanta multitudine coniecta tæla conferti uitare poterant . Tamen tot incõmodis conflictati : tot uulneribus acceptis reſiſtebant : & magna parte diei conſumpta:cũ a prima luce ad horam octauã pugnaretur:nihil: quod ipſis eſſet indignũ:cõmitebant.tum.T.Baluentio:qui ſuꝑiore ãno primũ pilum duxerat:uiro forti:et magnæ auctoritatis : utrunq; femur tragula traiicitur.Q.Lucanius eiuſdem ordinis fortiſſime pugnans :

dum circunuento filio ſubuenit:interficitur.L. Cotta legatus omnes cohortes:ordineſq; cohortans:in aduerſum os funda uulneratur.His rebus permotus.Q.Titurius cū procul Ambiorigem ſuos cohortantē conſpexiſſet:interpretem ſuum ad.Gn.Pompeium eum mittit: rogatum:ut ſibi militibuſq; parcat.Ille appellatus reſpondit: ſi uelit ſecū colloqui licere: ſperare a multitudine impetrari poſſe:quod ad militū ſalutem pertineat:ipſi uero nihil nocitum iri. Inq; eam rem ſe ſuáq; fidem interponere.Ille cum Cotta Saucio cōmunicat: ſi uideatur pugna cum ſalute:ut excedant: & cū Ambiorige una colloquant̃. ſperare de ſe ac militum ſalute impetrari poſſe.Cotta ſe ad armatum hoſtē ituꝝ negat:atq; in eo ꝑſeuerat. Sabinus quos in præſentia tribunos militum circū ſe habebat: & primoꝝ ordinum centuriōes ſe ſequi iubet.& cū ꝓpius Ambiorigē acceſſiſſet:iuſſus arma abiicere imperatū facit.ſuiſq;:ut idem faciant:imperat. Interim dum de conditionibus inter ſe agunt: longiorq; conſulto ab Ambiorige inſtituitur ſermo: paulatim circunuentus interficitur. Tum uero ſuo more uictoriam cōclamāt: atq; hululatū tollunt.impetuq; in noſtros facto:ordies perturbant:ibi.L.Cotta pugnans interficitur cum maxīa parte militum. reliqui ſe in caſtra recipiūt:unde erant egreſſi.ex quibus.L. Petroſidius aquilifer cum magna multitudine hoſtiū premeretur:aquilā intra uallum proiecit.ipſe pro caſtris fortiſſime pugnans occidit̃. alii ægre ad noctem oppugnationē ſuſtinent.noctu ad unū:deſperata ſalute:ſe ipſi interficiunt.pauci ex prælio lapſi incertis itineribus per ſiluas ad T.Labienum legatū in hyberna ꝑueniunt: atq; eum de rebus geſtis certiorē faciunt. Hac uictoria ſublatus Ambiorix ſtatim cū equitatu in aduaticos:qui erant eius regni finitimi:ꝓficiſcitur:neq; diem neq; noctem intermittit:peditatūq; ſeſe ſequi iubet.re demōſtrata:aduaticiſq; concitatis:poſtero die in neruios ꝑuenit. Hortaturq; ne ſui inp̄petuū liberandi:atq; ulciſcendi Romanos pro his:quas acceperant:iniuriis occaſionē dimittant.Interfectos eſſe legatos duos: magnamq; ꝑtem exercitus interiſſe demonſtrat.nihil eſſe negotii ſubito oppreſſam legionē quæ cum Cicerone hyemet interfici:ſe ad eam rē ꝓfitet̃ adiutorem:facile hac oratione neruiis ꝑſuadet.Itaq; confeſtim dimiſſis nuntiis ad centrones:grudios:leuacos:pleumoſios:gordunos: qui oēs ſub eoꝝ imperio ſunt:quam maxīas manus poſſunt:cogūt: & de improuiſo ad ciceronis hyberna aduolant:nondum adeū fama de Titurii morte ꝑlata.Huc quoq; accidit:quod fuit neceſſe: ut non nulli milites:qui lignationis munitioniſq; cauſa in ſiluas diſceſſiſſent: repentino equitū aduentu interciperentur. His circūuentis magna manu eburones:aduatici:neruii :atque hoꝝ omnium ſotii: & clientes legionē oppugnare incipiūt.noſtri celeriter ad arma concurrūt:uallum

conſcendunt:ægre is dies ſuſtentatur: quod omnem ſpem hoſtes in celeritaté ponebant:atq; hanc adepti uictoriam imperpetuũ ſe forte uictores confidebant. Mittuntur ad Cæſaré confeſtim a Cicerone lit teræ:magnis ꝓpoſitis premiis:ſi ꝑtuliſſent. obſeſſis omnibus uiis miſſi intercipiuntur. Noctu ex materia quá munitiõis cauſa cõporta uerant:turres ad modum centũ.xx.excitãtur ĩcredibili celeritate. quæ deeſſe operi uidebãtur:ꝑficiuntur. Hoſtes poſtero die multo maiori bus copiis coactis:caſtra oppugnant.foſſam complent.eadé ratione: qua pridie:ab noſtris reſiſtitur. Hoc idé deinceps reliquis fit diebus. nulla pars nocturni temporis ad laboré intermittitur. non ægris:non uulneratis facultas quietis datur:multæ præuſtæ ſudes:magnus mu raliũ piloꝝ numerus inſtituitur:turres cõtabulantur.pinnæ loricæq; ex cratibus attexuntur.ipſe Cicero cũ tenuiſſima ualitudine eſſet: ne nocturnũ q̄dem tempus ad quieté relinquebat:ut ultro militũ cõcur ſu:ac uocibus ſibi parcere cogeretur. Tũc duces prĩcipeſq; neruiorum qui aliqué ſermõis aditum cauſãq; amiciciæ cũ Cicerõe habebãt: col loqui ſeſe uelle dicũt.facta poteſtate:eadem: quæ Ambiorix cum Ti turio egerat:cõmemorãt.oém eſſe in armis galliam.germãos rhenũ tranſiſſe. Cæſaris reliquoꝝq; hyberna oppugnaſſe. Addũt etiã de Sa bini morte:Ambiorigem oſtentãt fidei faciundæ cauſa:errare eos di cunt:ſi quicq̄ ab his præſidii ſperét:qui ſuis rebus diffidãt:ſeſe tamé ſcire hoc eſſe in Cicerõe po.q; Ro.aĩo:ut nihil niſi hyberna recuſent. atq; hanc inueteraſcere conſuetudiné nolint: licere illis incolumibus per ſe ex hybernis diſcedere.& in quaſcũq; partes uelint ſine metu ꝓ ficiſci. Cicero ad hæc unum modo reſpondit: nõ eſſe cõſuetudiné Po puli Ro.accipere ab hoſte armato conditionem.ſi ab armis diſcedere uelint:ſe adiutore utantur:legatoſq; ad Cæſarem mittant: ſperare ꝓ eius iuſtitia: quæ petierint: impetraturos. Ab ac ſpe repulſi neruii: uallo pedum.xi.& foſſa pedum.xv.hyberna cingunt. hæc ex. ſuperioꝝ annoꝝ conſuetudine a nobis cognouerant:& quoſdã de exercitu habe bant captiuos:ab his docebantur. Sed nulla ferramentoꝝ copia:quæ eſſet ad hunc uſum idonea: gladiis ceſpites circuncidere manibus ſaguliſq; terram exhaurire nitebantur. Qua quidem ex re hominum multitudo cognoſci potuit:nam minus horis tribus millium pedum q̄ndecim in circuitu mũitionem ꝑfecerũt.reliquiſq; diebus turres ad altitudinem ualli falces:teſtudineſq;:quas iidem captiui docuerant fa cere:ac parare cœperunt. Septimo oppugnationis die maximo cohor to uento:feruentes fuſili ex argilla glandes fondis & feruefacta iacula in caſas:quæ more gallico ſtramétis erant tectæ: iacere cœperũt: Hæc celeriter ignem cõpræhenderũt: & uenti magnitudine in omné locũ diſtulerunt caſtroꝝ. Hoſtes maximo clamore ſicuti parta iam:atq; ex

plorata uictoria:turres teſtudineſq; agere.& ſcalis uallũ aſcendere cœ
perunt. At tanta militum uirtus:atq; ea præſentia animi fuit:ut cum
ubiq; flama torrerẽtur:maxĩaq; tæloꝝ multitudine premerent̃:ſuaq;
omnia impedimenta atq; oẽs fortunas conflagrare intelligerent:non
modo demigrandi cauſa de uallo decederet nemo : ſed pœne ne reſpi
ceret:qdem quiſq̃:ac tum oẽs acerrime fortiſſimeq; pugnarent . Hic
dies noſtris longe grauiſſimus fuit:ſed tamen hunc habuit euentũ :
ut eo die maximus numerus hoſtiũ uulneraretur:aq; interficeret̃: ut
ſe ſub ipſo uallo cõſtipauerant:receſſumq; primis ultimi non dabãt .
Paulum qdem intermiſſa flama:& quodã loco turri adacta:& contin
gente uallum tertiæ cohortis:centuriones ex eo:quo ſtabant loco: re
ceſſerũt.ſuoſq; oẽs remouerunt:nutu uocibuſq; hoſtes ſi introire uel
lent:uocare cœperunt.quoꝝ progredi auſus eſt nemo : tum ex omni
parte lapidibus coniectis deturbati:turriſq; ſuccenſa eſt.erant in ea le
gione fortiſſimi uiri centuriones:qui primis ordinibus appropinqua
rent.T.Pullus & L.Vorenus.ii ꝑpetuas cõtrouerſias inter ſe habebãt
quinam ãteferretur.omnibuſq; annis de locis ſummis ſimultatibus
contendebant.Ex iis pullo cũ acerrime ad munitiões pugnaretur : qd
dubitas:ĩquit:Vorene.aut quẽ locum tuæ pro laude uirtutis ſpectas?
Hic dies de noſtris controuerſiis iudicabit.Hæc dum dixiſſet:ꝓcedit
ex caſtris:munitionẽq;:qua parte hoſtiũ confertiſſima uiſa eſt:erũpit
ne Vorenus qdem uallo ſeſe cõtinet:ſed oĩum ueritus exiſtimationẽ
ſubſequitur.Tum mediocri ſpatio relicto:Pullo pilũ in hoſtes immit
tit . atq; unum ex multitudine ꝓcurrentem traiicit . quo percuſſo &
exanimato:hunc ſcutis protegunt:in hoſtem uniuerſi tæla coiiciunt:
neq; dant ingrediendi facultatẽ . tranſfigitur ſcutũ Pulloni : & ueru
tum in balteo defigitur . Auertit hic caſus uaginã. & gladium educe
re conantis dextram moratur manũ:impeditumq; hoſtes circunſiſtũt
Succurrit inimicus illi Vorenus :& laboranti ſubuenit.ad hũc ſe con
feſtim a Pullone omnis multitudo conuertit.illic uero occurſat otius
gladio:cõminuſq; rem geritVorenus:atq; uno interfecto:reliquos Pa
ulum ꝓpellit.dũ cupidius inſtat in locum diectus inferiorẽ concidit.
Huic rurſus circũuento fert ſubſidium Pullo : atq; ambo incolumes
cõpluribus interfectis ſũma cũ laude ſeſe intra munitiones recipiũt .
ſic fortuna in contentiõe: & certamine utrũq; ſeruauit:ut alter alteri
inimicus auxilio ſalutiq; eſſet . neque diiudicari poſſet:uter utri ante
ferendus uideretur . Quanto erat indies grauior atq; aſperior oppu
gnatio:& maxime quod magna parte militum cõfecta uulneribus:res
ad paucitatem defenſoꝝ peruenerat:tanto crebriores litteræ nuntiiq;
ad Cæſarem mittebantur:quoꝝ pars depræhenſa in conſpectu noſtro
rum militum cũ cruciatu necabatur .Erat unus intus neruius nomĩe

Vertico loco natus honeſto:qui a prima obſidiõe ad Ciceroẽm profu
gerat:ſuamq; ei fidem præſtiterat:huius ſeruo ſpe libertatis magnis
perſuadet præmiis:ut litteras ad Cæſarem deferat .Has ille in iaculo
alligatas effert . & gallus inter gallos ſine ulla ſuſpitione uerſatus ad
Cæſarẽ peruenit.ab eo de periculo Ciceronis legioniſq; cognoſcitur .
Cæſar acceptis litteris circiter hora xi.diei:ſtatim nuntium in bellouo
cos ad.M.Craſſum quæſtorẽ miſſit:cuius hyberna aberant ab eo mil
lia paſſuũ.xxv.Iubet media nocte legionẽ ꝓficiſci:celeriterq; ad ſe ue
nire:exit cũ nuntio Craſſus.alterꝝ ad.G. Fabium legatũ mittit : ut in
atrebatũ fines legionẽ adducat:qua ſibi ſit iter faciendũ.Scribit Labi
eno:ſi reip.cõmodo facere poſſet:cũ legione ad fines neruioꝝ ueniat.
reliquã ꝑtem exercitus:quod paulo aberat longius:nõ putat expectan
dam.equites circiter quadringentos ex proxĩs hybernis colligit.Hora
circiter tertia ab ãtecurſoribus de Craſſi aduentu certior factus:eo die
millia paſſuũ.xx ꝓcedit .Craſſum ſamarobrinæ præfecit.legionẽq; at
tribuit.quod ibi impedimenta exercitus:obſides ciuitatũ.litteras pub
licas:frumentũq; omne:quod eo tolerandæ hyemis cauſa deuexerat :
relinquebat.Fabius:ut imperatũ erat : nõ ita multũ moratus in itine
re cũ legione occurrit.Labienus interitu Sabini:& cede cohortium co
gnita:cum oẽs ad eum treuiroꝝ copiæ ueniſſent : ueritus ne ex hyber
nis fugæ ſimilẽ ꝓfectionem feciſſent : ut hoſtiũ impetum ſuſtinere
nõ poſſet:præſertim:quos recẽti uictoria efferri ſciret:litteras Cæſari
dimittit:quãto cum periculo legionẽ ex hybernis educturus eſſet : rẽ
geſtam in eburonibus præſcribit:docet omnes peditatus equitatuſq;
copias treuiroꝝ tria millia paſſuũ lõge ab ſuis caſtris cõſediſſe.Cæſar
conſilio eius probato:etſi oppinione triũ legionum deiectus ad duas
redierat:tamen unum cõmunis ſalutis auxiliũ in:celeritate ponebat.
uenit magnis itineribus in neruioꝝ fines:ibi ex captiuis cognoſcit :
quæ apud Ciceronẽ gerantur:quantoq; in periculo res ſit. tum cuidã
ex equitibus gallis magnis præmiis præſuadet:uti ad Ciceronẽ epiſto
lam deferat.Hãc græcis conſcriptam litteris mittit: ne intercepta epi
ſtolã noſtra ab hoſtibus conſilia cognoſcantur.ſi adire nõ poſſit: mo
net:ut tragula cũ epiſtola ad amentũ deligata:intra munitionẽ caſtro
rũ abiiciat.In litteris ſcribit ſe cũ legionibus ꝓfectum celeriter affo
re.hortatur:ut priſtinam uirtutẽ retineat. gallus periculũ ueritus : ut
erat præceptum:tragulam mittit.hæc caſu ad turrim adhæſit:neq; ab
noſtris biduo aĩaduerſa.Tertio die a quodã milite cõſpicitur.dempta
ad Ciceronẽ defertur:ille plectam in conuentu militũ recitat:maxĩaq;
omnes læticia afficit:tum fumi incendioꝝ ꝓcul uidebantur.quæ res
oẽm dubitationẽ aduentus legionũ expulit.Galli re cognita per explo
ratores:obſidionẽ relinquũt.ad Cæſarem omnibus copiis contendũt.

Eæ erant armatoꝝ circiter millia.lx.Cicero:data facultate: gallum ab eodem Verticone:qué ſupra demõſtrauimus:repperit :qui litteras ad Cæſarem deferat:hũc admonet:iter caute diligenterq; faciat:ꝑſcribit in litteris hoſtes ab ſe diſceſſiſſe . oẽmq; ad eum multitudiné conuertiſſe.qbus litteris circiter media nocte Cæſar alatis: ſuos facit certiores:eoſque ad dimicandũ aĩo cõfirmat:Poſtero die luce prima mouet caſtra.& circiter millia paſſuũ quattuor ꝓgreſſus trãs uallem & riuũ hoſtium multitudinem conſpicatur . erat magni periculi res tantulis copiis iniquo loco dimicare.Tamen quoniã liberatũ obſidione Ciceronem ſciebat:æquo aĩo remittendũ de celeritate exiſtimabat. cõſedit : & quã æquiſſimo loco poteſt:caſtra cõmunit . atque hæc etſi erãt exigua:per ſe uix hoĩum millium ſepté: præſertim nullis cũ impedimétis:tamen anguſtiis uiaꝝ q̃ maxĩe poteſt contrahit.eo conſilio : ut in ſummã contéptionem hoſtibus ueniat.interim ſpeculatoribus ĩ omnes partes dimiſſis explorat:quo cõmodiſſime itinere ualles tranſire poſſit.eo die paruulis equeſtribus præliis ad aquã factis utriq; ſeſe loco ſuo continent.Galli ꝙ ampliores copias :quæ nondũ uenerant : expectabant.Cæſar ſi forte timoris ſimulatiõe hoſtes in ſuũ locum ducere poſſet:ut citra uallé pro caſtris prælio contenderet. Si id efficere non poſſet:ut exploratis itineribus:minore cũ periculo uallem riuũq; tranſiret.Prima luce hoſtium equitatus ad caſtra accedit: præliumq; cum noſtris equitibus cõmittit .Cæſar conſulto equites cedere: ſeq; in caſtra recipere iubet :ſimul ex omnibus partibus caſtra altiori uallo muniri:portaſq; obſtrui:atque in his adminiſtrandis rebus quam maxĩe concurſari:& cum ſimulatiõe agi timoris iubet .Quibus omnibus rebus hoſtes inuitati:copias traducunt:aciemq; iniquo loco cõſtituunt.noſtris etiã uallo deductis propius accedũt:& tæla:intra munitioné ex omnibus partibus coniiciunt . præconibuſq; circũmiſſis : ꝓnũtiari iubent:ſeu quis gallus:ſeu Romanus uelit ante horã tertiã ad ſe tranſire:ſine periculo licere.poſt id tempus non fore poteſtaté . ac ſic noſtros contempſerũt:ut obſtructis in ſpeciem portis: ſingulis ordinibus ceſpitũ:quod eas non poſſe introrumpere uidebantur : alii uallum manu ſcindere:alii foſſas complere inciperét.Tunc Cæſar omnibus portis eruptione facta:equitatuq; emiſſo:celeriter hoſtes in fugam dat:ſic uti omnino pugnandi cauſa reſiſteret nemo:magnumq; ex his numeꝝ occidit.atq; oẽs armis exuit.Longius proſequi ueritus quod ſiluæ paludeſq; intercedebant : neq; etiã paruulo detrimento illum locum relinqui uidebat .omnibus ſuis incolumibus copiis eodé die ad Ciceroné peruẽit·Inſtitutas turres:teſtudines : munitiõeſq; hoſtiũ admiratur.legione producta : cognoſcit non decimũ quenq; eſſe reliquũ militem ſine uulnere . ex his omnibus iudicat rebus quanto

cum periculo:& quanta cum uirtute ſint res adminiſtrate. Ciceronem pro eius merito:legionemq; colaudat. centuriones ſigilatim:tribunosq; militū appellat :quorꝫ egregiam fuiſſe uirtutem teſtimonio Ciceronis cognouerat. de caſu Sabini & Cottæ certi? ex captiuis cognoſcit Poſterro die contione babita rem geſtam propōit. milites cōſolatur : & confirmat .quod detrimentum culpa & temeritate legati ſit acceptum:boc equiore animo ferendū docet:q͂ beneficio deorꝫ immortaliū & uirtute eorꝫ expiato incomodo:neq; boſtibus diutina lætitia:neq; ipſis longior dolor relinquatur. Interim ad Labienum per remos incredibili celeritate de uictoria Cæſaris fama perfertur: ut cum ab bybernis Ciceronis millia paſſuum abeſſet circiter ſexaginta:eoque poſt boram nonam Cæſar pueniſſet : ante mediā noctem ad portas caſtrorum clamor oriretur. Quo clamore ſignificatio uictoriæ gratulatioq; ab remis Labiēo fieret. Hac fama ad treuiros perlata. Indutiomarus: qui poſtero die caſtra Labieni oppugnare decreuerat : noctu ꝓfugit : copiaſq; oēs intreuiros reducit. Cæſar cum ſua legiōe Fabium remittit in byberna : ipſe cū tribus legiōibus circum ſamarobrinam trinis bybernis byemare conſtituit. & quod tanti motus Galliæ extiterant : totam byemem ī exercitu ipſe manere decreuit. Nam illo īcommodo de Sabini morte perlato:omnes fere galliæ ciuitates de bello conſultabant. nuncios legationeſq; in omnes partes dimittebant. & quid reliqui conſilii caperent:atq; unde initiū belli fieret: explorabant nocturnaq; in locis deſertis conſilia babebant. Neq; ullū fere totius byemis tempus interceſſit ſine ſollicitudine Cæſaris : quin aliquem de conſiliis & motu gallorū nuncium acciperet . In bis a L. Roſcio quæſtore quem legioni tertiædecimæ præfecerat:certior eſt factus:magnas gallorꝫ copias earum ciuitatum. quæ armoricæ appellantur: oppugnandi ſui cauſa cōueniſſe:neq; lōgius millia paſſuum octo ab bybernis ſuis abfuiſſe. ſed nūcio allato de uictoria Cæſaris diſceſſiſſe adeo:ut fugæ ſimilis diſceſſus uideretur. ac Cæſar principibus cuiuſq; ciuitatis ad ſe uocatis:alias territando cum ſe ſcire quæ fierent: alias cobortando denuntiaret magnam partem galliæ in officio tenuit. tamen ſenones quæ eſt ciuitas in primis firma:& magnæ inter gallos auctoritatis : Cauarinum quem: Cæſar apud eos regem conſtituerat : cuius frater Moritaſgus aduentu in galliam Cæſaris. Cuiuſq; maiores regnū obtinuerant:interficere publico conſilio conati:cum ille præſenſiſſet : ac ꝓfugiſſet uſq; ad fines inſecuti regno:domoq; expulerunt . & miſſis ad Cæſarem ſatiſfaciundi cauſa legatis:cum iis omnem ad ſe ſenatū uenire iuſſiſſet:dicto audientes non fuerunt : tantum apud bōies barbaros ualuit eſſe repertos aliquos principes belli inferendi :tantamq; omnibus uolūtatem cōmutationē attulit:ut præter beduos:& remos:

quos præcipuo ſempe rhonore Cæſar habuit:alteros pro uetere ac per
petua erga po.ro.fide.alteros pro recentibus belli gallici officiis:nulla
fere fuerit ciuitas non ſuſpecta nobis. Idq; adeo haud ſcio mirandũ
ne ſit:cum:compluribus aliis de cauſis:tum maxime quod ei:qui uir
tute belli omnibus gentibus præferebantur tantum ſe eius opiniõis
deꝑdidiſſe:ut qa po.ro.ĩpia ferrẽt grauiſſime dolerẽt. Treuiri uero atq;
Indutiomarus totius hyemis.nullũ tempus ĩtermiſerũt:cũ trãs Rhe
num legatos mitterent.ciuitates ſollicitarent.pecunias pollicerentur :
magna parte exercitus noſtri interfeccta : multo minorem ſupereſſe
dicerent partem.neq; tamen ulli ciuitati germanorum perſuaderi po
tuit:ut rhenum tranſiret:cum ſe bis expertos dicerent. Ariouiſti bello
& tencatherorum tranſitu non eſſe fortunam amplius temptandam
Hac ſpe lapſus Indutiomarus nihilominus copias cogere : exercere a
finitimis equos parare:exules damnatosq; tota gallia magnis præmi
is ad ſe allicere cœpit.ad tantam ſibi iam his rebus in gallia auctorita
tem comparauerat:ut undiq; ad eum legationes cõcurrerent:gratiãq;
atq; amiciciam publice priuatim q; peterent. Vbi intellexit ultro ad ſe
ueniri : altera ex parte ſenones carnutesq; conſcientia facinoris inſti
gare:altera neruios aduaticoſq; bellum romanis parare:neq; ſibi uolũ
tariorum copias defore : ſi ex finibus ꝓgredi cœpiſſet.armatum con
cilium ĩdicit.hoc more galloꝝ eſt initiũ belloꝝ:quo lege cõmuni oẽs
puberes & armati cõuenire conſuerũt. Qui ex his nouiſſimus conuẽit
in conſpectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necatur. In
eo concilio Cingentorigem alterius principẽ factionis geneꝝ ſuum .
quẽ ſupra demõſtrauimus: Cæſaris ſecutum fidem :ab eo non diſceſ
ſiſſe hoſtẽ iudicat.bonaq; eius publicat. His rebus confectis:in conci
lio ꝓnũciat accerſitũ ſe a ſenonibus & carnutibus : aliiſq; q̃pluribus
galliæ ciuitaibus. Huc iteꝝ per fines remoꝝ:eorũq; agros populatuꝝ
ac priusq̃ id faciat:caſtra Labieni oppugnatuꝝ:quæq; fieri uelit: præ
cipit. Labienus cũ & loci natura & manu mũitiſſimis caſtris ſeſe cõ
tineret:de ſuo ac legionis periculo nihil timebat. Sed neq̃ occaſionẽ
rei benegerendæ dimitteret:cogitabat. Itaque a Cingentorige atque
eius ꝓpinquis oratione Indutiomari cognita: quã in concilio habue
rat:nuntios mittit ad ꝓpinquas ciuitates.equiteſq; ũdiq; euocat. Iis
certum diẽ conueniendi dicit. Interim prope quotttidie cũ õni equita
tu Indutiomarus ſub caſtris eius uagabatur : alias ut ſitũ caſtroꝝ co
gnoſceret : alias colloquẽdi:aut territandi cauſa:equites plærunq; oẽs
tæla intra uallum cõiiciebant. Labienus ſuos intra munitiões cõtine
bat:timoriſq; opinionẽ quibuſcunq; poterat rebus:augebat. Cũ maio
re indies cõtemptione Indutiomarus ad caſtra accederet : nocte una
intromiſſis equitibus omniũ finitimaꝝ ciuitatum:quos accerſendos

curauerat:tanta diligentia omnes ſuos cuſtodiis intra caſtra cōtinuit
ut nulla ratione ea res enūtiari:aut ad treuiros ꝑferri poſſet. Interim
ex conſuetudine quottidiana Indutiomarus ad caſtra accedit:atq; ibi
magnā partem:diei cōſumit.equites tæla:coniiciūt:& magna contu
melia uerborꝝ noſtros ad pugnā uocant.nullo ab noſtris dato reſpon
ſo ubi uiſum eſt:ſub ueſperꝝ diſperſi:ac diſſipati diſcedūt : Subito La
bienus duabus portis oēm equitatū emittit:præcipit : atq; interdicit
ꝑterritis hoſtibus:atque in fugā coniectis : quod fore: ſicut accidit :
uidebat:omnes unum peterent Indutiomarꝝ:neu quis quenq̄ primus
uulneret:quam illum interfectū uideret: quod mora reliquorꝝ illū ſpa
tium nactum effugere nolebat.magna ꝓponit:iis:qui occiderint pre
mia:ſummittit cohortes:eq̄tibus ſubſidio:Cōprobat hominis conſili
um fortuna.ut cum unum omnes peterent:in ipſo fluminis uado de
præhenſus Indutiomarus interficitur:caputq; eius refertur in caſtra.
redeūtes equites quos poſſunt:conſectant̃:atq; occidūt.Hac re cogni
ta oēs eburonū & treuiorꝝ quæ cōuenerant.copiæ diſcedūt.pauloq; ha
buit poſt id factum Cæſar quietiorem galliam .

G . IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIBER SEXTVS .

m VLTIS de cauſis Cæſar maiorem galliæ motū ex
pectans per.M.Syllanum.G.Antiſtium regium . T.
Sextium legatos delectū habere inſtituit . Simul a
Gn.Pompeio proconſule petit : quoniam ipſe ad ur
bem cum imperio reip.cauſa maneret:quos ex ciſal
pina gallia conſulis ſacramento rogauiſſet ad ſigna
uenire:& ad ſe ꝓficiſci iuberet:magni intereſſe etiā in reliquū tēpus:
ad opinionem galliæ exiſtimans: tantas uideri Italiæ facultates:ut ſi
qd eſſet in bello detrimenti acceptum : non modo id breui tempore
reſarciri:ſed etiam maioribus augeri copiis poſſet:quod cum Pōpeius
& reip.& amiciciæ tribuiſſet:celeriter. cōfecto per ſuos delectu:tribus
ante exactam hyemē:& conſtitutis:& aductis legionibus:duplicatoq;
earū cohortium numero:quas cū.T.Titurio amiſerat :& celeritate &
copiis docuit:qd populi Romani diſciplina atq; opes poſſent.Interfec
to.Indutiomaro:ut docuimus:ad eius ꝓpinquos a treuiris imperium
defertur.Illi finitimos germanos ſollicitare:& pecuniam polliceri non
deſiſtunt.cum ab proximis impetrare non poſſēt:ulteriores temptāt :
Inuentis nōnullis ciuitates inter ſe iureiurādo confirmant:obſidibus
q; & de pecunia cauēt.Ambiorigē ſibi ſotietate: & fœdere adiūgunt.
Quibus rebus cognitis : Cæſar cum undiq; bellum parari uideret :

neruios:aduaticos:ac menapios:adiũctis ciſrhenanis omnibus germa
nis eſſe in armis. Senones ad imperatum non uenire:& cum carnuti
bus finitimiſq; ciuitatibus conſilia cõmunicare:a treuiris germanos
crebris legationibus ſollicitari : maturius ſibi de bello cogitandũ pu
tauit Itaq; nondũ hyeme confecta:ꝓximis quattuor legionibus coac
tis:de improuiſo in fines neruiorũ contendit. & prius quam illi aut
conuenire:aut ꝓfugere poſſent:magno pecoris ac hominum numero
capto:atq; ea præda militibus cõceſſa:uaſtatiſq; agris :in deditionem
uenire:atq; obſides ſibi dare coegit.Eo celeriter confecto negotio:rur
ſus legiones in hyberna reduxit.Cõcilio galliæ primo uere: ut inſtitu
erat:indicto:cum reliqui preter ſenões:carnutes:treuiroſq; ueniſſent :
initium belli:ac defectionis hoc :eſſe arbitratus:ut omnia poſtponere
uideretur:cõcilium in lutetiam pariſiorum tranſfert. Confines erant
hi ſenonibus:ciuitatemq; patrum memoria cõiunxerant. Sed ab hoc
conſilio abfuiſſe exiſtimabantur.Hac re pro ſuggeſtu pronunciata:eo
dem die cum legionibus in ſenones proficiſcitur . magniſq; itineri
bus eo ꝑuenit.Cognito eius aduentu:Acico:q princeps eius cõſilii fu
erat: iubet in oppida multitudinem conuenire . Conãtibus priuſq̃ id
effici poſſet:adeſſe Romanos nunciatur.neceſſario ſententia deſiſtunt
legatoſq; deprecandi cauſa ad Cæſarem mittunt per heduos:quoꝝ an
tiquitus erat infide ciuitas.libenter Cæſar petẽtibus heduis dat ueniã
excuſationẽq; accipit. quod æſtiuũ tempus inſtantis belli nõ queſtio
nis eſſe arbitrabatur.Obſidibus imperatis: Cæſar hos heduis cuſtodi
endos tradit eodem carnutes legatos obſideſq; mittũt : uſi deprecato
ribus remis:quoꝝ erant in clientela:eadem fuerunt reſponſa. peragit
conſiliũ Cæſar:equites imperat ciuitatibus . Hac parte galliæ pacata
totus & mente & animo in bellum treuiorũ & Ambiorigis inſiſtit .
Cauirinum cũ equitatu ſenonum ſecũ proficiſci iubet :nequis aut ex
huius iracũdia:aut ex eo:quod metuerat:odio ciuitatis motus exiſtat.
His rebus conſtitutis:q; pro explorato habebat Ambiorigẽ prælio nõ
eſſe concertaturꝝ:reliqua eius conſilia animo circũſpiciebat. Erant me
nappii propĩqui eburonum finibus: perpetuis paludibus ſiluiſq; mu
niti :qui ex gallia de pace ad Cæſarẽ legatos nunq̃ miſerãt:cũ iis eſſe
hoſpitiũ Ambiorigi ſciebat . Item per treuiros ueniſſe germanos in
amiciciã cognouerat:hæc prius illi detrahenda auxilia exiſtimabat : q̃
ipſum bello laceſſeret:ne deſperata ſalute aut ſe in menapios abderet
aut cũ tranſrhenanis congredi cogeretur.Hoc inito cõſilio:exercitus:
impedimenta ad Labienũ in treuiros mittit.duaſq; legiones ad eum
proficiſci iubet.Ipſe cũ legionibus expeditis quinq; in menappios ꝓ
ficiſcitur. Illi nulla coacta manu loci præſidio freti ĩ ſiluas:paludeſq;
confugiũt.ſuaq; eodem conferunt.Cæſar partitis copiis cũ .G. Fabio

legato: &.M.Craſſo quæſtore:celeriterq; effectis põtibus:adiit tripar tito exercitu:ædificia uicoſq; incendit:magno pecoris atq; hominum numero potitur.Quibus rebus coacti menapii legatos ad eũ pacis pe tendæ cauſa mittunt.Ille obſidibus acceptis:hoſtiũ ſe habituꝝ nũero cõfirmat:ſi aut Ambiorigẽ:aut eius legatos finibus ſuis recepiſſent. Iis confirmatis Comium Atrebatem cũ equitatu:cuſtodis loco in me napios relinquit.ipſe in treuiros proficiſcit̃.dum hæc a Cæſare gerun tur:treuiri magnis coactis peditatus eqtatuſq; copiis: Labienũ cum una legione:quæ in eoꝝ finibus hyemauerat: adoriri parabant.iamq; ab eo non longius bidui uia aberant:cum duas ueniſſe legiões iuſſu Cæſaris cognoſcunt: poſitis caſtris a millibus paſſuum. xv. auxilia germanoꝝ expectare conſtituũt: Labienus hoſtium cognito conſilio ſperans temeritate eoꝝ fore aliq̃ dimicandi facultatẽ: præſidio cohor tium quinq; cũ impedimentis:relicto cũ uigintiqnq; cohortibus ma gnoq; eqtatu:contra hoſtẽ ꝓficiſcitur:& mille paſſuũ intermiſſo ſpa tio catio caſtra cõmunit.Erat inter labienum:atq; hoſtem difficili trã ſitu flumen:ripiſq; præruptis.Hoc neq; ipſe tranſire habebat in aĩo: neq; hoſtes tranſituros exiſtimabat.augebatur quottidie ſpes:loquit̃ in conſilio palam:quoniã germani appropinquare dicuntur:ſeſe ſuas exercituſq; fortunas in dubiũ non deuocatuꝝ.& poſtremo die prima luce caſtra motuꝝ. Celeriter hæc ad hoſtes deferuntur: ut ex magno galloꝝ eqtum numero non nullos gallos gallicis rebus fauere natu ra cogebat.Labienus noctu tribunis militũ primiſq; ordinibus cõuo catis:quid ſui conſilii ſit:ꝓponit.& quo facilius hoſtibus timoris det ſuſpitionẽ:maiore ſtrepitu:& tumultu quã po.Ro.fert cõſuetudo: ca ſtra moueri iubet. His rebus fugæ ſimilem ꝓfectionem fecit. Hæc quoq; per exploratores ante lucem in tanta propinquitate caſtroꝝ ad hoſtes deferuntur.Vix agmen nouiſſimũ extra munitiões ꝓceſſerat: cũ galli cohortati inter ſe:ne ſperatã prædam ex manibus dimitterẽt longũ eſſe:pterritis Romanis: germanoꝝ auxiliũ expectari:neq; ſuã pati dignitatem:ut tantis copiis tam exiguam manũ:præſertim fugi entẽ:atq; impeditam adoriri non audeant:flumen tranſire: & iniquo loco prælium cõmittere non dubitant.Quæ fore ſuſpicatus Labien⁹ ut omnes citra flumẽ eliceret:eadem uſus ſimulatiõe itineris:placide ꝓgrediebatur.tum præmiſſis paulum impedimẽtis: atq; in tumulo quodã collocatis:habetis:inquit:milites:quam petiſtis facultatem:ho ſtem impedito:atq; iniquo loco tenetis:præſtate eandem nobis duci bus uirtutẽ:quã ſæpenumero imperatori præſtitiſtis:atq; illum adeſ ſe:& hæc coram cernere exiſtimate: Simul ſigna ad hoſtem cõuerti: aciemq; dirigi iubet:& paucis turmis præſidio ad impedimẽta dimiſ ſis:reliquos equites ad latera diſpõit. Celeriter noſtri clamore ſublato

pila in hoſtes immittũt.Illi ubi præter ſpem:quos fugere credebant. infeſtis ſignis ad ſe ire uiderũt:impetum modo ferre non potuerũt. ac primo concurſu in fugã conuerſi ꝓximas ſiluas petiuerunt : quos Labienus equitatu conſectatus:magno numero interfecto : cum plu ribus captis:paucis poſt diebus ciuitatem recepit. Nam germani:qui auxilio ueniebant:percepta treuirorum fuga:ſe domũ receperunt. Cũ iiſ ꝓpinqui Indutiomari:qui defectiõis auctores fuerãt:comitati eos ex defectione exceſſerant. Cingẽtorigi:quem ab initio permanſiſſe de monſtrauimus:principatus atq; imperiũ eſt traditum.Cæſar poſtquã ex menapiis in treuiros uenit:duabus de cauſis rhenum trãſire cõſti tuit.Quarũ una erat:quod auxilia contra ſe treuiris miſerant. Altera ne Ambiorix ad ſe receptũ haberet . His cõſtitutis rebus paulũ ſupra eum locum: quo antea exercitum traduxerat: facere põtem inſtituit . nota atq; inſtituta ratiõe:magno militum ſtudio:paucis diebus opus efficitur.firmo in treuiris ad põtem præſidio relicto:neqs ab ubiis ſu bito motus oriretur.reliquas copias.equitatũq; traducit . Vbii:q ante obſides dederãt:atq; in deditionẽ uenerant: purgãdi ſui cauſa ad eũ le gatos mittunt:q doceãt: neq; ex ſua ciuitate auxilia in treuiros miſſa neq; ab ſe fidẽ læſã.petunt:atq; orant:ut ſibi parcat:ne cõmuni odio germanorum innocentes pro nocẽtibus pœnas pendant . ſi amplius obſidum uellet:dare pollicẽtur.Cognita Cæſar cauſa:repperit a ſueuis auxilia miſſa eſſe.Vbi horum ſatiſfactionẽ accepit: aditus uiaſq; in ſu euos perquirit.Interim paucis poſt diebus fit ab ubiis cercior ſueuos omnes in unũ locũ copias cogere :atq; his nationibus: quæ ſub eorũ ſunt imperio denũtiare : ut auxilia peditatus equitatuſq; mittãt.His cognitis rebus rem frumentariam ꝓuidet . caſtris idoneum locũ deli git . Vbiis impat:ut pecora deducãt: ſuaq; omnia ex agris in oppida conferãt. ſperans barbaros atq; imperitos homines inopia cybariorũ adductos ad iniquam pugnandi cõditionem poſſe deduci.Mandat:ut crebros exploratores in ſueuos mittant quæq; apud eos gerantur :co gnoſcant.Illi imperata faciunt:& paucis diebus ĩtermiſſis: referũt ſu euos omnes : poſteaq̃ cerciores nuntii de exercitu romanoꝝ uenerãt: cum omnibus ſuis ſociorumq; copiis:quas coegiſſẽt:penitus ad extre mos fines ſeſe recepiſſe .Siluã eſſe ibi infinita magnitudine : quæ ap pellatur Bacenis: ac longe introrſus ptinere & pro natiuo muro obie ctam.cheruſca a ſueuis:ſueuoſq; a cheruſcis iniuriis incurſionibuſq; prohibere.ad eius initium ſiluæ ſueuos aduentum romanoꝝ expecta re conſtituiſſe.Quoniam ad hunc locũ peruentũ eſt.non alienũ eſſe ui detur de galliæ germaniæq; moribus:& quo differant:eæ nationes in ter ſe:ꝓponere.In gallia non ſolũ in oĩbus ciuitatibus atq; in oĩbus pagis partibuſq;:ſed pœne etiã ſingulis domibus factiones ſunt: qui

ſummā auctoritatem eoꝝ iudicio habere exiſtimantur : quoꝝ ad arbi
trium:iudiciūq; ſūma omnium rerum cōſiliorumq; redeat: Idq; eius
rei cauſa antiquitus inſtitutum uidet᷑: nequis ex plæbe contra potē
tiorē auxilii egeret.Suos enim opprimi quiſq;:& circunueniri non pa
titur.neq; aliter ſi faciat:ullā inter ſuos habet auctoritatē.Hæc eadem
ratio eſt in ſūma totius galliæ:nāq; omnes ciuitates in partes diuiſæ
ſunt duas.Cum Cæſar in galliā uenit:alteriusfactionis principes erāt
hedui alterius ſequani.Ii cum per ſe minus ualerent:ꝗ ſumma aucto
ritas ātiqtus erat in heduis: magnæq; eorū erāt clientelæ:germanos
atq; Ariouiſtum ſibi adiūxerant.eoſq; ad ſe magnis iacturis pollicita
tionibuſq; ꝑduxerant. Præliis uero compluribus factis ſecundis:atq;
omni nobilitate heduoꝝ interfecta: tantum potentia anteceſſerant :
ut magnam partem clientium ab heduis ad ſe traducerent.obſideſq;
ab his principū filios acciperent:& publice iurare cogerent nihil ſe cō
tra ſequanos conſilii inituros . & partē finitimi agri per uim occupa
tam poſſiderent:galliæq; totius principatū obtinerent . qua neceſſita
te adductus diuitiacus:auxilii petendi cauſa Romam ad ſenatū ꝓfec
tus:imꝑfecta re redierat.Aduentu Cæſaris:facta cōmutatione rerum
obſidibus heduis redditis:ueteribus clientelis reſtitutis:nouis per Cæ
ſarem cōpara tis:quod ii:qui ſe ad eoꝝ amiciciā aggregauerant:melio
re conditione atq; imperio æquiore ſe uti uidebant: reliq̄s rebus:eoꝝ
gratia dignitateq; amplificata:ſequani principatū dimiſerant.In eoꝝ
locum remi ſucceſſerant.quos quod adæquare apud Cæſarē gratia in
telligebatur:ii :qui propter ueteres inimicicias nullo modo cū heduis
coniungi poterant:ſe remis in clientelam dederant.hos illi diligenter
tuebantur.ita & nouam & repente collectam auctoritatē tenebant.eo
tum ſtatu res erat:ut longe principes haberentur hedui.ſecundum lo
cum dignitatis remi obtinerent.In omni gallia eoꝝ hominū :qui ali
quo ſunt numero atq; honore:genera ſunt duo.nam plæbs pœne ſer
uoꝝ habetur loco:quæ nihil habet per ſe:nulli adhibetur conſilio.Plæ
riq; cum aut ære alieno:aut magnitudine tributoꝝ:aut iniuria poten
tiorum premuntur : ſeſe in ſeruitutem dicant nobilibus In hos eadē
omnia ſunt iura:quæ dominis in ſeruos . Sed de his duobus generi
bus alteꝝ eſt druidū:alerum equitum. Illi rebus diuinis interſunt.ſa
crificia publica:ac priuata ꝓcurant.religiones interpretantur. ad hos
magnus adoleſcentiū numerus diſciplinæ cauſa concurrit. magnoq;
ii ſunt apud eos honore Nam fere de omnibus controuerſiis publi
cis priuatiſq; conſtituūt.& ſiquod eſt admiſſum facinus:ſi cædes fac
ta:ſi de hæreditate:de finibus controuerſia eſt:iidem diſcernunt. præ
mia pœnaſq; conſtituūt: Siquis aut priuatus:aut publicus eoꝝ decre
to non ſtetit:ſacrificiis interdicunt.Hæc pœna apud eos ē grauiſſima

quibus ita eſt interdictum : ii numero impioꝝ: ac ſceleratorum habẽ
tur. iis omnes decedunt:aditum:ſermonemq; defugiunt : nequid ex
contagione incõmodi accipiant.neq; iis petentibus ius redditur.neq;
honos ullus cõmunicatur . Iis aũt omnibus druidibus præeſt unus :
qui ſummam inter eos habet auctoritatem.huic mortuo : aut ſiquis
ex reliquis excellit dignitate:ſuccedit:aut ſi ſunt plures partes: ſuffra
gio:druidum. Non nunq̃ etiã de principatu armis cõtendũt. Ii certo
ãni tempore in finibus carnutum :quæ regio totius galliæ media ha
betur:conſidunt in loco conſecrato . Huc omnes undiq; qui cõtrouer
ſias habent:conueniũt.eorumq; iudiciis decretiſq; parent . diſciplina
in britannia reperta:atq; inde in galliam tranſlata eſſe exiſtimatur.Et
nunc qui diligentius eam rem cognoſcere uolunt:plærunq; illo diſcẽ
di cauſa ꝓficiſcuntur.druides a bello abeſſe conſuerunt. neq; tributa
una cũ reliquis pendunt.militiæ uacationẽ : omniũq; reꝝ habent im
munitatẽ:tantis excitati premiis : & ſua ſponte multi in diſciplinam
conueniũt:& a propinquis parentibuſq; mittunt̃: magnum ibi nũeꝝ
uerſuum ediſcere dicuntur.Itaq; non nulli annos uiginti ĩ diſciplina
pmanent.neq; fas eſſe exiſtimant ea litteris mandare : cum in reliqs
uere rebus publicis : priuatiſq; rationibus græcis litteris utantur. Id
mihi duabus de cauſis inſtituiſſe uidẽtur: quod neq; in uulgus diſci
plinã efferri uolunt.neq; eos:qui diſcunt:litteris confiſos minus me
moriæ ſtudere.quod fere plæriſq; accidit:ut præſidio litteraꝝ diligen
tiam in pdiſcendo ac memoriã remittant . In primis hoc uolunt per
ſuadere:nõ interire animas:ſed ab aliis poſt mortẽ tranſire ad alios .
atq; hoc maxĩe ad uirtutẽ excitari putãt metu mortis neglecto. mul
ta præterea de ſyderibus:atque eoꝝ motibus:de mundi ac terraꝝ ma
gnitudine:de rerum natura:de deorum immortalium:ui ac poteſtate
diſputant.& iuuentuti tradunt.Alterum genus eſt equitũ.ii:cum eſt
uſus:atque aliquod bellum incidit:quod fere ante Cæſaris aduẽtum
quot annis accidere ſolebat:uti aut ipſi iniurias inferrent : aut illatas
ꝓpulſarent:omnes in bello uerſantur:atque eoꝝ ut quiſq; eſt genere
copiiſq; ampliſſimus:ita plurimos circum ſe ambactos clienteſq; ha
bet . Hanc unam gratiã potentiamq; nouerunt . Natio eſt omnium
galloꝝ admodum dedita religionibus:atq; ob eam cauſam :qui ſunt
affecti grauioribus morbis:quiq; in præliis periculiſq; uerſantur:aut
pro uictimis homines immolant:aut ſe immolaturos uouent : admi
niſtriſq; ad ea ſacrificia druidibus utuntur:quod pro uita homĩs niſi
uita hominis reddatur:non poſſe deoꝝ immortalium numen placari
arbitrantur.publiceq; eiuſdem generis habent inſtituta ſacrificia.alii
immani magnitudine ſimulacra habent : quoꝝ contexta uiminibus
membra uiuis hominibus complent : quibus ſuccenſis circunuenti

flamā exanimantur homines . Supplicia eorum:qui in latrocinio aut
in aliqua noxa ſint depræhēſi:gratiora diis immortalibus eſſe arbitrā
tur.Sed cum eius generis copia deficit:etiam ad innocentiū ſupplicia
deſcendunt.deum maxime Mercuriū colunt.huius ſunt pluria ſimula
cra.hunc omnium inuentorem artiū ferunt.Huc uiarum atq; itineꝝ
ducem.hunc ad quæſtus pecuniæ mercaturaſq; habere uim maximā
arbitrantur Poſt hunc Apollinem & Martem & Iouem & Mineruā.
de his eandem fere:quam reliquæ gentes habent opinionem.Appolli
nem morbos depellere.Mineruam opeꝝ atq; artificioꝝ initia tradere.
Iouem imperium celeſtium tenere.Martē bella gerere.Huic ſi prælio
dimicare conſtituerunt:ea:quæ bello ceperunt:plærunq; deuouēt.quæ
ſuperauerunt animalia capta immolant. reliquaſq; res in unum locū
conferunt.multis in ciuitatibus haꝝ rerum extructos tumulos locis
conſecratis conſpicari licet.neq; ſæpe accidit:ut neglecta quiſpiam re
ligione:aut capta apud ſe occultare:aut poſita tollere auderet:grauiſſi
mūq; ei rei ſupplicium cū cruciatu conſtitum eſt . Galli ſe omnes ab
Dite patre prognatos prædicant.Idque ab druidibus proditū dicunt.
ob eam cauſam ſpatia omnis temporis:non numero dieꝝ:ſed noctiū
finiunt.dies natales & menſium & annoꝝ initia ſic obſeruāt:ut noc
tem dies ſubſequatur . In reliquis uitæ inſtitutis hoc fere a reliquis
differunt:quod ſuos liberos:niſi cum adoleuerint : ut munus militiæ
ſuſtinere poſſint.palam ad ſe adire non patiuntur.filiumq; in puerili
ætate in publico in cōſpectu patris aſſiſtere turpe dicūt .Viri quantas
pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt: tantas ex ſuis bonis
æſtimatione facta cū dotibus cōmunicant. Huius omnis pecuniæ cō
iunctim ratio habetur:fructuſq; ſeruantur:uter eoꝝ uita ſuperarit:ad
eum pars utriuſq; cū fructibus ſuperioꝝ temporum ꝑuenit . Viri in
uxores:ſicuti in liberos:uitæ neciſq; habent poteſtatē:& cum paterfa
milias illuſtriore loco natus deceſſit:eius propinqui conueniūt : & de
morte:ſi res in ſuſpitionē uenit : de uxoribus in ſeruilem modū que
ſtionem habent.& ſi comptum eſt : igni atque omnibus tormentis
excruciatas interficiunt.Funera ſunt pro cultu gallorum magnifica :
& ſumptuoſa.omnia quæq; uiuis cordi fuiſſe arbitrantur : in ignem
inferūt:etiam animalia:ac paulo ſupra hanc memoriā ſerui & cliētes
quos ab iis dilectos eſſe conſtabat:iuſtis funeribus confectis:una cre
mabantur. Quæ ciuitates cōmodius ſuam rempublicam adminiſtra
re exiſtimantur:habent legibus ſancitū.Si qs quid de republica a fini
timis rumore aut fama acceperit:uti ad magiſtratū deferat : neue cū
allio cōmunicet:quod ſæpe homines temerarios atque imperitos Fal
ſis rumoribus terreri:& ad facinus impelli:& de ſummis rebus conſi
lium capere cognitū eſt.magiſtratus:quæ uiſa ſunt:occultant:quæq;

eſſe ex uſu iudicauerint:multitudini ꝓdunt:de republica niſi per con
ſilium loq nõ conceditur. Germani hac multũ ab cõſuetudine diffe
runt:nam neq; druides habent:qui rebus diuinis præſint:neq; ſacrifi
ciis ſtudent.deoꝝ numero eos ſolos ducunt:quos cernunt: & quorũ
opibus aperte iuuantur.Solem & uulcanum & lunam.reliquos ne fa
ma quidem acceperunt .Vita omnis in uenationibus atq; in ſtudiis
rei militaris conſiſtit.ab paruulis duriciæi ac labori ſtudent. qui diu
tiſſime impuberes ꝑmanſerunt: maxĩam inter ſuos ferunt laudem .
Hoc alii ſtaturam :alii uires neruoſq; confirmari putant . Intra annũ
uero uigeſimũ fœminæ noticiam habuiſſe: in turpiſſimis habent re
bus.cuius rei nulla eſt ocultatio: ꝙ & promiſcue in fluminibus perlu
untur.& pellibus aut paruis renonum tegumentis utuntur . magna
corporis parte nuda.Agriculturæ nõ ſtudent: maiorq; pars uictus eo
rum in lacte:caſeo:carne conſiſtit. neq; qſq̃ agri modum certum aut
fines habet proprios. Sed magiſtratus ac prĩcipes in annos ſingulos
gentibus cognationibuſq; hominum:qui cum una coierũt.quantum
eis:& quo loco uiſum eſt:agri attribuunt:atq; anno poſt alio tranſire
cogunt. eius rei multas afferunt cauſas:ne aſſidua conſuetudine ca
pti ſtudium belligerendi agricultura cõmutent. ne latos fines parare
ſtudeant:potentioreſq; humiliores poſſeſſionibus expellant: ne accu
ratius ad frigora atq; æſtus uitandos ædificent:ne qua oriatur peccu
niæ cupiditas.qua ex re factiones diuiſioneſq; naſcuntur.ut animi æq
tate plæbem contineant:cum ſuas quiſq; opes cũ potentiſſimis æqua
ri poſſe uideat.Ciuitatibus maxima laus eſt: q̃ latiſſime circum ſe ua
ſtatis finibus ſolitudines habere.Hoc proprium uirtutis exiſtimant:
expulſos agris finitimos cedere: neq; quenq̃ prope audere conſiſtere.
Simul hoc ſe fore tutiores arbitrantur: repentinæ incurſionis timore
ſublato:cum bellum ciuitas aut illatum defendit:aut infert.Magiſtra
tus:qui ei bello præſint: ut uitæ neciſq; habeant poteſtatem:deligun
tur.In pace nullus communis eſt magiſtratus: ſed principes regionũ
atq; pagorũ ĩter ſuos ius dicũt:controuerſiasq; minuunt.Latrocinia
nullam habent infamiam:quæ extra fines cuiuſq; ciuitatis fiunt:atq;
ea iuuentutis exercendæ:ac deſidiæ minuendæ cauſa fieri prædicant.
Atq; ubi quis ex principibus in conſilio ſe dixit ducem fore:qui ſeq
uelint:ꝓfiteant̃ cõſurgunt ii:qui & cauſam & hominẽ probant:ſuũq;
auxilium pollicentur:atq; ab multitudine collaudantur. Qui ex iis ſe
cuti non ſunt:in deſertorum ac proditorum numero habentur.omni
umq; rerum iis poſtea fides derogatur.Hoſpitem uiolare fas non pu
tant.qui quaq; de cauſa ad eos uenerunt:ab ĩiuria prohibent:ſanctos
habent.uſq; omnium domus patent.uictuſq; communicatur. Ac fu
it antea tempus cũ germanos galli ſuperarent uirtute: ut ultro bella

inferrent:propter hominum multitudiné agriq; inopiá trans rhenũ colonias mitterent. Itaq; ea:quæ fertiliſſima ſunt germaniæ loca circum Hercyniam ſiluam:quam Eratoſtheni & quibuſdá græcis fama notam eſſe uideo:quam illi orcyniam appellát:uulgo tectuſages occuparunt:atq; ibi conſederunt.quæ gens ad hoc tempus his ſedibus ſeſe continet.ſumamq; habet iuſtitiæ & bellicæ laudis opinioné.nũcq; in eadem inopia:egeſtate:patientia:qua germani permanent: eodé uictu & cultu corporis utuntur.Gallis autem prouinciarum propinquitas & tranſmarinarum rerũ noticia multa ad copiá atq; uſus largit̃ . paulatim aſſuefacti ſuperari: multiſq; uicti præliis:ne ſe quidem ipſi cum illis uirtute comparát .Huius herciniæ ſiluæ:quæ ſupra demonſtrata eſt:latitudo nouem dierum iter expedito patet:non enim aliter finiri poteſt:neq; menſuras itinerum nouerunt.oritur ad eluetiorum & nemetum & tauriacorum finibus : rectaq; fluminis danubii regionibus pertinet ad fines dacorum:& anartium. hic ſe flectit ſiniſtrorſus:diuerſis a flumine regionibus multarum gentium fines propter magnitudinem attingit.Neq; quiſq̃ eſt huius germaniæ : qui ſe aut audiſſe:aut adiſſe ad initium eius ſiluæ dicat.cum dierum iter.xl.proceſſerit:aut quo ex loco oriatur:acceperit.Multa in ea genera ferarum naſci conſtat:quæ reliquis in locis uiſa non ſint.ex quibus:quæ maxime differant: ab ceteris & memoriæ tradenda uideantur : hæc ſunt . Eſt bos cerui figura:cuius a media fronte inter aures unũ cornu exiſtit excelſius magiſq; directum . his:quæ nobis nota ſunt: cornibus ab eius ſumma ſicut palmæ:ramiq; late diffunduntur. eadem eſt fœminæ mariſq; natura.eadem forma:magnitudoq; cornuum.Sunt ité quæ appellantur alces:harum eſt conſimilis capris figura & uarietas pellium:ſed magnitudine paulo antecedũt:mutilæq; ſunt cornibus . & crura ſine nodis:articuliſq; habent.neq; quietis cauſa procumbũt: neq; ſiquo afflictæ caſu conciderunt:erigere ſeſe ac ſubleuare poſſũt. His ſunt arbores pro cubilibus.ad eas ſe applicant:atq; ita paulũ modo reclinatæ quietem capiunt. quarum ex ueſtigiis cũ eſt animaduerſum a uenatoribus:quo ſe recipere conſuerint : omnes eo loco ſubruunt:aut incidunt ab radicibus arbores tantum:ut ſumma ſpecies earum ſtantium relinquatur.huc cum ſe conſuetudine reclinauerĩt : infirmas pondere affligunt.atq; una ipſe concidunt.Tertium eſt genus eorum:qui uri appellantur: ii ſunt magnitudine paulo intra elephantos:ſpecie:& colore & figura tauri magna uis eorum:& magna uelocitas.neq; homini:neq; feræ:quam conſpexerunt:parcunt.hos ſtudioſe foueis captos interficiunt.hoc ſe labore durant adoleſcentes.atq; hoc genere uenationis exercent.& qui plurimos ex his interfecerunt: relatis in publicum cornibus.quæ ſint teſtimonio:magná ferunt laudé .

Sed aſſueſcere ad homines:& manſueti fieri.ne paruuli qdem excepti poſſunt . amplitudo cornuum & figura & ſpecies multū noſtrorū bo um cornibus differt.hæc ſtudioſe conquiſita ab labris argento circun cludunt.atque in ampliſſimis epulis pro poculo utuntur.Cæſar poſtq̃ per ubios exploratores comperit ſueuos ſeſe in ſiluas recepiſſe:inopiā frumenti ueritus :quod ut ſupra demonſtrauimus : minime oēs ger mani agriculturæ ſtudent.Conſtituit non ꝓgredi longius:ſed ne om nino metū reditus ſui barbaris tolleret:atq; ut eorū auxilia tardaret : reducto exercitu ꝑtem ultimā pontis:quæ ripas ubioꝝ contingebat: in longitudinē pedum ducentoꝝ reſcindit:atq; in extremo ponte tur rim tabulatoꝝ quattuor conſtituit : præſidiumq; cohortiū duodecim pontis tuendi cauſa ponit.magniſq; eū locum munitionibus firmat. Ei loco:præſidioq;.G.Volcatium Tullium adoleſcentē præfecit . ipſe cū matureſcere frumenta inciperent:ad bellū Ambiorigis ꝓfectus: ꝑ arduennā ſiluam:quæ eſt totius galliæ maxīa :atque ab ripis rheni fi nibuſq; treuiroꝝ ad neruios ꝑtinet:millibuſq; amplius quingētis in longitudinē patet.L.Minutiū Baſilium cū omni equitatu præmittit ſiqd celeritate itineris atq; opportunitate temporis proficere poſſit : monet:ut ignes fieri in caſtris ꝓhibeat : nequa eius aduentus procul ſignificatio fiat.ſeſe confeſtim ſubſequi dicit . Baſilius:ut imperatū eſt:facit celeriter.contraq; omnium opinionem confecto itinere:mul tos in agris inopinantes depræhendit:eorum indicio ad ipſum ambi origem contendit: quo in loco cum paucis equitibus eſſe dicebatur . Multum cum in omnibus:tum in re militari fortuna poteſt: nā ma gno accidit uſu:ut in ipſum incautum:atq; etiam imparatum incide ret.priuſq; eius aduentus ab hominibus uideretur:q̃ fama ac nuntiis afferretur:ſic magnæ fuit fortunæ omni militari inſtrumento: quod circum ſe habebat:erepto:rhædis equiſq; compræhēſis ipſum effuge re mortem.Sed hoc quoq; factum eſt:ꝙ ædificio circundato ſilua: ut ſunt fere domicilia gallorum:qui uitandi æſtus cauſa plærunq; ſilua rum ac fluminū petunt propinquitates:comites familiareſq; eius an guſto iu loco equitum noſtrorum uim pauliſper ſuſtinuerunt.iiſ pu gnantibus:illum in equum quidam ex ſuis intulit. fugientē ſiluæ te xeruut.ſic ad ſubeundum periculum:& ad uitandum multum fortūa ualuit. Ambiorix an copias ſuas iudicio non conduxerit:ꝙ prælio di micandum non exiſtimauerit:an tempore excluſus:& repentino equi tum aduentu prohibitus fuerit:cum reliquum exercitum ſubſeq cre deret:dubium eſt:ſed certe dimiſſis per agros nuntiis ſibi quenq; cō ſulere iuſſit.quorum pars in arduenam ſiluam: pars in continētes pa ludes profugit.q proximi oceano fuerunt :in ſiluis ſeſe occultauerūt. quas æſtus efficere conſuerint.multi ex ſuis finibus egreſſi:ſe ſuaq;

omnia alieniſſimis crediderunt. Catauoleus rex dimidiæ partis eburo num:qui una cum amborige conſilium inierat:ætate iam confectus: cum laboré belli:aut fugæ ferre nõ poſſet: omnibus precibus deteſta tus ambiorigem:qui eius conſilii auctor fuiſſet:Taxo:cuius magna ĩ gallia germaniaq; copia eſt:ſe exanimauit. Segni condruſi ex gente & numero germanorum:qui ſunt inter eburones treuiroſq;:legatos ad Cæſarem miſerunt oratum:ne ſe ĩ hoſtiũ numero duceret:neue omni um germanorum: qui eſſent citra rhenum cauſam eſſe unam iudica ret. nihil ſe de bello cogitaſſe. nulla ambiorigi auxilia miſiſſe. Cæſar explorata re:queſtione captiuorum:ſiqui ad eos eburones ex fuga con ueniſſent:ad ſe ut reducerent:imperauit. Si ita feciſſent: fines eorum ſe uiolaturum negauit. Tum copiis in tres partes diſtributis: impedi menta omnium legionum ad uatucam contulit. Id caſtelli nomen é. hoc fere eſt in mediis eburonum finibus: ubi Titurius atq; auruncu leius hyemandi cauſa conſederant. hunc cum reliquis rebus locum probarat: tum q; ſuperioris anni munitiones integræ manebant: ut militum laborem ſubleuaret. præſidio impedimentis legionem quar tamdecimam reliquit. Vnam ex his tribus:quas proxime conſcriptas ex italia traduxerat. Ei legioni caſtriſq;. Q. Tullium Ciceronem præfe cit. ducentoſq; equites attribuit. partito exercitu. T. Labienum cum le gionibus tribus ad oceanum uerſus in eas partes:quæ menappios at tingunt:proficiſci iubet. G. Trebonium cum pari legionum numero ĩ eam regionem:quæ aduaticis adiacet:depopulandam mittit. Ipſe cũ reliquis tribus ad flumen ſcalden:quod influit ĩ moſam: extremaſq; arduennæ partes ire conſtituit. quo cum paucis eqtibus profectũ am biorigem audiebat:diſcedens poſt diem ſeptimum ſeſe reuerſurum confirmat. quam ad diem ei legioni:quæ in præſidio relinquebatur: deberi frumẽtum ſciebat: Labienum Treboniumq; hortatur:ſi reipu blicæ commodo facere poſſint:ad eum diem reuertantur:ut rurſus cõ municato conſilio:exploratiſq; hoſtium rationibus:aliud initium bel li capere poſſint. Erat: ut ſupra demonſtrauimus: manus certa nulla non præſidium:non oppidum:quod ſe armis defenderet: ſed in oẽs partes diſperſa multitudo ubicunq;:aut uallis abdita: aut locus ſilue ſtris:aut palus impedita ſpem præſidii:aut ſalutis aliquam offerebat: conſederat. hæc loca uicinitatibus erant nota magnamq; res diligenti am requirebat. non in ſumma exercitus tuenda nullum enim poterat uniuerſis perterritis:ac diſperſis:periculum accidere:ſed ĩ ſingulis mi litibus conſeruandis:quæ tamen ex parte res ad ſalutem exercitus p tinebat. nam & prædæ cupiditas multos longius euocabat. ac ſiluæ ĩ certis occultiſq; itineribus confertos adire prohibebant. Si negotiũ confici ſtirpemq; hominum ſceleratorum interfici uellent:dimittẽdæ

plures manus:diducendiq; erant milites.Si continere ad ſigna mani pulos uellet:ut inſtituta ratio:& conſuetudo exercitus romani poſtu labat.Locus ipſe erat præſidio barbaris.neq; ex occulto inſidiandi : & diſperſos circunuĕiendi ſingulis deerat audacia. & in eiuſmodi diffi cultatibus:quantũ diligentia prouideri poterat: prouidebatur:ut poti us in nocendo aliquid prætermitteret̃:& ſi omniũ animi ad ulciſcen dum ardebant:quã cum aliquo detrimento militũ noceretur.dimittit ad finitimas ciuitates nuntios Cæſar:omnes ad ſe uocat ſpe prædæ : ad diripiendos eburones:ut potius in ſiluis gallorum uita:q̃ legiona rius miles periclitetur.ſimul ut magna multitudine circõfuſa pro ta li facinore:ſtirps ac nomen ciuitatis tollatur. Magnus undiq; nume rus celeriter conuenit.Hæc in omnibus eburonum partibus gereban tur.dieſq; apparebat ſeptimus: quem ad diem Cæſar ad impedimen ta legioneq; reuerti cõſtituerat.Hic quantum in bello fortuna poſſit: quãtos afferat caſus cognoſci potuit.diſſipatis ac perterritis hoſtibus: ut demõſtrauimus:manus erat nulla:quæ paruam modo timoris cau ſam afferret. trans rhenum ad germanos peruenit fama diripi eburo nes:atq; ultro omnes ad prædam euocari.cogunt equitum duomillia ſicambri. qui ſunt proximi rheno:a quibus receptos ex fuga tenet he ros atq; uſipites:ſupra docuimus : tranſeuntes rhenum nauibus rati buſq; triginta millibus paſſuum: infra eum locum ubi pons erat im perfectus:præſidiumq; a Cæſare relictum : primos eburonum fines adeunt.multos ex fuga diſperſos excipiunt.magno pecorũ numero : cuius ſunt cupidiſſimi barbari:potiuntur.Inuitati præda longius pro cedunt.non hos palus in bello:latrociniiſq; natos:non ſiluæ moranť. q̄bus in locis ſit Ceſar:ex captiuis quærunt:profectũ lũgius reperiũt: omnemq; exercitum diſceſſiſſe cognoſcunt.atq; unus ex captiuis: q̄d uoſ:inquit:hanc miſerã:ac tenuem ſectamini prædã:quibus iam licet eſſe forũatiſſimos:tribus horis ad Vatucam uenire poteſtis.Huc oẽs ſuas fortunas exercitus romanorum contulit præſidiũ tantum eſt:ut murus quidem angi poſſit.neq; quiſquam egredi extra munitiones audeat.obiectra ſpe germani:quam nacti erant prædam:in occulto re linquũt. ipſi ad Vatucã contendunt:uſi eodẽ duce:cuius hæc indicio cognouerant.Cicero:qui omnes ſuperiores dies preceptis Cæſaris cũ ſumma diligentia milites ĩ caſtris continuiſſet: ac ne calonem quidẽ quenq̃ extra munitionem egredi paſſus eſſet:ſeptimo die diffidẽs Cæ ſarem de numero dierum fidẽ ſeruaturũ: ꝙ lõgius progreſſum audie bat:neq; ulla de eius reditu fama afferebatur . ſimul eorum permo tus uocibus:qui illius patientiam pœne obſeſſionẽ appellabant. ſiqui dem ex caſtris egredi non liceret:nullum eiuſmodi caſum expectans : quo nouem oppoſitis legiõibus:maxĩoq; equitatu diſperſis: ac pœne

deletis hoſtibus: in millibus paſſuum tribus offendi poſſet.quīq; co
hortes frumentatum in proximas ſegetes mittit.quas inter & caſtra
unus omnino collis ītererat. Cōplures erāt ex legionibus ægri relicti:
ex quibus:qui hoc ſpacio dierum conualuerant:circiter.ccc.ſub uexillo
una mittuntur.magna præterea multitudo calonum : magna uis iu
mentorum:quæ ſub caſtris ſubſederant.facta poteſtate ſequitur.hoc
ipſo tempore:& caſu germani equites interueniūt:protinuſq; eodem
illo:quo uenerant curſu:ab decumana porta in caſtra irrumpere conā
tur. nec prius ſunt uiſi obiectis ab ea parte ſiluis : quā caſtris propin
quarent.uſq; eo:ut qui ſub ualle tenderent mercatores:recipiendi ſui
non haberent facultatem.Inopinantes noſtri re noua perturbantur .
ac uix primum impetū cohors in ſtatione ſuſtinet.circunfunduntur
ex reliquis hoſtes partibus:ſi quem aditum reperire poſſent.ægre no
ſtri portas tuentur.reliquos aditus locus ipſe per ſe: munitioq; defen
dit.totis trepidatur caſtris.atq; alius ex alio cauſam tumultus quærit
neq; quo ſigna ferantur:neq; quā in ꝑtem quiſq; conueniat:ꝓuidēt.
Alius iam capta caſtra ꝓnunciat.alius deleto exercitu : atq; Imꝑatore
uictores barbaros ueniſſe contendit.Plæriq; nouas ſibi ex loco religio
nes fingunt.Cottæq; & Titurii calamitatem:qui in eodem occiderint
caſtello ante oculos ponunt . tali timore omnibus ꝑterritis confirma
tur opinio barbaris:ut ex captiuo audierant nullū eſſe intus præſidiū
ꝓrumpere conātur:ſeque ipſi adhortantur:ne tantā fortunam ex ma
nibus dimittant.Erat æger cū præſidio relictus. P.Seſtius Baculus: q̄
primū pilum apud Cæſarem duxerat : cuius mentionem ſuꝑioribus
præliis fecimus.ad diem quintum cibo caruerat . hic diffiſus ſuæ ac
omniū ſaluti inermis ex tabernaculo prodit.uidet imminere hoſtes:
atq; in ſummo eſſe rem diſcrimine.capit arma a ꝓximis: atq; in por
ta conſiſtit.Conſequitur hunc Centurio eius cohortis:quæ in ſtatiōe
erat.pauliſper præliū una ſuſtinent.relinquit animus Seſtium: graui
bus acceptis uulneribus:ægre per māus tractus ſeruatur.Hoc ſpatio
interpoſito:reliq̄ ſeſe confirmant tantum: ut in munitionibus conſi
ſtere audeant:ſpeciemq; defenſorum præbeant. Interim confecta fru
mentatione:milites noſtri clamorem exaudiunt:præcurrunt equites:
quanto res ſit in periculo:cognoſcunt.Hic uero nulla munitio ē:quæ
perterritos recipiat.modo conſcripti:atq; uſus militaris īperiti ad tri
bunum militum centurioneſq; ora conuertunt. quid ab his præcipia
tur:expectant . Nemo eſt tam fortis:quin rei nouitate perturbetur .
barbari ſigna procul conſpicati oppugnatione deſiſtunt. rediſſe prīo
legiones credunt: quas longius diſceſſiſſe ex captiuis cognouerant .
poſtea deſpecta paucitate ex omnibus partibus impetum faciūt. calo
nes in proximum tumulum procurrunt.hinc celeriter deiecti:ſe in ſi

gna manipuloſq; coniiciunt . Eo magis timidos perterrent milites . alii cuneo facto:ut celeriter perrumperent:cenſent : quoniam tam ꝓ pinqua ſint caſtra:etſi pars aliqua circunuenta ceciderit : at reliquos ſeruari poſſe confidunt.alii ut iugo coſiſtant: atq; eundem omnes fe rant caſum.hoc ueteres non probant milites:quos ſub uexillo una ꝓ fectos docuimus:itaq; inter ſe cohortati: duce.G.Trebonio equite ro mano:qui eis erat præpoſitus:per medios hoſtes perrumpunt.incolu meſq; ad unum in caſtra perueniunt omnes. hos ſubſecuti calones : equiteſq; eodem impetu militum uirtute ſeruantur.At ii:qui in iugo conſtiterant:nullo etiam nunc uſu rei militaris percepto:neq; in eo: quod probauerant:conſilio permanere:ut ſe loco ſuperiore defēderēt : neq; eam:quam prodeſſe aliis uim celeritatemq; uiderant:imitari po terant.ſed ſe in caſtra recipere conati:in iniquum locum dimiſerunt. Centuriones: quorum nō nulli ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum cauſa uirtutis in ſuperiores erant ordines huius legionis traducti : ne ante partam rei militaris laudem amitterent : fortiſſime pugnantes conciderunt .Militum pars horum uirtute ſummotus ho ſtibus præter ſpem incolumis in caſtra peruenit : pars a barbaris cir cunuenta periit Germani deſperata expugnatione caſtroꝝ : quod no ſtros iam cōſtitiſſe in munitionibus uidebāt.cum ea præda quam in ſiluis depoſuerant:trans rhenum ſe receperunt. ac tantus fuit etiam poſt diſceſſum hoſtiū terror:ut ea nocte:cum.G . Voluſenus miſſus cum equitatu ad caſtra ueniſſet:fidem nō faceret: adeſſe cū incolumi Cæſarem exercitu.Sic omnino timor āimos præocupauerat: ut pœne alienata mente: deletis omnibus copiis:equitatum ſe ex fuga recepiſ ſe dicerent.neq; incolumi exercitu germanos caſtra oppugnaturos fu iſſe cōtenderēt quē timorē Cæſaris aduēt⁹ ſuſtulit:Reuerſus ille euē tus belli non ignarus unum:ꝙ cohortes ex ſtatione:& præſidio eſſēt emiſſæ queſtus:ne minimo quidem caſu locum reliqui debuiſſe:mul tum fortunam in repentino hoſtium aduētu potuiſſe iudicauit. mul to etiam amplius:ꝙ pœne ab ipſo uallo portiſq; caſtrorum barbaros auertiſſet.Quarum rerum omnium maxime admirandum uidebat͂ : quod germani:qui eo conſilio rhenum tranſiſſent:ut ambiorigis fīes depopularentur:ad caſtra romanorum delati : optatiſſimum ambiori gi beneficium obtulerint. Cæſar ad uexandos rurſus hoſtes profect⁹ magno coacto numero ex finitimis in omnes partes dimittit.oēs ui ci:atq; omnia ædificia:quæ quiſq; conſpexerat:incendebantur. præda ex omnibus locis agebatur.frumenta non ſolum tanta multitudine iumentorum atq; hominum cōſumebantur: ſed etiam anni tepmpo re:atq; imbribus procubuerant : ut ſiqui etiam in præſentia ſe occul taſſent:tamen iiſ deducto exercitu:rerum omnium inopia præeundū

uideretur:ac ſæpe in eum locum uentum eſt. tanto in omnes partes diuiſo equitatu : ut non modo uiſum ab ſe Ambiorigem in fuga cir cunſpicerent captiui: ſed nec plane etiam abiſſe ex cõſpectu contende rent:ut ſpe conſequendi illata:atq; infinito labore ſuſcepto: qui ſe ſũ mam a Cæſare gratiã inituros putarent.pœne naturã ſtudio uincerẽt ſemperq; paulum ad ſummã felicitatem defuiſſe uideret̃.atq; ille late bris:aut ſaltibus ſe eriperet . & noctu occultare:alias partes:regiõeſq; petere:non maiore equitum præſidio quam quattuor:quibus ſolis ui tam ſuam cõmittere audebat.tali modo uaſtatis regionibus:exercitũ Cæſar duaꝝ cohortium damno durocoterum remoꝝ reducit.Concili oq; in eum locum galliæ ĩducto:de coniuratione ſenonum & cornutũ queſtionem habere inſtituit . Et de Accone:qui princeps eius conſilii fuerat:grauiore ſententia ꝓnuntiat.ac more maiorum ſupplitium ſũ pſit.Non nulli iudicium ueriti ꝓfugerunt:quibus cum aqua & igni interdixiſſet:duas legiones ad fines treuiroꝝ:duas in lingonibus : & reliquas ĩ ſenonũ finibus adduxit.& in hybernis collocauit.frumẽtoq; exercitui prouiſo:ut inſtituerat: in italiam ad conuentus peragendos profectus eſt .

G . IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIBER SEPTIMVS .

q Vieta gallia:Cæſar:ut inſtituerat: in italiam ad con uentus peragendos ꝓficiſcitur.ibi cognoſcit de clo dii cæde.Senatuſq; cõſulto certior factus:ut omnes italiæ iuniores coniurarẽt: delectum tota prouintia habere inſtituunt. Eæ res in Galliam tranſalpinam celeriter perferuntur.addunt ipſi:& affligunt rumo ribus galli:quod res poſcere uidebãtur:retineri urbano motu Cæſarẽ. neq; in tantis diſſenſionibus ad exercitum uenire poſſe. hac impulſi occaſione: qui iam ante ſe populi romani imperio ſubditos dolerẽt : liberius atq; audacius de bello inire conſilia incipiunt.indictis ĩter ſe principes galliæ cõſiliis ſilueſtribus: ac remotis locis querũtur de Ac conis morte.poſſe hunc caſum recedere ad ipſos demonſtrant . miſe rantur communẽ galliæ fortunam omnibus pollicitatiõibus ac pre miis depoſcunt:qui belli initia faciant. & ſui capitis periculo galliã ĩ libertatem uendicent. In primis rationem habẽdam dicunt :prius q̃ eorum clandeſtina conſilia efferant̃ : ut Cæſar ab exercitu ĩtercluda tur.Id ẽẽ facile:ꝗ neq; legiones:abſente imperatore:audeant ex hyber nis egredi: neque ĩpator ſine preſidio ad legiões ꝑuenire poſſet po ſtremo in acie præſtare interfici:q̃ nõ ueterẽ belli gloriam libertatẽq;

quam a maioribus acceperant: recuperant. Iis rebus agitatis profiten tur carnutes ſe nullum piculũ cõmunis ſalutis cauſa recuſare: princi peſq; ſe ex omnibus bellũ facturos pollicentur. & quoniam in præſen tia de obſidibus cauere inter ſe non poſſent: ne res efferatur: ut iure iurádo ac fide ſantiatur petũt: collatis militaribus ſignis: quod more eorum grauiſſima cerimonia continetur: ne facto initio belli a reliqs deſerantur. Tunc collaudatis carnutibus: dato iureiurando ab omni bus: qui aderant: tempore eius rei conſtituto: a conſilio diſceditur. Vbi ea dies uenit: Carnutes Cotuato & Conetodumo ducibus: deſpa tis hominibus genabin dato ſigno concurrunt. ciueſq; romanos: qui negotiandi cauſa ibi coſtiterant: in iiſ. G. Fuſium Cottam honeſtum equitem romanũ: qui rei frumentariæ iuſſu Cæſaris preerat: interfici unt. bonaq; eorum diripiunt. celeriter ad omnes galliæ ciuitates fa ma profertur: Nam ubi maior atque illuſtrior ĩcidit res: clamore per agros regioneſque ſignificant. hanc alii deinceps excipiunt: & prox: mis tradunt: ut tũc accidit. nam quæ genabĩ oriente ſole geſta eſſẽti ante primam confectam uigiliã in finibus aruernorum audita ſunt. quod ſpatium eſt millium paſſuum circiter. clx. Simili ratione ibi Ver cingentorix Celtili filius aruernus ſummæ potentiæ adoleſcens. cui⁊ pater principatum̃ galliæ totius obtinuerat: & ob eam cauſam: ꝗ re gnum appetebat: ab ciuitate erat interfectus: conuocatis ſuis clienti bus: facile eos incendit. cognito eius conſilio ad arma cõcurrunt. pro hibetur ab Gobanitione patruo ſuo reliquiſq; principibus: qui hanc temptandam fortunam non exiſtimabant. expellitur ex oppido gor gonia. non tamen deſiſtit: atq; in agris habet delectum egentium: ac perditorum. hac coacta manu. quoſcunq; adit ex ciuitate: in ſuam ſen tentiã perducit. hortatur: ut cõmunis libetatis cauſa arma capiãt: ma gniſq; coactis copiis aduerſarios ſuos: a quibus pauloante erat eiect⁊: expellit ex ciuitate. rex ab ſuis appellatur. dimittit quoquo uerſus lega tiones: opteſtatur: ut in fide maneãt. celeriter ſibi ſenones: Pariſios: pi ctones: cadurcos: turones: aulercos: lemonices: ãdos: reliquoſq; omnes: qui oceanum attingunt: adiungit: omnium conſenſu ad eum defert̃ imperium: qua oblata poteſtate omnibus his ciuitatibus obſides im perat. certum numerum militum celeriter ad ſe adduci iuſſit. Armoꝝ quantum duæq; ciuitas domi: quodq; ante tempus efficiat: conſtitu it. In primis equitatui ſtudet. ſummæ diligentiæ ſummam imperii ſeueritatem addit. magnitudine ſupplicii dubitantes cogit. nam ma iore commiſſo delicto igne atq; omnibus tormentis necat. Læuiori decauſa: aurib⁊ deſectis: aut ſigulis effoſſis oculis domũ remittit. ut ſit reliquis documento & magntudine poenæ ꝑterreant alios. Iis ſuppli ciis celeriter coacto exercitu: Lucterium Cadurcum ſũmæ hominem

audaciæ cum pte copiaꝝ in rutéos mittit.ipſe in bituriges ꝓficiſcit᷑.
eius aduētu bituriges ad heduos.quoꝝ erant in fide:legatos mittunt
ſubſidium rogatum.quo facilius hoſtium copias ſuſtinere poſſit. he
dui de conſilio legatorum : quos Cæſar ad exercitum reliquerat:copi
as equitatus peditatuſq; ſubſidio biturigibus mittunt : qui cum ad
flumen ligerim ueniſſent : quod bituriges ab heduis diuidit:paucos
dies ibi morati.neq; flumen tranſire auſi:domum reuertuntur.Lega
tiſq; noſtris renuntiant:ſe biturigum perfidiam ueritos reuertiſſe:q
bus id conſilii fuiſſe cognouerint:ut ſi flumen tranſiſſent: una ex p
te ipſi:altera aruerni circonſiſterent.Id ea de cauſa quam legatis ꝓnū
tiarunt:an perfidia adducti fecerint:quod nihil nobis conſtat: non ui
detur pro certo eſſe proponendum. Bituriges earum deceſſu ſtatī cū
aruernis iunguntur.his rebus in italiam Cæſari nuntiatis: cum iam
ille uirtute Gn. Pōpeii urbanas res commodiorem in ſtatum peruēiſ
ſe intelligeret:in tranſalpinam galliam ꝓfectus eſt.eo cum ueniſſet:
magna difficultate afficiebatur : qua ratione ad exercitum peruenire
poſſet.Nam ſi legiones in prouintiam accerſeret:ſe abſente: in itine
re prælio dimicaturas intelligebat. ſi ipſe ad exercitum contenderet:
ne iis quidem:qui eo tempore quieti uiderentur:ſuam ſalutem recte
committi uidebat. Interim Lucterius cadurcus in rutenos miſſus eá
ciuitatem aruernis conciliat. progreſſus in nitiobriges & gabales ab
utriſque obſides accipit : & magna coacta manu in prouinciam nar
bonē uerſus eruptionē facere contendit.Qua re nuntiata Cæſar oīb⁹
conſiliis ante uertendum exiſtimauit:ut narbonem ꝓficiſceretur. eo
cum ueniſſet:timentes:confirmat : præſidia in rutenis ꝓuintialibus
uolcis:artomicis:toloſatibus:circūq; narbonē:quæ loca erant hoſtibus
finitima:conſtituit.partem copiarum ex ꝓuintia ſupplementumq;:ꝙ
ex italia adduxerat:in heluios:qui fines aruernoꝝ contingunt:cōueni
re iubet.His rebus comparatis:repreſſo iam Lucterio & remoto:ꝙ in
trare intra præſidia periculoſum putabat:in heluios ꝓficiſcitur . & ſi
mons gebenna:qui aruernos ab heluiis diſcludit:duriſſimo tempore
anni altiſſima niue iter impediebat:tamen diſcuſſa niue ſex in altitu
dinem pedum:atq; ita uiis patefactis:militum ſudore:ad fines aruer
norū peruenit.quibus oppreſſis inopinantibus:ꝙ ſe gebenna ut mu
ro munitos exiſtimabant:ac ne ſingulari quidem homini: unq̄ eo té
pore anni ſemite patuerant:militibus imperat: ut q̄latiſſime poſſūt :
uagentur. & q̄maximum hoſtibus terrorem inferant . Celeriter hæc
fama ac nuncii ad Vercingentorigem perferūtur:quem perterriti oēs
aruerni circonſiſtunt:atq; obſecrant:ut ſuis fortunis conſulat. neue
ab hoſtibus diripiantur : præſertim cum uideat omne ad ſe bellum
tranſlatū.quoꝝ ille precibus permotus:caſtra ex biturigibus mouet :

in aruernos uerſus. At Cæſar biduum in his locis moratus: quod hæc de Vercingentorige uſus uentura opinione perceperat: pro eā ſupplementi: equitatuſq; cogendi ab exercitu diſcedit. Brutum adoleſcentē his copiis præfecit. Hunc monet: ut in omnes partes equites quamlatiſſime peruagētur: daturum ſe operā ne longius triduo a caſtris abſit. his cōſtitutis rebus ſuis inopinantibus: q̄maximis poteſt itineribus uiennam peruenit. ibi nactus recentem equitatum: quem multis āte diebus eo præmiſerat: neq; diurno: neq; nocturno itīere ītermiſſo per fines heduorum in lingones contendit. ubi duæ legiones hyemabant: ut ſiquid etiam de ſua ſalute ab heduis iniretur conſilii: celeritate præcurreret. eo cum perueniſſet: ad reliquaslegiones mittit: priuſ q̄ in unum locum omnes cogit: q̄ de eius aduētu aruernis nuntiari poſſet. Hac re cognita: Vercingentorix rurſus in bituriges exercitum reducit. atq; inde profectus gergobinā boiorum oppidum: quod ibi eluetico prelio uictor Cæſar collocauerat: heduiſq; attribuerat: oppugnare inſtituit. magnam hæc res Cæſari difficultatem ad conſiliū capiēdum afferebat. ſi reliquam partem hyemis uno in loco legiones cōtineret: ne ſtipendiariis heduorum expugnatis: cuncta gallia deficeret: q̄ nullum ī eo amicis præſidium uideretur poſitum eſſe: ſi maturius ex hybernis educeret ne ab re frumentaria duris ſubuectionibus laboraret. præſtare uiſum eſt tamen: omnes difficultates petere: q̄ tāta contumelia accepta: oīum ſuorum uoluntates alienare. Itaq; cohortatus heduos de ſupportando cōmeatu præmittit ad boios: qui de ſuo aduētu doceant: hortenturq; ut in fide maneant: atq; hoſtium impetum magno animo ſuſtineāt. duabus agedinci legionibus atq; impedimētis totius exercitus relictis: ad boios proficiſitur. Altero die cum ad oppidum ſenonum Vellaunodunum ueniſſet: nequem poſt ſe hoſtem relīqueret: quo expeditiore refrumtaria uteretur: oppugnare inſtituit. Idque biduo circunuallauit: tertio die miſſis ex oppido legatis de deditione arma conferri: iumenta produci ſexcentos obſides dari iubet. ea qui conficeret: G. Trebonium legatum reliquit: ipſe ut q̄primū iter faceret: genabū carnutum proficiſcitur. qui tunc primum allato nuntio de oppugnatione Vallaunoduni: cūm longius eam rem ductum iri exiſtimarent: præſidium genabi tuendi cauſa: quod ī eo mitterēt: comparabant. Huc biduo peruenit: caſtris āte oppidum poſitis: diei tēpore excluſus: in poſterum oppugnationem differt: quæq; ad eam rē uſui ſint: militibus imperat. & quod oppidum genabum pons fluminis ligeris cotinebat: ueritus ne noctu ex oppido profugerent: duas legiones in armis excubare iubet. Genabenſes paulo āte mediā noctem ſilentio ex oppido egreſſi flumē trāſire cœperūt: qua re per exploratores nuntiata Cæſari: legiōes: quas expeditas eſſe iuſſerat: portis īcēſis

intromittit:atq; oppido potitur : perpaucis ex hoſtium numero deſy
deratis:quin cuncti caperentur: ꝙ pontis atq; itinerum ãguſtiæ mul
titudinis fugam intercluſerant.oppidum diruit.atq; incendit prædã
militibus donat.exercitum ligerĩ traducit.atq; in biturigum fines ꝑ
uenit.Vercingentorix ubi de Cæſaris aduentu cognouit:oppugnatio
ne deſtitit:atq; obuiam Cæſari proficiſcitur.Ille oppidum oppugnare
inſtituerat.Quo ex oppido cũ legati ueniſſent oratũ : ut ſibi ignoſce
ret ſuæq; uitæ conſuleret ut celeritate reliquas res conficeret quarum
plæraq; erat conſecutus:arma cõferri equos produci : obſides dari iu
bet.ꝑte iam obſidum tradita:cũ reliqua adminiſtrarentur:centurioni
bus & paucis militibus intromiſſis: qui arma iumentaq; cõquererẽt :
equitatus hoſtium ꝓcul uiſus eſt.qui agmen Vercingentorigis ante
ceſſerat:quem ſimul atq; oppidani conſpexerunt:atq; in ſpem auxilii
uenerunt:clamore ſublato arma capere:portas claudere:murum com
plere cœperunt.Centuriones in oppido:cum ex ſignificatione gallorꝫ
noui aliquid ab iis iniri conſilii intellexiſſent:gladiis diſtrictis portas
occupauerunt: ſuoſq; omnes incolumes receperunt. Cæſar ex caſtris
equitatum educi iubet:prælium equeſtre committit.laborantibus iã
ſuis:germanos equites circiter.cccc.ſubmittit:quos ab initio ſecũ ha
bere inſtituerat.eorum impetum galli ſuſtinere non potuerunt. atq;
in fugam coniecti:multis amiſſis:ſeſe ad agmen receperunt. quibus
ꝓfligatis:rurſus oppidani perterriti:compræhenſos eos:quorum ope
ra plæbem concitatam exiſtimabant:ad Cæſarem perduxerunt.ſeſeq;
ei dediderunt.Quibus cõfectis:Cæſar ad oppidum auaricũ:quod erat
maximum munitiſſimumq; in finibus biturigum:atq; agri fertiliſ
ſima regione profectus eſt . ꝙ eo oppido recepto ciuitatem biturigũ
ſe in poteſtatem redacturum confidebat.Vercingentorix tot continu
is ĩcommodis Vellaunodũi.genabi.nouioduni acceptis:ſuos ad cõcili
um cõuocat.docet lõge alia ratiõe eſſe bellum gerendum . atq; antea
geſtum ſit. omnibus modis huic rei ſtudendum:ut pabulatione aut
commeatu romani prohibeantur.Id eſſe facile:atq; equitatu ipſi abũ
dent.& ꝙ anni tempore ſubleuentur.pabulum ſecari nõ poſſe:neceſ
ſario diſperſos hoſtes ex ædificiis petere hos omnes quottidie ab eqti
bus diripi poſſe.preterea ſalutis cauſa cõmoda negligẽda uicos atque
ædificia ĩcendi oportere.Hoc ſpatio a boia quoquo uerſus:quo pabu
landi cauſa adire poſſe uideantur. Harum ipſis rerum copiam ſuppe
tere:quod quorum in finibus bellum geratur.eorum opibus ſubleuẽ
tur.romanos aut inopiam non laturos:aut magno periculo longius
a caſtris proceſſuros:neq; intereſſe:ipſos ne interficiant: impedimen
tis ne exuant:quibus amiſſis bellum geri non poſſit præterea oppida
incẽdi oportere.quæ non munitiõe & loci natura ab omni ſit ꝑiculo

tuta.neu ſuis ſint ad detractandum militiam receptacula : neu roma nis propoſita ad copiam commeatus:prædamq; tollendam . Hæc ſi grauia aut acerba uideantur:multo illa grauius æſtimare:liberos con iuges in ſeruitutem abſtrahi:ipſos interfici.quæ ſint neceſſe accidere uictis pati.omnium conſenſu hac ſententia probata:uno die amplius .xx.urbes biturigum incenduntur.hoc idẽ fit in reliquis ciuitatibus: in omnibus partibus incendia conſpiciuntur. quæ etſi magno cũ do lore ferebant:tamen hoc ſibi ſolatii ꝓponebant:quod explorata uicto ria:celeriter amiſſa recuperaturos confidebãt.deliberatur de auarico ĩ cõ muni concilio incendi placeret:an defendi. ꝓcumbit gallis omnibus ad pedes pituriges:ne pulcherrimam prope totius galliæ urbem:quæ preſidio & ornamento ſit oibus ſuis manibus ĩcendere cogerentur: facile ſe loci natura defenſuros dicunt: quod prope ex omnibus parti bus flumine:& palude circundata unnm habeat & per anguſtum adi tum.datur petentibus uenia.diſſuadente primo Vercingẽtorige poſt concedente:& precibus ipſorum & miſericordia uulgi defenſores ido nei oppido deliguntur . Vercingentorix minoribus Cæſarem itineri bus ſubſequitur.& locum caſtris deligit:paludibus ſiluiſq; munitnm ab auarico longe millia paſſuum.xvi.ibi per certos exploratores ĩ ſin gula diei tempora:quæ ad auaricum agerentur:cognoſcebat: & quid fieri uellet:imperabat.omnes noſtras pabulationes obſeruabat. diſp ſoſq; cum longius neceſſario procederent:adoriebatur. magnoq; ĩcõ modo afficiebat.etſi quantum ratione prouideri poterat : ab noſtris occurrebatur:ut ĩecertis temporibus:diuerſiſq; itineribus iretur. Ca ſtris ad eam partem oppidi poſitis:Cæſar:quod intermiſſum a flumi ne & a paludibus aditũ:ut ſupra diximus:anguſtum habebat : agge rem apparare:uineas agere:turres duas conſtituere cœpit. nam circõ uallare loci natura prohibebat.de re frumẽtaria boios:atq; heduos ad hortari non deſtitit:quorum alteri:quod nullo ſtudio agebãt:nõ mul tum adiuuabant.alteri uon magnis facultatibus:quod ciuitas erat exi gua & infirma:celeriter quod habuerunt:conſumpſerunt. ſumma cũ difficultate rei frumentariæ affecto exercitu:tenuitate boioꝝ indulgẽ tia heduorum:incendiis ædifitiorum:uſq; eo: ut cum plures dies mi lites furmento caruerint : & pecore e longinquioribus uicis abacto : extremam famem ſuſtentarent.nulla tamẽ uox eſt ab his audita po . ro.maieſtate:& ſuperioribus uictoriis indigna.Quinetiam Cæſar cũ in opere ſingulas legiones appellaret:etſi acerbius inopiam ferrent:ſe dimiſſuꝝ oppuguationẽ diceret:ũiuerſi ab eo:ne id faceret:petebãt.ſic ſe cõplures ãnos illo ĩpãte meruiſſe:ut nullã ignominiã acciperẽt.nuſ quã infecta re diſcederent: hoc ſe ignominiæ laturos loco:ſi incœptã oppugnatiõem reliquiſſent:præſtare omnes perferre acerbitates:q̃ nõ

ciuibus ro: quí genabi perfidia galorum interiſſent:parentarét. Hæc eadem centurionibus:tribuniſq; militum mandabant: ut per eos ad Cæſarem deferrentur.Cum iam muro appropinquaſſent turres:ex ca ptiuis Cæſar cognouit:Vercingentorigé cõſumpto pabulo caſtra mo uiſſe.ꝓpius auaricum:atq; ipſum cum equitatu expeditiſq;:qui inter equites præliari conſueſſent:inſidiarum cauſa ꝓfectum:quo noſtros poſtero die pabulatum uenturos arbitrabatur. Quibus rebus cogni tis media nocte ſilentio ꝓfectus:ad hoſtium caſtra mane ꝑuenit.Illi celeriter ꝑ exploratores aduentu Cæſaris cognito: carros impedimen taq; ſua in arctiores ſiluas abdideruut.Copias omnes in loco ædito : atq; apto inſtruxerunt. qua renuntiata Cæſar celeriter ſarcinas cõfer ri:arma expediri iuſſit.Collis erat breuiter ab infimo accliuis. hũc ex omnibus fere ꝑtibus palus difficilis:atq; īpedita cīgebat:nõ latior pe dibꝰ qnquagīta hoc ſe colle īterruptis põtibꝰ:galli fiducia loci cõtine bát.Generatīq; diſtributi in ciuitates:oīa uada:ac ſaltus eius paludis obtinebant.ſic animo parati.ut ſic eam paludem romani perrumpere conarentur.hæſitantes premerent ex loco ſuperiore:ut qui iniquitaté conditionis ꝑſpicerent:inani ſimulatiõe ſeſe oſtẽtare cognoſcerent . Indignantes milites Cæſar:quod cõſpectum ſuũ hoſtes preferre poſ ſent:tantulo ſpatio interiecto:& ſignũ prelii expoſcentes edocet quan to detrimeuto:& quot uirorũ fortium morte : neceſſe ſit conſtare ui ctoriam: quos cũ ſic aío paratos uideret:ut nullum ꝓ ſua laude ꝑicu lum recuſarent:ſummæ ſe iniquitatis condemnari debere: niſi eorũ uitam ſua ſalute habeat cariorem.Sic milites conſolatus: eodem die reducit ī caſtra.reliqua:quæ ad oppugnationé oppidi ꝑtiebát admini ſtrare inſtituit.Vercingentorix cum ad ſuos rediſſet:proditiõis īſimu latus quod caſtra proprius romanos mouiſſet:quod cum oī equitatu diſceſſiſſet:quod eius diſceſſu romani tanta opportunitate & celerita teueniſſent:non hæc oīa fortuitu: aut ſine cõſilio accidere potuiſſe : regnum illum galliæ male cæſaris conceſſu: q̃ ipſorum habere bene ficio:tali modo accuſatus ad hæc reſpondit:Quod caſtra mouiſſet:fa ctum inopia pabuli:etiam ipſis hortantibus:quod ꝓpius romãos ac ceſſiſſet:ꝑſuaſum loci opportunitate: qui ſeipſum munitiõe defende ret:equitum uero operam:neque in loco paluſtri deſyderari debuiſſe: & illis fuiſſe utile : quo ſint profecti: ſummam imperii ſe conſulto nulli diſcedentem tradidiſſe.ne is multitudinis ſtudio ad dimicandũ impelleretur.cui rei propter animi molliciam ſtudere omnes uideret. quod diutius laborem ferre non poſſent. Romani ſi caſu īteruenirét fortunæ:ſi alicuius inditio uocati hīc habẽdam gratiam:quod & pau citatem eorum ex loco ſuperiore cognoſcere:& uirtutem deſpicere po tuerint:qui dimicare non auſi:turpiter ſe in caſtra receperint. Impiũ

ſe a Cæſare ꝑ ꝓditionem nullum deſyderare:quod habere uictoriam poſſet:quæ iam eſſet ſibi ac omnibus gallis explorata: quí etiam ipſis remitteret : ſi ſibi magis honores tribuere:q̃ a ſe ſalutem accipere ui deantur. Hæc ut intelligatis:inquit : ſyncere a me ꝓnuntiari : audite romanos milites. ꝓducitq; ſeruos:quos ī pabulatione paucis ante di ebus exceperat:& fame uinculiſq; excruciauerat.ii iá ante edocti:quæ interrogati ꝓnuntiarent:milites ſe eſſe legionarios dicunt:fame & ī opia adductos clam ex caſtris exiſſe:ſiquid frumenti: aut pecoris in a gros reperire poſſent:ſimili omnem exercitum inopia premi : nec iá uires ſufficere cuiuſq̃:nec ferre opis laboré poſſe.Itaq; ſtatuiſſe īpato rem ſi nihil in oppugnatione oppidi ꝓfeciſſent: triduo exercitum de ducere.Hæc inquit a me Vercingentorix beneficia habetis: quem ꝓ ditionis inſimulatis : cuius opera ſine ueſtro ſanguine:tantum exer citum uictorem fame cunſumptū uidetis: qué turpiter ſe ex fuga re cipienté:ne qua ciuitas ſuis finibus recipiat:a me ꝓuiſū é.Cōclamat omnis multitudo:& ſuo more armis concrepat. quod facere in eo cō ſuerunt:cuius rationem approbant.ſummum eſſe Vercingétorigé du cem:nec de eius fide dubitandū ne maiori bellum adminiſtraret. Sta tuunt ut decem millia hominum delecta ex omnibus locis in oppidū mittantur:nec ſolis biturigibus communem ſalutem committédam cenſent:quod pœnes eos:ſi id oppidum retinuiſſent:ſummam uicto riæ conſtare intelligebát. Singulari militū noſtrorum uirtuti cōſilia cuiuſq; mōi gallorum occurrebát ut eſt ſūmæ genus ſolertiæ atq; ad omnia imitanda & efficienda:quæ ab quoquo tradūtur:aptiſſimum. nam & laqueis falces auertebant:quas cum deſtinauerant : tormétis introrſus reducebant:& aggerem cuniculis ſubtrahebant:eo ſciétius: quod apud eos magnæ ſunt ferrariæ : atque omne genus cuniculoꝶ notum:atque uſitatum eſt.totum auté muꝶ ex omni parte turribus contabulauerát: atque has coriis intexerant.tū crebris diurnis noctur niſq; eruptionibus aut aggeri ignem inferebant: aut milites occupa tos in ope adoriebantur: & noſtrarum turrium altitudinem: quantū has quottidianus agger expreſſerat : commiſſis ſuarum turrium ma lis adæquabant. Muri autem omnes gallici hac fere forma ſunt . tra bes directæ ꝑpetuæ in longitudinem paribus interuallis diſtantes ī ter ſe binos pedes in ſolo collocantur.eæ reuinciunt extrorſus.& mul to aggere ueſtiuntur. ea autem:quæ diximus interualla: gradibus in fronte ſaxis effarciuutur his collatis & coagminatis & coagmentatis: alius inſuper ordo adiicitur:ut illud interuallum ſeruetur . neq; inter ſe contingant trabes:ſed paribus ītermiſſæ ſpaciis ſingulæ ſingulis ſaxis interiectis apte contineantur.ſic deinceps omne opus contexit: dum iuſta muri altitudo expleatur . hoc cum in ſpeciem uarietatéq;

opus deforme non eſt:alternis trabibus ac ſaxis : quæ rectis lineis ſu os ordines ſeruant: tum ad utilitatem & defenſionem urbiũ ſummã habet opportunitatem.quod & ab incendio lapis:& ab ariete materia defendit: quæ ꝑpetuis trabibus pedes quadragenos plærũq; ĩtrorſus reuincta neque perrumpi:neque diſtrahi poteſt. His tot rebus impe dita oppugnatione: milites cum toto tempore frigore & aſſiduis im bribus tardarentur:tamen continenti labore omnia hæc ſupauerunt. diebus.xxv.aggerem latũ pedes.ccc.xxx.altum pedes.lxxx.extruxerunt. cum is murum hoſtium pœne contingeret: Cæſar cum ad opus cõ ſuetudine excubaret:militeſq; hortaretur: ne quod omnino tẽpus ab ope intermitteretur : pauloante tertiam uigiliam eſt animaduerſum fumare aggerem:quem cuniculo hoſtes ſuccenderant. Eodemq; tem pore toto muro clãore ſublato : duabus portis ab utroq; latere turriũ eruptio fiebat. Alii faces:atq; aridã materiẽ de muro ĩ aggerẽ eminus iacebãt:picem reliquaſq; reſ:quibus ignis excitari poteſt:fundebãt:ut quo primum curreretur:aut cui rei ferretur auxiliũ:uix ratio iniri poſ ſet.tamẽ quod inſtituto cæſaris ſemp duæ legiones pro caſtris excu babant.pluresq; partitis temporibus in opere erãt:celeriter factũ eſt : ut alii eruptionibus reſiſterent:alii turres reducerent:aggeremq; ĩter ſcinderent.Omnis uero ex caſtris multitudo ad reſtringendum cõcur ret: cum in omnibus locis cũſumpta iam reliqua ꝑte noctis pugna retur:ſemperq; hoſtibus ſpes uictoriæ redintegraretur : eo magis ꝙ deuſtos pluteos turrium uidebant: nec facile adire apertos ad auxiliũ dum animaduertebant:ſemperq; ipſi recentes defeſſis ſuccederẽt : ac cidit inſpectantibus nobis quod dignum memoria uiſum:prætermit tendum non exiſtimauimus: quidam ante portam oppidi gallus per manus ſeui ac picis traditas glebas in ignem ꝓiiciebat. eregione tur ris ſcorpione ab latere dextro traiectus exanimatuſq; concidit.hũc ex ꝓximis unus iacentem trãſgreſſus eoquem illo munere fũgebat̃. ea dem ratione ictu ſcorpionis exãimato.alteri ſucceſſit tertius. & tertio quartus. Nec ille prius eſt a ꝓpugnatoribus uacuus relictus loc⁹quã reſtincto aggere:atq; omni ea parte ſummotis hoſtibus finis eſt pu gnandi factus . omnia experti galli:quod res nulla ſucceſſerat : po ſtero die conſilium ceperunt ex oppido profugere : hortante & iubente Vercingẽtorige.id ſilentio noctis conati:non magna iactura ſuorum ſeſe effecturos ſperabant .ꝓpterea qnod neque loge ab oppi do caſtra Vercingentorigis aberant:& palus:quæ ꝑpetua ĩtercedebat: romanos ad inſequendũ tardabat.iamq; hoc facere noctu apparabãt: cum matreſfamilias repente in publicum procurrerunt : flæntesque proiectæ ad pedes ſuoꝝ oĩbus precibus pecierunt:ne ſe & cõmunes li beros hoſtibus ad ſupplicium dederent : quas ad capiendam fugam

natura & uirium infirmitas impediret. ubi eos pſtare in ſententiam uiderunt·quod plærunq; in ſummo piculo timor miſericordiam nō recipit:conclamare & ſignificare de fuga romanis cœpunt:quo timo re pterriti galli:ne ab equitatu romanorum uiæ præoccuparentur:cō ſilio deſtiterunt. Poſtero die Cæſar ꝓmota turri: pfectiſque opibus : quæ facere inſtituerat:magno coborto imbri: non inutilem banc ad capiendum conſilium tempeſtatē arbitratus eſt: quod paulo incauti⁊ cuſtodias ī muro diſpoſitas uidebat. ſuoſq; lāguidi⁊ ī ope uerſari iuſ ſit.& qd fieri uellet:oſtēdit:legiōes ītra uineas ī occulto expeditas co bortatur:ut aliquādo pro tātis laboribus fructū uictoriæ perciperēt. iis. qui primi murum aſcendiſſent:præmia ꝓpoſuit:militibusque ſi gnum dedit.illi ſubito ex omnibus partibus euolauerunt:murūq; ce leriter cōplerunt. Hoſtes re noua perterriti:muro turribusque deiecti in foro ac locis patentioribus cūeatim conſtiterūt.boc animo :ut ſiq̄ ex parte obuiam contrauenīretur:acie inſtructa depugnarent.ubi ne minem in æquum locum ſeſe dimittere:ſed toto undiq; muro circū fundi uiderunt:ueriti ne omino ſpes fugæ tolleretur:abiectis ārmis: ultimas oppidi partes continenti impetu petiuerunt:parſq; ibi cū an guſto exitu portarum ſe ipſi premerent:a militibus pars iam egreſſa portis ab equitibus eſt interfecta.nec fuit quiſquam: qui prædæ ſtu deret.ſic & genabi cæde & labore operis incitati non ætate confectis: non mulieribus non infantibus pepercerunt. deniq; ex omui nume ro q fuit circiter millıū . xl.iiix.dccc .q prīo clāore audito : ſe ex oppi do eiecerūt: īcolūes ad uercīgētorigē puenerūt.quos ille multa iā:no cte ſilētio ex fuga excepit.uerit⁊ ne qua ī caſtris ex eoꝝ cōcurſu & mi ſericordia uulgi ſeditio oriretur:ut ꝓcul ī uia diſpoſitis familiaribus ſuis: principibuſque ciuitatum diſparandos deducendoſque ad ſuos curaret:quæ cuiq; ciuitati pars caſtrorū ab initio obuenerat . Poſtero die concilio conuocato:conſolatus bortatusq; eſt : ne ſe admodū aīo dimitterent:ne perturbarentur.incōmodo:non uirtute neq; acie uiciſ ſe romāos:ſed artificio quodam & ſcientia oppugnatiōis cuius rei fu erint ipſi īperiti.errare ſi qui in bello omnes ſecūdos rerum euentus expectent.ſibi nunquam placuiſſe Auaricum defendi.cuius rei teſtes ipſos baberet:ſed factum imprudentia biturigū:& nimia obſequētia reliquoꝝ:uti boc īcommodum reciperetur.id tamen ſe celeriter maio ribus cōmodis ſanaturum.Nam quæ ab cæteris gallis ciuitates diſſē tirent:bas ſua diligentia adiūcturum:atq; unum coſilium totius gal liæ effecturum: cuius conſenſu ne orbis quidem terrarum poſſit ob ſiſtere:Idq; ſe ꝓpe iam effectū babere. īnterrea æquum eſſe ab iis cō munis ſalutis cā impetrari:ut caſtra munire inſtituerēt: quo facilius boſtiū repētinos īpetus ſuſtinerēt:fuit bæc oratio nō īgrata gallis: &

maxime quod ipſe animo nõ defecerat:tãto accepto ĩcõmodo neque ſe ĩ occltũ abdiderat:& cõſpectum multitudinis fugerat: pluſque aĩo prouidere & præſentire uidebatur quam re integra.Primo ĩcendendũ auaricum:poſt deſerendum cenſuerat.itaq; ut reliquorum imperatorum res aduerſæ auctoritatẽ minuunt.ſic huius ex cõtrario dignitas incõmodo acepto indies augebatur.ſimul in ſpem ueniebant eius affirmatione de reliquis adiungendis ciuitatibus.primumq; eo tempore galli caſtra munire inſtituerunt:& ſic ſunt animo conſternati hõines inſueti laboris:ut omnia:quæ imperarentur:ſibi patienda exiſtiarent:nec minus:q̃ eſt pollicitus Vercingentorix animo laborabat: ut reliquas ciuitates adiungeret: atq; eas bonis pollicitationibus alliciebat.huic rei idoneos homines deligebat: quorum quiſq; aut oratiõe ſubdola:aut amicicia facillime poſſet: qui Auarico expugnato refugerant:armandos ueſtiendoſq; curat.ſimul ut dĩminutæ copiæ redintegrarentur:imperat.certum numerum militum ciuitatibus :quem & quam ante diem in caſtra adduci uelit:ſagittarioſq; omnes :quorum erat ꝑmagnus numerus in gallia conquiri & ad ſe mitti iubet.His rebus celeriter quod auarici deperierat: expletur.interim Teutõatus Ollouiconis filius rex nitiobrigũ: cuius pater ab ſenatu noſtro amicus erat appellatus:cum magno eqtum ſuorum numero:& quos ex aqtania conduxerat:ad eum peruenit. Cæſar auarico complures dies commoratus ſummamq; ibi copiam frumenti & reliq cõmeatus nactus exercitum ex labore atq; inopia refecit.iam ꝓpe hyeme confecta:cum anni tempore ad gerendum bellum uocaretur : & ad hoſtem ꝓficiſci conſtituiſſet:ſiue eum ex paludibus ſiluiſq; elicere: ſiue obſidiõe premere poſſet:legati ad eum principes heduorũ ueniũt oratum:ut maxime neceſſario tempore ciuitati ſubueniat:ſummo eſſe in periculo rẽ ꝙ cum ſinguli magiſtratus antiquitus creari atque regiam poteſtatem annum obtinere conſueſſent : duo magiſtratum gerant : & ſe uterque eorum legibus creatum eſſe dicat.horum eſſe alterum Conuictolitanem florentẽ & illuſtrem adoleſcẽtem:alteꝝ Cotũ ãtiqſſima familia natum.atque ipſum homĩem ſummæ potentiæ & magnæ cognationis:cuius frater Valetiacius ꝓximo anno eundem magiſtratũ geſſerit:ciuitatem omnem eſſe in armis.diuiſum ſenatum:diuiſũ populum: ſuas cuiuſq; eorum clientelas: quod ſi diutius alatur controuerſia:fore uti pars cum ciuitatis parte cõfligat.id ne accidat:poſitum in eius diligentia.atq; auctoritate:Cæſar etſi a bello atque hoſte diſcedere detrimentoſum eſſe exiſtimabat:tamen non ignorans quanta ex diſſenſionibus incommoda oriri conſueſſent : ne tanta & tam coniũcta populo romano ciuitas:quam ipſe ſemper aluiſſet : omnibuſque rebus ornaſſet:ad uim:atq; arma diſcederet:atq; ea pars:quæ minus

conſideret auxilia a Vercingentorige accerſeret : huic rei preuertédū exiſtimauit.& quod legibus heduoꝶ iis:qui ſummum magiſtratum obtinerent:finibus excedere non liceret.neqd de iure aut legibus dim minuiſſe uideretur:ipſe in heduos proficiſci ſtatuit: ſenatumq; oém & quos inter controuerſia eſſet:etiam ad ſe euocauit.Cum prope oīs ciuitas eo conueniſſet: doceretur que : paucis clam uocatis: alio loco alio tempore:atq; oportuerit:fratrem a fratre renuntiatum: cū leges duos ex una familia:uiuo utroq;:non ſolum magiſtratus creari ueta rent:ſed etiam in ſenatu eſſe ꝓhiberent : totum magiſtratum depóe re cogit.Conuictolitanem:q p ſacerdotes more ciuitatis : intermiſſis magiſtratibus:eſſet creatus:poteſtatem obtinere iuſſit : Hoc decreto interpoſito: hortatnr heduos: ut controuerſiarum ac diſſenſióis obli uiſceretur: atq; omnibus omiſſis his rebus:huic bello ſeruirent: eaq; quæ meruiſſent præmia:ab ſe deuicta gallia expectarent : equitatūq; omnem & peditum millia decem celeriter mittereut:quæ in præſidi is rei frumentariæ cā diſponeret.exercitum in duas ptes diuiſit.iiii. legiones in ſenones pariſioſq; Labieno ducendas dedit.vi. ipſe in ar uernos ad oppidum gorgóiam ſecundum flumen elauer duxit:equita tus ptem illi attribuit: partem ſibi reliquit.Qua re cognita Vercígé torix:omnibus interruptis eius fluminis pontibus : ab altera flumís pte iter facere cœpit:cum uterq; utriq; exiſſet exercitus í cóſpectu : fe req; e regióe caſtroꝶ caſtra póebát. diſpoſitis exploratorib⁊:necubi ef fecto ponte róani copias traducerét.Erat í magnis cæſaris difficulta tib⁊ res:ne maior æſtatis ps fluíe ípediretur:quod nó fere aut autūnū elauer uado tráſiri ſoleat.itaq; ne id accideret:ſilueſtri loco caſtris po ſitis e regione unius eoꝶ pontium:quos Vercingentorix reſcindédos curauerat poſtero die cum duabus legionibus in occulto reſtitit .reli quas copias cum omnibus impedimentis:ut conſueuerat:miſit :dem ptis quibuſdam cohortibus: uti numerus legióum cóſtare uideretur. his quam longiſſime poſſent progredi iuſſis : cū iam ex diei tempore cóiecturam caperet : í caſtra peruentum:iiſdem ſublicis:quarum pars inferior integra remanebat:ponté reficere cœpit.celeriter effecto ope legionibuſq; & loco caſtris idoneo delecto reliquas copias reuocauit. Vercingentorix re cognita: ne contra ſuam uoluntatem dimicare co geretur:magnis itinerib⁊ áteceſſit. Cæſar ex eo loco quítis caſtris gor goniam pueit.equeſtriq; prælio eo die leui facto:pſpecto urbis ſitu: quæ poſita in altiſſío monte omnes aditus difficiles habebat:de expu gnatióe nó prius agédū cóſtituit:q̃ ré frumétariá expediſſet.At uercí gentorix caſtris ꝓpe oppidū poſitis. mediocribus circū ſe interuallis ſeparatim ſingulaꝶ ciuitatum copias collocauerat:atq; omnibus eius iugi collibus occupatis :qua deſpici poterat:horribilem ſpecié præbe

bat:principeſq; earum ciuitatum:quos ſibi ad conſilium capiendum delegerat:prima luce ad ſe quottidie conuenire iubebat:ſeu quid cõmunicandum:ſeu quid adminiſtrãdum uideretur: neque ullum fere diẽ intermittebat:quin equeſtri prælio interiectis ſagittariis:quid in quoquo eſſet animi ac uirtutis ſuorum:periclitaretur. Erat e regione oppidi collis ſub ipſis radicibus montis egregie mũitus:atq; ex omni parte circonciſus:quem ſi tenerent noſtri:& aquæ magna parte & pabulatione libera prohibituri hoſtes uidebantur. Sed is locus præſidio ab iis non nimis firmo tenebatur:tamẽ ſilẽtio noctis Cæſar ex caſtris egreſſus:priuſquam ſubſidiũ ex oppido uenire poſſet:deiecto præſidio: potitus loco:duas ibi legiones collocauit:foſſamque duplicem duodenũ pedum a maioribus caſtris ad minora perduxit: ut tuto ad repẽtinũ hoſtium incurſum etiam ſinguli commeare poſſent. Dũ hæc ad gorgoniam geruntur: Conuictolitanis beduus cui magiſtratum adiudicatum a Cæſare demonſtrauimus:ſollicitatus ab aruernis pecunia:cũ quibuſdam adoleſcentibus colloquitur: quorum erat princeps Litauicus:atq; eius fratres ampliſſima familia nati adoleſcentes. Cum iis primum communicat:hortaturque:ut ſe liberos natos meminerint. unam eſſe beduorum ciuitatem:quæ certiſſimam galliæ uictoriã detineat:eius auctoritate reliquas contineri qua traducta:locũ cõſiſtẽdi rõanis ĩ gallia nõ fore. eſſe nõ nullo ſe cæſaris beneficio affectũ: ſic tamẽ ut iuſtiſſimũ apud eũ cãm obtĩuerit:ſed plus cõmũi libertati tribuere. cur eĩ potiꝰ bedui de ſuo iure:& de legibus ad cæſarẽ diſceptaturi:quã rõani ad beduos uẽiãt:Celeriter adoleſcẽtibus & oratiõe magiſtratꝰ & premio deductis:cũ ſe uel prĩcipes eiꝰ cõſilii fore pfiterẽt ratio perficiendi quærebatur:quod ciuitatem temere ad ſuſcipiendũ bellum:adduci poſſe non cõfidebãt. placuit:ut Litauicus decem illis millibus:quæ cæſari ad bellũ mitterent:præficeretur:atq; ea ducenda curaret:fratreſq; eius ad cæſarem prcurrerẽt. reliquam:quam ratione agi placeat:conſtituunt. Litauicus accepto exercitu:cum millia paſſuũ circiter .xxx. ab gorgõia abeſſet:cõuocatis ſubito militibus lachrymãs: quo proficiſcimur:inquit:milites?omnis noſter eqtatus:nobilitas oĩs interiit principes ciuitatis Eporedorix: & Viridomarus inſimulati proditionis ab romanis indicta re interfecti ſunt:Hæc ab ipſis cognoſcite:qui ex ipſa cæde fugerunt. nam ego fratribus:atque omnibus propinquis meis interfectis: dolore prohibeor:quæ geſta ſunt pronuntiare. producuntur ii:quos ille edocuerat:quæ dici uellet:atque eadẽ:quæ Litauicus pronuntiauerat:multitudini exponũt. multos equites beduorum interfectos:quod colloquuti cum aruernis dicerentur:ipſos ſe inter multitudinem militum occultaſſe:atque ex media cæde profugiſſe. Conclamant bedui:& Litauicum obſecrant:ut ſibi conſulat. quaſi

uero:inquit ille: conſilii ſit res : ac non neceſſe ſit nobis gorgoniam cōtendere:& cum aruernis noſmet coniungere?an dubitamus qn ne farrio facinore admiſſo romani una ad nos interficiendos concurrāt? ꝓinde ſiqd in nobis animi eſt:perſequamur eorum mortem: qui īdi gniſſime interierint:atque hos latrones interficiamus.oſtendit ciues romanos:qui eius præſidii fiducia una erant. magnum numerū fru menti commeatuſque diripit. ipſos crudeliter excruciatos interficit. nuntios tota ciuitate heduorum dimittit.eodem mēdacio de cæde eq tum & principum permonet.hortatur ut ſimili ratione:atque ipſe fe cerit:ſuas iniurias perſequantur.Eporedorix heduus ſummo loco na t? adoleſcens & ſummæ domi potētiæ & una Viridomarus pari æta te & gratia:ſed genere diſpari:quem cæſar ab diuitiaco traditū:ex hu mili loco ad ſummam dignitatem perduxerat:in equitum numero : conuenerant nominatim ab eo euocati : iis erat inter ſe de prī cipatu contentio : & in illa magiſtratus controuerſia: alter pro Conuictolitane.alter pro Coto ſummis opibus pugnauerāt.ex iis Epo redorix cognito Litauici conſilio:media fere nocte rem ad cæſarē de fert.orat:ne patiatur ciuitatem prauis adoleſcentium cōſiliis ab ami cicia populi romani deficere.quod futurum prouideat:ſi ſe tot homi num millia cum hoſtibus coniunxerint.quoꝝ ſalutē neque propīqui negligere:neque ciuitas læui momēto æſtīare poſſet.Magna affectus ſollicitudine hoc nuntio cæſar:quod ſemper heduoꝝ ciuitati præcipue indulſerat: nulla interpoſita dubitatiōe legiones expeditas quattuor equitatumque omnem ex caſtris educit. nec fuit ſpatiū tali tempore ad contrahenda caſtra:quod res in celeritate poſita eſſe uidebatur. Fa bium Legatum cum legiōibus duabus caſtris præſidio relinquit. fra tres Litauici cum cōpræhendi iuſſiſſet:pauloāte repperit ad hoſtes fu giſſe. adhortatus milites ne neceſſario tempore itineris labore ꝓmo ueātur: cupidiſſimis oibus ꝓgreſſus millia paſſuū.xxv.agmē heduoꝝ cōſpicatus:īmiſſo equitatu:iter eorum moratur.atq; īpedit īterdicitq; omnibus:ne quenquam interficiāt. Eporidorigem & Viridomarum: quos illi īterfectos exiſtimabāt:īter equites uerſari:ſuoſque appellare iubet.His cognitis & Litauici fraude perſpecta: hedui manus tende re:deditionem ſignificare:& ꝓiectis armis mortem deprecari. Litaui cus cum ſuis clientibus:quibus nefas:more gallorum eſt:etiam ī ex trema fortuna deſerere patronos gorgoniam ꝓfugit. Cæſar nuntiis ad ciuitatem heduorum miſſis:qui ſuo beneficio cōſeruatos docerēt: quos iure belli interficere potuiſſet:tribuſq; horis noctis exercitui ad quietem datis:caſtra ad gorgoniam mouit. Medio fere itinere eqtes a Fabio miſſi:quanto res in periculo fuerit:exponunt:ſummis copiis caſtra oppugnata demonſtrant:cum crebro ītegri defeſſis ſuccederēt:

noſtroſq; aſſidue labore defatigarent. quibus ꝓpter magnitudinem caſtrorum ꝑpetuo eſſet iiſdem eodem in uallo ꝑmanendum : multi tudine ſagittarum atq; omnis generis tælorum multos uulneratos: ad hæc ſuſtinenda magno uſui fuiſſe tormenta. Fabium diſceſſu eoꝝ: duabus relictis portis: obſtruere cæteras: pluteoſq; uallo addere: & ſe ī poſterum diem ſimilemq; caſum apparare. His rebus cognitis cæſar ſummo ſtudio militum ante ortum ſolis in caſtra ꝑuenit. dū hæc ad gorgóiá gerūt: bedui primis nūtiis a litauico acceptis: nullū ſibi ad co gnoſcédū ſpatiū relīquūt. īpellit alios auaricia. alios iracūdia: & teme ritas: quæ maxīe illi boīum generi é innata: ut læuē auditionē habeāt pro re comperta: bona ciuium romanorum diripiunt. cædes faciunt: in ſeruitutem abſtrabunt. adiuuat rem proclinatam Conuictolitanis plæbemq; ad furorem impellit: ut facinore admiſſo: ad ſanitatē reuer ti pudeat. M. Ariſtium. tri. militum iter ad legionem facientem : fide data ex oppido cauillono educunt. idem facere cogunt eos: qui nego tiandi cauſa ibi conſtiterant. bos cōtinuo in itinere adorti : omnibus impedimentis exuūt. repugnātes dies: noctemq; obſident. multis utrī que interfectis: maiorem multitudinem armatorum concitant. interī nuntio allato: oés eorū milites in poteſtate Cæſaris teneri concurrūt ad Ariſtium: nibil publico factum conſilio demonſtrant: quæſtionem de bonis direptis decernunt. Litauici fratrumq; bona publicant lega tos ad Cæſarem ſui purgandi gratia mittunt. bæc faciunt recuperan dorum ſuorum cauſa. Sed contaminati facinore: & capti cōpendio: ex direptis bonis quod ea res ad multos ꝑtinebat timore pœnæ exterri ti conſilia clam de bello inire incipiunt: ciuitateſq; reliquas legationi bus ſollicitant. quæ tametſi Cæſar intelligebat: tamen quam mittiſſi me poteſt: legatos appellat nibil ſe propter inſcientiam : leuitatemq; uulgi grauius de ciuitate iudicare. neque de ſua in beduos beniuolen tia dimminuere. ipſe maiorem galliæ motum expectans: ne ab omni bus ciuitatibus circonſiſteretur: conſilia inibat: quemadmodū a gor gonia diſcederet. ac rurſus omnem exercitum contraberet. ne profe ctio nata a timore defectionis ſimilis fugæ uideretur. Hæc cogitan ti: accidere uiſa eſt facultas bene rei gerendæ: nam cum mīora in ca ſtra operis perſpiciendi cauſa ueniſſet : animaduertit collem : qui ab boſtibus tenebatur: nudatum bominibus : qui ſuperioribns diebus uix præ multitudine cerni poterat. admiratus: quærit ex ꝑfugis cām: quorum magnus ad eum quottide numerus cōfluebat. Cōſtabat in ter omnes: quidam iá ipſe Cæſar per exploratores cognouerat: dorſū eſſe eius iugi prope equum: ſed bunc ſilueſtrem & anguſtū: qua eſſet aditus ad alteram partem oppidi: uæbementer buic illos loco timere. nec iá aliter ſentire: uno colle ab róanis occupato: ſi alteꝝ amiſiſſent:

quin pœne circunuallati:atq; omni exitu & pabulatione interclusi ui derentur.ad hunc muniendum :omnes a Vercingentorige euocatos. Hac re cognita Ceſar mittit cõplures eqtũ turmaſ eiſdẽ media nocte imperat ut paulo tumultu oſius omnibus ĩ locis uagarẽtur prima lu ce magnũ numerũ impedimẽtorũ ex caſtriſ detrahi : muliõesq; cum caſſidibuſ eqtũ ſpecie ac ſĩulatiõe collibuſ circũuehi iubet Hiſ paucoſ addit eqteſ q lati⁹oſtentatiõiſ cauſa uagarẽtur lõgo circuitu eaſdẽ oẽſ iubet petere regiones.hæc procul ex oppido uidebãtnr: ut erat a gor gonia deſpectus in caſtra:neq; tanto ſpatio:certi quid eſſet: explorari poterat.Legionem unam eodem iugo mittit: & paulum progreſſam inferiore loco cõnſtituit.ſiluiſq; occultat.augetur gallis ſuſpicio:atq; omues illo munitionum copiæ traducuntur.uacua caſtra hoſtiũ Cæ ſar conſpicatus:tectis inſignibus ſuorum: occultatiſq; ſignis milita ribus raros milites:qui ex oppido animaduerterẽtur: ex maioribus ca ſtris in minora traducit.legatiſq; : quos ſingulis legionibus præfece rat:quid fieri uellet:oſtendit.in primis monet: ut contineant milites: ne ſtudio pugnandi aut ſpe prædæ longius progrediantur. quid iniq tas loci habeat incommodi:ꝓponit. hoc una celeritate poſſe mutari: occaſionis eſſe rem:non prælii.His rebus expoſitis:ſignum dat:& ab dextera parte alio aſcenſu eodẽ tempore ad heduos mittit:oppidi mu rus ab planitie atq; initio aſcenſus:recta regione:ſi nullus anfractus intercederet.M.cc.paſſus aberat:quidquid huic circuitus ad molliẽdũ cliuum acceſſerat:id ſpatium itineris augebat.a medio fere colle in lõ gitudine:ut natura montis ferebat:ex grandibus ſaxis ſex pedum mu rum:qui noſtrorum impetum tardaret:produxerant galli.atq; inferio re omni ſpatio uacuo relicto ſuperiorem partem collis uſq; ad murũ oppidi denſiſſimis caſtris compleuerant. milites ſigno dato celeriter ad munitionem perueniunt:eamq; tranſgreſſi trinis caſtris potiũt̃ . Ac tanta fuit in caſtris celeritas: ut Fontomatus rex nitiobrigum ſu bito in tabernaculo oppreſſus ut meridie conqeuerat:ſuperiore corpo ris parte nudata:uulnerato equo: uix ſe ex manibus prædantium eri peret:conſequutus id:quod animo propoſuerat : Cæſar receptui cani iuſſit.legioniq; decimæ:qua cum erat concionatus:ſigna conſtituit: at reliquarum milites legionum:non ex audito tubæ ſono:quod ſatis magna uallis intercedebat:tamen a tribunis militũ:legatiſq;:ut erat a Cæſare præceptũ:retinebãtur.Sed elati ſpe celeris uictoriæ:& hoſtiũ fuga & ſupiorꝶ temporum ſecundis præliis nihil arduũ adeo ſibi eſſe exiſtimauerunt:quos non uirtute conſeq poſſent.neq; prius finem ſe quendi fecerunt:q̃ muro oppidi portiſq; apꝓpinquarũt.tum uero ex omnibus urbis partibus orto clamore:qui longius aberant:repentino tumultu:ꝑterriti cum hoſtem intra portas eſſe exiſtimarẽt:ſeſe ex op

pido eiecerunt.matreſſamilias de muro ueſtem argẽtumq; iactabãt: & pectore nudo prominẽtes:paſſis manibus obteſtabantur romãos: ut ſibi parcerent.neu ſicut auarici feciſſent:ne mulieribus quidẽ atq; infantibus abſtinerent. non nullæ de muris per manus dimiſſæ ſeſe militibus tradebant.Fabius centurio legionis octauæ: quem inter ſuos eo die dixiſſe conſtabat: excitari ſe a uarcienſibus premiis neq; cõmiſſurum:ut prius quiſquam murum aſcenderet: tres ſuos nact9 manipulares:atq; ab his ſubleuatus:murum aſcendit.hos ipſe rurſus ſingulos exceptans: in murum extulit.Interim ii: qui ad alteram partẽ oppidi:ut ſupra demonſtrauimus:munitionis cauſa cõuenerant:prio exaudito clamore:inde etiã crebris nũtiis incitati:oppidum ab rõanis teneri præmiſſis eqtib9 magno concurſu eo contenderunt.eorũ ut qſque primus uenerat:ſub muro conſiſtebat:ſuorũq; pugnantiũ numerum augebat:quorũ cum magna multitudo cõueniſſet: matresfamilias quæ paulo ãte romanis de muro manus tendebant:ſuos obteſtari: & more gallico paſſum capillum oſtẽtare:liberoſq; in conſpectum ꝓferre cæperunt.erat romanis neq; numero: neq; loco æqua cõtentio. ſimul & curſu & ſpatio pugnæ defatigati: non facile recentes atq; integros ſuſtinebant.Cæſar cum iniquo loco pugnari: hoſtiũq; augeri copias uidiſſet:præmetuẽs ſuis:ad.T.Sextium legatũ:quem minorib9 caſtris præſidio reliquerat:mittit:ut cohortes ex caſtris celeriter educeret: & ſub infimo colle ab dextro latere hoſtium cõſtitueret:ut ſi noſtros depulſos loco uidiſſet: quo minus libere hoſtes inſequerentur: terreret.ipſe paulum ex eo loco cum legione progreſſus: ubi conſtiterat:euentum pugnæ expectabat:cum acerrime comminus pugnaret̃. hoſtes loco & nũero noſtri uirtute cõfiderẽt:ſubito ſunt hedui uiſi:ab latere noſtris aperto: quos Cæſar ab dextera parte alio aſcenſu mãus deſtinandæ cauſa miſerat: ii ſimilitudine armorum uæhementer noſtros perterruerunt: ac tametſi dextris humeris exercitus animaduertebantur: quod inſigne pacatum eſſe conſueuerat: tamen id ipſum ſui fallendi cauſa milites ab hoſtibus factum exiſtimabant.eodem tẽpore.L.Fabius centurio: quiq; una murum aſcenderant circonuenti: atq; interfecti muro præcipitantur.M.Petronius eiuſdem legiõis centurio cum portas excindere conatus eſſet:a multitudine oppreſſus:ac ſui deſperans:multis iam uulneribus acceptis: manipularibus ſuis: qui illum ſequuti erant:quoniam:inquit:me una uobis cum ſeruare non poſſum:ueſtræ quidem certe ſaluti proſpiciam: quos cupiditate gloriæ adductus:in periculum deduxi.uos data facultate uobis conſulite:ſimul irrupit in medios hoſtes:duobus interfectis.reliquos a porta paulum ſubmouit:conãtibus auxiliari ſuis:fruſtra: inquit meæ uitæ ſubuenire conamini quem iam ſanguis uireſq; deficiunt.deinde:

hinc abite:dum eſt facultas:uoſq; ad legionem recipite. Ita pugnans poſt paulum concidit.ac ſuis ſaluti fuit.noſtri cum undiq; premerentur.xlvi.centurionibus amiſſis deiecti ſunt loco. Sed intolerátius gallos inſequentes legio decima tardauit: quæ pro præſidio paulo æquiore loco conſtiterat. Hanc rurſus.xiii.legionis cohortes exceperunt: quæ ex caſtris minoribus eductæ:cum.T.Sextio ceperant locum ſuperiorem.Legiones ubi primum planitiem attigerunt:infeſtis contra hoſtes ſignis conſtiterunt. Vercingentorix ab radicibus collis ſuos ītra munitiones reduxit. eo die milites ſunt paulo minus ſeptingenti deſyderati.Poſtero die cæſar contione aduocata: temeritatem cupiditatemq; militum repræhendit:quod ſibiipſi iudicauiſſent: quo procedēdum:aut quid agendum uideretur:neq; ſigno recipiendi dato conſtitiſſent:neq; a tribūis militū legatiſq; retineri potuiſſēt.expoſuit quid iniquitas loci poſſet.qnid ipſe ad Auaricū ſenſiſſet:cum ſine duce: & ſine equitatu depræhēſis hoſtibus exploratam uictoriam demiſiſſet: ne paruum modo detrimentum in contentione propter iniquitatem loci accideret:quantopere eorum animi magnitudinem admiraretur: quod non caſtrorum munitiones:non altitudo montis:nō murus oppidi tardare potuiſſet: tantopere licentiam arrogantiamq; repræhēdere:quod plus ſe: q̄ imperatorem de uictoria atq; exitu rerum ſentire exiſtimarent: nec minus ſe ab milite modeſtiam & continentiā: quā uirtutem atq; animi magnitudinem deſyderare.Hac habita contiōe: & ad extremum oratione confirmatis militibus: ne ob hanc cauſam animo permouerētur:neu quod iniquitas loci attuliſſet:uirtuti hoſtiū tribuerent:eadem de profectione cogitans:quæ ante ſenſerat:legiōes ex caſtris eduxit:aciemq; idoneo loco conſtituit.Cum Vercingentorix nihilōinus in æquū locū deſcenderet: læui facto equeſtri prælio atq; ſecūdū ī caſtra exercitū reduxit.cum hoc idē poſtero die feciſſet: ſatis ad gallicam oſtentationē minuendam: militumq; animos:confirmādos factum exiſtimans:in heduos caſtra mouit: ne tū quidē īſequutis hoſtibus.tertio die ad flumen elauer pontes refecit:atq; exercitum traducit:ibi a Viridomaro:atq; Eporodorige heduis appellatus dicit: cum omni equitatu Litauicum ed ſollicitandos heduos ꝑfectum.op⁊ eſſe ipſos præcedere ad confirmandā ciuitatem: & ſi multis iam reb⁊ perfidiam heduorū ꝓſpectam habebat :atq; horum diſceſſu admaturari defectionem ciuitatis exiſtimabat:tamen retinendos eos non cōſtituit:ne aut īferre iniuriam uideretur : aut dare tīoris aliquā ſuſpicionem.diſcedentibus his breuiter ſua ī heduos merita expōit: quos & quam humiles accepiſſet:& cōpulſos in oppida:mulctatos agriſ: omnibus ereptis copiis:impoſito ſtipendio:obſidibus ſumma cum contumelia extortis:& quam infortunam : quanq; in amplitudinem

deduxiſſet:ut non ſolum in priſtinum ſtatum rediſſent:ſed omnium temporum dignitatem & gratiam anteceſſiſſe uiderentur. His datis mandatis eos ab ſe dimiſit. Nouiodonum erat oppidum beduorum ad ripas ligiris opportũo loco poſitum.buc cæſar oẽs obſides galliæ: frumentum:pecuniam publicam: ſuorum atq; exercitus impedimentorum magnam partem contulerat.buc magnum numerum equorũ buius belli cauſa in italia atq; biſpania coemptorum miſerat. eo cũ Eporodorix Viridomaruſq; uẽiſſent:& de ſtatu ciuitatis cognouiſſẽt: Litauicum Libracte ab beduis receptum:quod eſt oppidum apud eoſ maxime auctoritatis:Cõuictolitauen:magiſtratum:magnamq; ptem ſenatus ad eum conueniſſe:legatos ad Vercingentorigem de pace & amicicia cõcilianda publice miſſos:non prætermittendum tãtum cõmodum exiſtimauerunt.Itaq; interfectis nouiodum cuſtodibus: qq; eo negotiandi cauſa conuenerant:pecuniam: atq; equos inter ſe partiti ſunt.obſides ciuitatum Libracte ad magiſtratum deducendos curauerunt oppidũ:quod a ſe teneri non poſſe iudicabant:necui eſſet uſui romanis incenderunt.frumenti:quod ſubito potuerunt:nauibus auexerunt.reliquum flumine atq; incendio corruperunt.ipſi ex finitimis regionibus copias quærere:cogere præſidia: cuſtodiaſq; ad ripas ligeris diſponere:equitatumq; omnibus locis iniiciendi tĩoris cauſa oſtẽtare cœperunt:ſi ab re frumentaria romanos excludere: aut adductos inopia ex prouintia expellere poſſent. quam ad ſpem multum eos adiuuabat:quod Liger ex niuibus creuerat:& omnino uado tranſiri non poſſe uideretur. quibus rebus cognitis Cæſar maturandum ſibi cẽſuit:ſi eſſet in perficiendis pontibus periclitandum:ut priusq̃ eſſẽt maiores eo copiæ coactæ:dimicaret. Nam ut commutato conſilio iter ĩ prouintiam conuerteret: id ne metu quidem neceſſario faciundũ exiſtimabat:cum infamia atq; indignitas rei:& oppoſitus mons gæbennæ:uiarumq; difficultas impediebat:tum maxime quod adiuncto Labieno:atq; bis legionibus:quas una miſerat:uæbementer tĩebat.Itaq; admodum magnis diurnis atq; nocturnis itineribus confectis : contra omnium opinionem ad ligerim peruenit. uadoq; per equites ĩuẽto:pro rei neceſſitate opportuno ut brachia modo atq; bumeri ad ſuſtinenda arma liberi ab aqua eſſe poſſent:diſpoſito equitatu:qui uim fluminis refringeret:atq; boſtibus primo aſpectu perturbatis:incolumen exercitum traduxit:frumentumq; ĩn agris & copiam pecoris nactus:repleto bis rebus exercitu:iter in ſenones facere inſtituit. Dum bæc apud Cæſarem gerũt:Labienus eo ſupplemẽto:quod nup ex italia uenerat:relicto agẽdici:cũ quattuor legiõib9 lutetiã pficiſcitur. Id eſt oppidum pariſiorum:quod poſitũ eſt in ĩſula fluminis ſequanæ: cuius aduentu ab boſtibus cognito magnæ ex finitimis ciuitatibus

copiæ uenerũt.Sũma imperii traditur Camulogeno Aulerco:qui ꝓpe confectus ætate: tamen ꝓpter ſingularem ſcientiam rei militaris ad eum eſt honorem euocatus . Is cum animaduertiſſet perpetuam eſſe paludem : que influeret in ſequanam : atque illum omnem locũ ma gnopere impediret:hic conſedit:noſtroſq; tranſitu ꝓhibere inſtituit. Labienus primo uineas agere:cratibus atq; aggere paludem explere: atq; iter munire conabatur.poſtq̃ id difficilius fieri animaduertit:ſilẽ tio e caſtris tertia uigilia egreſſus:eodem:quo ꝑuenerat itinere:Mele dunum ꝑuenit.i.oppdũ in Inſula ſequana poſitum:ut pauloãte de lu tetia diximus.depræhenſis nauibus circiter.l. celeriterq; coniunctis : atq; eo militibus iniectis:& rei nouitate perterritis oppidanis:quorũ magna pars erat ad bellum euocata: ſine contentione oppido potit̃ . refecto ponte:quem ſuperioribus diebus hoſtes.reſciderant: exercitũ traducit.& ſecundo flumine lutetiam iter facere cœpit . Hoſtes re co gnita ab iis:qui a Meleduno fugerant:Lutetiam incendi: põteſq; ei⁊ oppidi reſcindi iubent. ipſi proſpecta palude ad ripas ſequanæ e regi one lutetiæ contra Labieni caſtra conſidunt . Iam Cæſar a gorgonia diſceſſiſſe audiebatur:iam de heduorum defectione: & ſecũdo galliæ motu rumores afferebantur:galliq; in colloquiis interclusum itinere & ligeri :Cæſarem inopia frumenti coactum in prouintiam contẽdiſ ſe confirmabant.bellouaci autem defectione heduorum cognita: qui ante erant per ſe infideles manus cogere: atq; aperte bellum parare : cœperunt. Tum Labienus tanta rerum mutatiõe longe aliud ſibi ca piendum conſilium:atq; antea ſenſerat:intelligebat . Neque iam ut aliquid acquireret:prælioq; hoſtes laceſſeret:ſed ut incolumẽ exercitũ egendicum reduceret:cogitabat.Nãque altera ex parte bellouaci:quæ ciuitas in galliam maximam habet opinionem uirtutis:inſtabat.alte ram Camulogenus parato atque inſtructo exercitu tenebat.tum legi ones a præſidio atq; impedimentis interclusas maximum flumen di ſtinebat.tantis ſubito difficultatibus obiectis: ab animi uirtute auxi lium petendum uidebat.Sub ueſperum conſilio conuocato : coborta tus ut ea:quæ imperaſſet diligenter: induſtrieq; adminiſtrarẽt:naues quas a meleduno deduxerat:ſingulas equitibus romanis attribuit: & prima confecta uigilia: quattuor millia paſſuum ſecundo flumine ꝓ gredi ſilentio:ibique ſe expectari iubet.quíque cohortes:quas minime firmas ad dimicandum eſſe exiſtimabat:caſtris præſidio reliqt: qnq; eiuſdem legionis reliquas de media nocte cum omnibus impedimẽ tis aduerſo flumine magno tumultu proficiſci imperat.conquirit etiã lintres:has magno ſonitu remorum incitatas:in eãdem partẽ mittit. ipſe poſtpaulum ſilentio egreſſus cum tribus legionibus eũ locũ pe tit:quo naues appelli iuſſerat.eo cum eſſet uentũ:exploratores hoſtiũ

permanſiſſe. neq; ad ſanitatem reliquorum deditione eſſe perductos.
Scire atq; intelligere ſe cauſam peccati facillime mortuis delegari. ne

minem uero tantum pollere:ut inuitis principibus: reſiſtere ſenatu: omnibus bonis repugnantibus: infirma manu plæbis bellum cōcita re & gerere poſſet . Sed tamen ſe contentum ea pœna: quam ſibiipſi contraxiſſent. Nocte inſequenti legati reſponſa ad ſuos referunt:obſi des cōficiūt. Cōcurrūt reliquarū ciuitatū legati: qui bellouacorū ſpecu labantur euentum. obſides dant. imperata faciunt. excepto Commio: quem timor prohibebat cuiusquam fidei ſuam committere ſalutem: Nam ſuperiore anno. T. Labienus Cæſare in gallia citeriore ius dicen te:cum Commium comperiſſet:ſollicitare ciuitates:& coniurationem contra Cæſarem facere infidelitatem eius ſine ulla perfidia iudicauit comprimi poſſe. quem quia non arbitrabatur uocatum in caſtra uen turum ne temptando cautiorem faceret. G. Voluſenum Quadratum miſit:: qui eum per ſimulationem colloquii curaret interficiendum . Ad eam rem delectos idoneos ei tradidit centuriones:cum in colloqū uentum eſſet:& ut conuenerat:manum Commii Voluſenus arripuiſ ſet. centurio uelut inſueta re permotus : celeriter a familiaribus probi bitus Commii:conficere hominem nō potuit: grauiter tamen primo ictu gladio percuſſit. Cum utrinq; gladii diſtricti eſſent:non tam pu gnandi:quam diffugiendi fuit utrorunq; conſilium. noſtrorum quod mortifero uulnere Commium credebant affectum. gallorum quod in ſidiis cognitis:plura quam uidebant:extimeſcebant. Quo facto ſtatu iſſe Commius dicebatur: nunquam in conſpectu cuiusquam romāi uenire. Bellicoſiſſimis gentibus deuictis : Cæſar cum uideret nullam iam eſſe ciuitatem:quæ bellum id pararet:quod ſibi reſiſteret:ſed non nullos ex oppidis demigrare:ex agris effugere:ad præſens imperium euitandum plures in partes exercitum dimittere conſtituit. M. Anto nium quæſtorem cum legione duodecima ſibi coniungit. G. Fabium Legatum cum cohortibus uiginti quinque mittit in diuerſiſſimam partem galliæ:quod ibi quaſdā ciuitates ī armis eſſe audiebat. neq;. G Caninium Rebilium legatum:qui in illis regionibus præerat: ſatis firmas duas legiones habere exiſtimabat. T. Labienum ad ſe uocat . Legionem autem duodecimam:quæ cum eo fuerat in hybernis:in to gatam galliam mittit ad colonias ciuium romanorum tuendas:ne ꝙ ſimile incommodum accideret de incurſione barbarorum : ac ſuperio re æſtate Tergeſtinis acciderat:qui a repentino latrocinio atq; impetu in colle illorum erant oppreſſi:ipſe aduaſtandos depopulandoſq; fīes Ambiorigis proficiſcitur. quē perterritum: atq; fugientem cum redi gi in ſuam poteſtatem deſperaſſet : proximum ſuæ dignitati eſſe du cebat:adeo fines eius uaſtare ciuibus:ædifitiis:pecore: ut odio ſuorū Ambiorix:ſi quos fortuna reliquos feciſſet : nullum reditum propter tantas calamitates haberet in ciuitatem: Cum in omnes partes finiūt

Ambiorigis:aut legiones:aut auxilia dimiſiſſet :atq; omnia cædibus: incendiis:rapinis uaſtaſſet:magno numero hominum interfecto aut capto:Labienum cum duabus legionibus in treuiros mittit:quorum ciuitas propter germaniæ uicinitatem:quottidianis exercitata bellis : cultu & feritate non multum a germanis differebat . neq; imperata unq̄ niſi exercitu coacta faciebat . Interim.G.Caninius legatus cum magnam multitudinem conueniſſe hoſtium in fines pictonum litteris nuntiiſq; Durrhachii cognouiſſet:qui perpetuo in amicicia manſerant romanorum:cum pars quædam ciuitatis eius defeciſſet:ad oppidum lenomen contendit.quo cum aduentaret:atque ex captiuis certius cognoſceret : multis hominum millibus : Dūnaco duce: andium Durrhachium clauſum lemone oppugnari : neq; infirmas legiones hoſtibus committere auderet:caſtra poſuit loco munito.Dūnacus cū appropiquare Caninium cognouiſſet:copiis omnibus ad legiones cō uerſis:caſtra romanorum oppugnare inſtituit . Cum complures dies in oppugnatione conſumpſiſſet:& magno ſuorum detrimento nullā partem munitionum conuellere potuiſſet : rurſus ad obſidendum lemonem rediit . eodem tempore.G.Fabius legatus cōplures ciuitates in fidem recipit.obſidibus firmat.litteriſq;.G.caninii certior fit:quæ ī pictonibus gerātur.Quibus rebus cognitis: proficiſcitur ad auxiliū Durrhachio ferendum.at Dumnacus:aduentu Fabii cognito:deſperata ſalute ſi tempore eodem coactus eſſet : & romanum externum ſuſtinere hoſtē:& reſpicere ac timere oppidanos repente eo ex loco cum copiis recedit:nec ſe ſatis tutum fore arbitratur: niſi flumine ligeri : quod erat ponte:propter magnitudinem tranſeundum : copias traduxiſſet.Fabius & ſi nondum in conſpectu uenerat hoſtis :neque ſe Caninio coniunxerat:tamen doctus ab iis : qui locorum nouerant naturam:potiſſimum credidit hoſtes perterritos:nō eum locum:quem petebant:petituros . Itaque cum copiis ad eundem pontem contendit. equitatumq; tantum procedere ante agmen imperat legionum:quā tum proceſſiſſet ſine defatigatione equorum: in eadem ſe reciperent caſtra.Conſequuntur equites noſtri : ut erat præceptum:inuaduntq; Dūnaci agmen:& fugientes ꝑterritoſq; ſub ſarcinis in itinere aggreſſi:magna præda:multis interfectis potiuntur . Ita re bene geſta ſe recipiunt in caſtra.in ſequenti nocte Fabius equites præmittit ſic paratos:ut confligerent:atque omne agmen morarentur . dum conſequeretur ipſe : cuius præceptis ut res gereretur.Q.Titatius Varus præfectus equitum ſingularis & animi & prudentiæ uir ſuos hortatur :agmenq; hoſtium ſecutus turmas partim idoneis locis diſponit.partim equitum prælium committit.Confligit audatius equitatus hoſtium ſuccedentibus ſibi peditibus :qui toto agmine ſubſiſtentes eqtibus

ſuis contra noſtros ferũt auxilium. fit prælium acri certamine.nanq; noſtri cõteptis pridie.ſupatiſq; hoſtibus:cũ ſubſeq legiões mẽiniſſẽt & pudore cedẽdi: & cupiditate p ſe cõficiẽdi prælii fortiſſĩe cõtra pedites præliant̃. hoſteſq; nihil ãplius copiaꝵ acceſſuꝵ credẽtes:ut pridie cognouerãt:delendi eqtatus noſtri nacti occaſionẽ uidebãt̃:cũ aliquã diu ſũma cõtẽtiõe dimicaretur. Dũnacus ĩſtruit aciẽ:quæ ſuis eſſet eqtibus ĩuicẽ præſidio:cũ repente cõfertæ legiones in cõſpectu hoſtiũ uẽiũt.qbus uiſis pculſæ barbaroꝵ turmæ ac pterritæ:acies hoſtium pturbato ĩpedimẽtoꝵ agmĩe:magno clamore diſcurſuq; paſſĩ fugæ ſe mãdãt.at noſtri eqtes q paulo ãte cũ reſiſtẽtibus fortiſſĩe cõſtiterãt:lætitia uictoriæ elati magno ũdiq; clãore ſublato: cedẽtibus circũfuſi:quãtũ equcꝵ uires ad pſequẽdũ:dextræq; ad cedẽdũ ualẽt tãtũ eo prælio ĩterficiũt.itaq; ampli⁹ millibus.xii.aut armatorũ:aut eorũ:q eo tẽpore arma ꝓiecerãt ĩterfectis oĩs multitudo capit̃ ĩpedimẽtoꝵ. Qua ex fuga cũ cõſtaret Drapetẽ Senonẽ: q ut primũ defecerat gallia:collectis ũdiq; pditis hõibus:ſeruis ad libertatem uocatis. exulibus oĩũ ciuitatũ receptis:latrociniis ĩpedimẽta & cõmeatus rõanoꝵ ĩtercepat:nõ ãpli⁹ hoiũ millibus ex fuga v.collectis ꝓuĩciã petere.unaq; cõſilium cũ eo Luteriũ Cadurcũ cepiſſe:quẽ in ſupiore cõmentario:prima defectiõe Galliæ facere in ꝓuinciã uoluiſſe ĩpetũ:cognitũ eſt.Canini⁹ legatus.cũ legiõibus duabus ad eos pſequẽdos cõtendit:ne detrimẽto aut timore ꝓuinciæ magna ĩfamia pditoꝵ hoium latrociniis capet̃. G.Fabius cũ reliquo exercitu ĩ carnutes reliquaſq; ꝓficiſcit̃ ciuitates: quaꝵ eo prælio quod cũ Dumnaco faceret:copias eſſe accitas ſciebat. Nõ eĩm dubitabat:qn recẽti calamitate ſũmiſſiores eſſẽt futuræ:dato uero ſpatio ac tẽpore eodẽ inſtigãte Dũnaco poſſẽt cõcitari:qua in re ſũma felicitas celeritaſq; in recipiẽdis ciuitatibus Fabiũ conſequitur. nã carnutes:qui ſæpe uexati nunq̃ pacis fecerãt mentionẽ: datis obſidibus ueniũt in deditionẽ:cæteræq; ciuitates poſitæ ĩ ultimis galliæ finib⁹ oceano cõiunctæ:quæ Armorice appellãt̃:auctoritate adductæ carnutũ:aduẽtu Fabii legionũq; impata ſine mora faciũt.Dumnacus ſuis finibus expulſus errãs latitãſq; ſolus extremas galliæ regiões petere coactus ẽ.At Drapes unaq; Luterius cũ legiões Caniniũq; adeſſe cognoſcerẽt:nec ſe ſine certa pnitie:pſequẽte exercitu:putarent ꝓuintiæ fines ĩtrare poſſe:nec tã libere uagandi latrocinioꝵq; faciendoꝵ facultatẽ hẽrent:in finibus ſe cõſtituũt cadurcoꝵ.Ibi cũ Luterius apud ſuos ciues quondã integris rebus multũ potuiſſet:ſempq; auctor nouoꝵ conſilioꝵ:magnã apud barbaros auctoritatẽ hẽret:oppidũ uxellodonũ:quod in clientela fuerat: eius egregie natura loci munitũ occupat ſuis & Drapetis copiis oppidanoſq; ſibi cõiungit.Quo cũ cõfeſtĩ. G.Caninius ueniſſet:aĩaduerteretq; oẽs oppidi partes præruptiſſimis

ſaxis eſſe munitas:q̄ defendéte nullo:tamé armatis aſcédere eſſet diffi cile:magna aūt ĩpediméta oppidanoꝝ uideret: quæ ſi cládeſtina fuga ſubtrahere conaret̃:effugere nõ mõ eqtatū:ſed ne legiões qdé poſſét: tripartito cohortibus diuiſis:trina excelſiſſĩo loco caſtra fecit: a qbus paulatim caſtra quátū copiæ patiebát̃:uallū in oppidi circuitu ducere ĩſtituit.Quod cū aĩaduerterét oppidani:miſerrimaq; alexiæ memoria ſolliciti:ſimilé caſū obſeſſiõis uererent̃:maxĩeq; ex oĩbus Luterius: q fortunæ illius pͥculū fecerat:moneret rationé fruméti eſſe hédam : conſtituūt oĩum cõſenſu:parte ibi relicta copiaꝝ:ipſi cū expeditis: ad ĩportandū frumentū ꝓficiſci.Eo cõſilio ꝓbato: ꝓxima nocte duobus millibus armatoꝝ relictis:reliquos ex oppido Drapes & Luterius edu cunt.Ii paucos dies morati ex finibus cadurcoꝝ:q partim re fruméta ria ſubleuare eos cupiebát:partim ꝓhibere quo minus ſumerét : non poterát magnū numeꝝ fruméti cõparare.Nõnunq̃ aūt expeditiõibus nocturnis caſtella noſtroꝝ adoriuntur.Quá ob cám.G.Caninius toto oppido munitiões circūdare conat̃:ne aut opꝰ effectū tueri nõ poſſet: aut plurimis in locis ĩfirma diſpoſita præſidia héret.Magna copia fru menti cõparata:cõſident Drapes & Luterius non lõgius ab oppido.x. millibus:unde paulatim frumentū in oppidū ſupportarát: ipſi iter ſe ꝓuincias partiunt̃.Drapes caſtris præſidio cū parte copiaꝝ reſtitit.Lu terius agmé iuméroꝝ ad oppidū adducit.diſpoſitis ibi præſidiis:hora noctis circiter decĩa: ſilueſtribus anguſtiſſimiſq; itineribus fruméeū ĩportari in oppidū inſtituit.quoꝝ ſtrepitū uigiles caſtroꝝ cū ſenſiſſét: exploratoreſq; miſſi:quæ agerent̃:renuntiaſſét. Caninius celeriter cū cohortibus armatis ex ꝓximis caſtellis in frumétarios ſub ipſam lucé ĩpetū fecit.ii repétino malo pͥterriti diffugiūt ad ſua præſidia quæ no ſtri ut uiderunt:acrius cõtra armatos ĩcitati neminé ex eo numero ui uum capi patiunt̃.Profugit inde cū paucis Luterius:nec ſe recipit in caſtra.Re bene geſta:Caninius ex captiuis cõpit parté copiaꝝ: cū Dra pete eſſe in caſtris a millibus paſſuū non lõge áplius.xii.qua re ex cõ pluribus cognita:cū intelligeret:fugato duce altero:pͥterritos reliquos facile opprimi poſſe:magnæ felicitatis éé arbitrabat̃:neminé ex cæde refugiſſe in caſtra:q de accepta calamitate nūtiū Drapeti pͥferret.Sed in expiendo cū pͥculū nullū uideret:eqtatū oém germanoſq; pedites ſūmæ uelocitatis hoĩes ad caſtra hoſtiū præmittit.Ipſe legioné unam intra caſtra diſtribuit. alterá ſecū expeditá ducit.Cū ꝓpius hoſté acceſ ſiſſet:ab exploratoribus:quos præmiſerat:cognoſcit caſtra eoꝝ:ut bar baroꝝ fere cõſuetudo é:relictis locis ſupͥoribus ad ripas eſſe fluminis demiſſa.At germanos eqteſq; ĩprudétibus oĩbus de ĩꝓuiſo aduolaſſe & prælīu cómiſiſſe.Qua re cognita:legioné armatá ĩſtructáq; adducit ita repente oĩbus ex pͥtibus ſigno dato:loca ſupͥora capiūt̃.quod ubi

accidit: germani eqteſq; ſignis legionis uiſis uæhementiſſime præli antur.cōfeſtim cohortes undiq; ĩpetū faciũt.oĩbus aut ĩterfectis: aut captis:magna præda potiunt᷑.Capitur ipſe eo prælio Drapes Caninı⁊ feliciſſime re geſta.ſine ullo pœne militis uulnere ad obſidendos oppi danos reuertit᷑.externoq; hoſte deleto:cui⁊ timore antea diuidere præ ſidia:& munitiōe oppidanos circũdare ꝓhibitus erat: opa undiq; im pat admĩſtrari.Venit eodē cū ſuis copiis poſtero die.G.Fabius:ptēq; oppidi ſumit ad obſidendū.Cæſar interī.M. Antoniū quæſtorē cū co hortibus.xv.in belgis relinqt:nequa rurſus nouoꝝ cōſilioꝝ capiendoꝝ belgis facultas daret᷑:ipſe reliquas ciuitates adit:obſides plures ĩpat: timentes oĩum aĩos cōſolatione facta ſanat.Cū in carnutes ueniſſet: quoꝝ in ciuitate ſupiore cōmentario Cæſar expoſuit initiū belli eſſe ortū:ꝙ præcipue eos ꝓpter cōſcientiā facti timere aduertebat: quo ce lerius ciuitatē liberaret: principē ſceleris illius & concitatorē belli Gu truatū ad ſuppliciū depoſcit.q &ſi nō ciuibus qdē ſuis ſe cōmittebat: tamē celeriter oĩum cura quæſitus in caſtra pducit᷑. Cogitur in eius ſuppliciū Cæſar contra naturā ſuā:cōcurſu maximo militū:qui oĩa pi cula & detrimēta belli a Gutruato accepta referebant.adeo ut uerberi bus exanimatū corpus ſecuri feriret᷑.Ibi crebris litteris Caninii fit cer tior:quæ de Drapete & Luterio geſta eſſēt:quoq; in cōſilio pmanerēt oppidani:quoꝝ & ſi paucitatē contēnebat:tamen ptinaciā magna pœ na eſſe afficiendā iudicabat:ne uniuerſa gallia nō ibi uires defuiſſe ad reſiſtendū romanis:ſed cōſtantiā putare:neue hoc exēplo cæteræ ciui tates locoꝝ opportunitate fretæ ſe uindicarēt in libertatē:cum oĩbus gallis notū eſſe ſciret:reliquā eſſe unā æſtatē ſuæ ꝓuinciæ: quā ſi ſu ſtinere poſſent:nullū ultra piculū uererētur.Itaq;.G.Calenū legatū cū legionibus reliqt:qui iuſtis itineribus ſubſequeret᷑. Ipſe cū oĩ eqtatu q̄ pōt:celerrime ad Caniniū cōtēdit.cum cōtra expectationē oĩum Cæ ſar uxellodunū ueniſſet:oppidūq; opibus clauſum aĩaduerteret: neq; ab oppugnatione recedi uideret ulla cōdicione poſſe.magna aūt copia frumēti abūdare oppidanos:ex pfugis cōueniſſet:aqua ꝓhibere hoſtē tēptare cœpit.flumen infimā uallē diuidebat: quæ pœne totū montē cingebat.in quo poſitū erat præruptū undiq; oppidū uxellodunū.Hoc aduertere loci natura ꝓhibebat.in ĩfimis eĩm ſic radicibus mōtis fere batur:ut nullā in partē depreſſis foſſis deriuari poſſet.Erat autē oppi danis difficilis & præruptus eo deſcēſus:ut ꝓhibentibus noſtris ſine uulneribus ac piculo uitæ:neq; adire flumen:neq; arduo ſe recipe poſ ſent aſcēſu.Qua difficultate eoꝝ cognita:Cæſar ſagittariis funditori buſq; diſpoſitis: tormētis etiā qbuſdā locis cōtra facillimos deſcēſus collocatis:aqua fluminis ꝓhibebat oppidanos.quoꝝ poſtea oĩs multi tudo aquatū unum in locū ueniebant.ſub ipſius oppidi murum: ubi

magnus fons aquæ ꝓrūpebat:ab ea pte quæ uero pedū.ccc.interuallo flumīs circuitu uacabat. Hoc fonte ꝓhiberi poſſe oppidanos cū opta rent reliqui: Cæſar unus uideret nō ſine magno piculo e regiōe eius uineas agere aduerſus monté:& aggeré inſtruere cœpit magno cū la bore & cōtinua dimicatiōe.Oppidani enim loco ſupiore decurrunt:& eminus ſine piculo præliāť:multoſq; ptinaciter ſuccedétes uulnerāt: nō deterrenť tamen milites noſtri uineas ꝓferre & labore atq; opib⁊ locoꝝ uīcere difficultates.Eodé tépore cuniculos tectos ad aggeres ac uineas agūt ad caput fontis.quod genus opis ſine ullo piculo:& ſine ſuſpitiōe hoſtiū facere licebat.Extruitur agger in altitudiné pedū ſex: collocatur in eo turris.x.tabulatoꝝ:nō qdé quæ mœnibus æquaretur: id enim nullis opibus effici poterat:ſed quæ ſupare fontis faſtigium poſſet.Ex ea cū tæla tormétis iacerenť ad fontis aditū:nec ſine piculo poſſent aquari oppidani:nō tantū pecora atq; iuméta:ſed etiá magna hoſtiū multitudo cōſumebať.quo malo pterriti oppidani:cupas ſeuo pice ſcandulis cōplent.eas ardétes in opere ꝓuoluūt.Eodé tépore acer rime præliať: ut ab incédio reſtinguédo dimicatiōis piculo deterreāt romanos.Magna repéte ex ipſis operibus flama extitit.quæcūq; enim per locū præcipité miſſa erāt:ea uineis & aggere ſuppreſſa cōpræhéde bát idipſū:quod morabať.Milites contra noſtri:q̄q̄ periculoſo genere prælii locoq; iniquo premebanť:tamé oīa fortiſſimo ſuſtinebāt aīo. Res eīm gerebatur & excelſo loco:& in cōſpectu exercitus noſtri: ma gnuſq; utrīq; clamor oriebatur:ita ut qſq; poterat maxīe īſignis:quo notior teſtatiorq; uirtus eſſet eius:tælis hoſtiū flamæq; ſe offerebant. Cæſar cū cōplures ſuos uulnerari uideret:ex oībus oppidi partibus co hortes monté aſcédere: & ſimulatiōe mœniū occupandoꝝ clamorem undiq; iubet tollere.Quo facto perterriti oppidani:cū qd agereť in lo cis reliqs:eſſent ignari:ſuſpéſi reuocāt ab īpugnandis operibus arma tos:muriſq; diſponūt.Ita noſtri ſine prælii facto celeriter:opera flama cōpræhenſa partī reſtingunt:partim reſcindūt:partim īterſcindūt.Cū pertinaciter reſiſterét oppidani magna etiá parte amiſſa ſiti ſuoꝝ: in ſentétia permanebāt. Ad poſtremū cuniculus uenæ fontis intercıſæ ſunt atq; auerſæ:quo facto repéte perénis exaruit fons:tantáq; attulit oppidanis ſalutis deſperationé:ut id nō hoīum cōſilio: ſed deoꝝ uolū tate factū putarét.Itaq; ſe neceſſitate coacti tradiderūt. Cæſar cū ſuá lenitaté cognitá oībus ſciret:neq; uereretť neqd crudelitate naturæ ui deretur aſperius feciſſe:neq; exitum cōſilioꝝ ſuoꝝ aīaduerteret:ſi tali rōne diuerſis in locis plures cōſilia iniſſét:exéplo ſupplicii deterrédos reliquos exiſtimauit.Itaq; oībus:qui arma tulerant: manus præcidit: uitáq; cōceſſit:quo teſtatior eſſet pœna iꝓboꝝ.Drapes:qué captū eſſe a Caninio docui:ſiue īdignatiōe & dolore uīculoꝝ:ſiue timore grauio ris ſupplicii:paucis diebus cybo abſtinuit:atq; ita interiit.Eodé tépore

Luterius:quē ꝓfugiſſe ex prælio ſcripſi:cū in ptātem ueniſſet Epaſnactı Aruernı:crebro enim mutādis locis:multoꝝ fidei ſe cōmendabat: q nusq̄ ſine piculo moratur?uidebat̄:cū ſibı cōſcius eſſet:q̄ inimicū deberet Cæſarē hēre.Hunc Epaſnactus Aruernus amiciſſimus po.ro. ſine dubitatione ulla uinctū ad Cæſarē deduxit.Labienus interim in treuiris equeſtre præliū fecit ſecundū: cōpluribus treuiris interfectis & germanis:q nullis aduerſus romanos auxilia denegabāt: principes eoꝝ uiuos in ſuā redegit ptātem.atq; in iis Surū Heduū:q & uirtutē & generis ſūmā nobilitatē hēbat:ſoluſq; ex heduis ad id tēpus pman ſerat in armis.Ea re cognita:Cæſar cū in oībus partibus Galliæ bene res geſtas uideret : iudicaretq; ſupioribus æſtiuis Galliam deuictā & ſubactā eſſe:Aqtaniāq; nunq̄ ipſe adiſſet:per.P.Craſſū quadā ex parte deuiciſſet:cū duabus legiōibus ın eā ptē Galliæ ē ꝓfectus:ut ibi extre mū tēpus cōſumeret æſtiuoꝝ.Quā rē ſicut cætera celeriter feliciterq; cōfecit:nāq; oēs Aqtaniæ ciuitates legatos ad Cæſarem miſerūt:obſi deſq; ei dederūt.Quibus rebus geſtis:ipſe cū eqtū præſidio Narbonē ꝓfectus ē .exercitū per legatos ın hyberna deduxit.quattuor legiones ın Belgio collocauit.cū.M.Antonio.&.G.Trebonio: &.P.Vatinio lega tis:duas legiōes in heduos deduxit:quoꝝ in oī Gallia ſūmā eſſe aucto ritatē ſciebat.duas in turones ad fines carnutū poſuit : quæ oēm illā regionē cōiunctā oceano cōtinerēt.Duas reliquas in lemouicū finib? nō lōge ab Aruernis nequa ps Galliæ uacua ab exercitu eſſet. Paucos dies ipſe in ꝓuincia moratus: cū celeriter oēs cōuentus pcurriſſet:pu blicas cōtrouerſias cognouiſſet:benemeritis præmia tribuiſſet:cogno ſcendi enim maximā facultatē hebebat:quali qſq; fuiſſet aīo in toti? Galliæ defectiōe:quā ſuſtinuerat: fidelitate atq; auxiliis ꝓuinciæ illi? cōfectis reb? ad legiōes in belgiū ſe recipit:hybernatq; nemetocernæ. Ibi cognoſcit Cōmium Atrebatē prælio cū eqtatu ſuo cōtendiſſe:Nā cū Antonius in hyberna ueniſſet:ciuitaſq; Atrebatū in officio eſſet . Cōmius:q poſt illā uulnerationē:quā ſupra cōmemoraui:ſemp ad oēs motus paratus ſuis ciuibus eſſe cōſueſſet:ne cōſilia belli quærētibus: auctor armoꝝ duxq; deeſſet:parēte romanis ciuitate:cū ſuis eqtibus: ſe ſuoſq; latrociniis alebat.Infeſtiſq; itineribus cōmeatus cōplures:q cōportabāt̄ in hyberna romanoꝝ īntercipiebat.Erat attribut? Antonio præfectus eqtū.G.Voluſenus quadrat?:q cū eo hybernaret.hūc Anto nius ad pſequēdū eqtatū hoſtiū mittit.Voluſenus ad eā uirtutē:quæ ſingularis erat in eo:magnū odiū Cōmii adiungebat:quo libētius id faceret:quod īpabat̄.Itaq; diſpoſitis īſidiis:eius ſæpius eqtes aggreſ ſus:ſecūda prælia faciebat.Nouiſſime cū uæhemētius cōtenderet̄: ac Voluſenus ipſius īntercipiēda Cōmii cupiditate:ptinacius cum paucis inſequutus eſſet:ille aūt fuga uæhemēti Voluſenū ꝓduxiſſet lōgius: repēte oīum ſuoꝝ inuocat fidē:atq; auxiliū:ne ſua uulnera per fidem

interpoſitā:paterent̃ impunita:cōuerſoq; equo ſe a cæteris incautius præmittit in præfectū.Faciūt hoc idē oēs eius eqtes:paucoſq; nrōs cō uertūt:atq; īſequunt̃. Cōmius īcenſū calcaribus equū cōiungit equo quadrati:lāceaq; īfeſta magnis uirib⁹ mediū fœmur traiicit Voluſeni. præfecto uulnerato:nō dubitāt nrōi reſiſtere:& cōuerſis eqs hoſtē pel lere.Quod ubi accidit: cōplures hoſtiū magno nrōꝝ īpetu ꝑculſi uul nerant̃.& ꝑtim in fuga ꝓterūt̃:ꝑtim īntercipiūt̃.Quod ubi malū dux eq uelocitate uitauit:ac ſi prælio ſecūdo grauiter ab eo uulnerat⁹:præ fectus ut uitæ piculū aditur⁹ uideret̃:refert̃ ī caſtra.Cōmius aūt ſiue expiato dolore ſuo:ſiue magna ꝑte amiſſa ſuoꝝ: legatos ad Antoniū mittit.ſeq; ibi futuꝝ ubi præſcripſerit:& ea factuꝝ quæ īpauerit:obſi dibus firmat.Vnū erat illud:ut timori ſuo cōcedat̃:ne in cōſpectu ue niat cuiuſq; romani.Cuius poſtulationē Antonius cū iudicaret ab iu ſto naſci timore:ueniā petēti dedit.obſides accepit.Scio Cæſarē ſingu loꝝ ānoꝝ ſingulos cōmentarios feciſſe.quod ego nō exiſtimaui mihi faciēdū.ꝓptereaq; īſequēs annus.L.Lētulo & .G. Marcello cōſulibus: nullas hēt Galliæ magnoꝑe res geſtas: neqs tamē ignoraret qbus in locis Cæſar: exercituſq; eo tēpore fuiſſēt pauca ſcribēda cōiungēdaq; huic cōmentario ſtatui:Cæſar cū ī belgio hyemaret:unū illud ꝓpoſitū hēbat:cōtinere ī amicicia ciuitates:nulli ſpē aut cām dare armoꝝ.nihil eīm minus uolebat:q̄ ſub diſceſſu ſuo neceſſitatē ſibi aliq̄ īponi belli gerēdi:ne cū exercitū deducturus ēēt:bellū aliquod relīqueret̃:qđ oīs gallia libēter ſine præſenti piculo ſuſcipet. Itaq; honorifice ciuitates appellādo prīcipes maxīs præmiis afficiēdo:nulla onera imponēdo:de feſſā tot aduerſis preliis galliā:cōdiciōe parcēdi meliore:facile ī pace cō tinuit.Ipſe hybernis pactis:cōtra cōſuetudinē ī italiā maxīs itinerib⁹ ē ꝓfectus:ut municipia & colonias appellaret: qbus.M.Antonii quæ ſtoris ſui:cōmēdauerat ſacerdotii petitionē.Cōtēdebat.n.grā cū libēter ꝓ hoīe cōiūctiſſīo:quē pauloāte præmiſerat ad petitionē.tū acriter cō tra factionē & potētiā paucoꝝ:q.M. Antōii repulſa Cæſaris decedētis grām cōuellere cupiebāt.Hūc &ſi augurē prius factū:q̄ italiā attīgeret ī itinere audierat:tamē nō minus iuſtā ſibi cām municipia & colōias adeūdi exiſtimauit:ut iis grās ageret: ꝙ frequētiā atq; officiū ſuū An tonio præſtitiſſēt.ſimulq; ſe & honorē ſuū ī ſequētis āni cōmendaret petitione ꝓptereaq; īſolēter aduerſarii ſui gloriarent̃.L.Lētulū &.G. Marcellū cōſules creatos:q oēm honorē & dignitatē Cæſaris ſpoliarēt ereptū ſergio galbæ cōſulatū:cū is multo plus grā ſuffragiis ualuiſſet ꝙ ſibi cōiūctus:& familiaritate & neceſſitudīe legatiōis ēēt.Exceptus ē Cæſaris aduētus ab oībus municipiis & coloniis īcredibili honore : atq; āmore.Tū eīm primū ueniebat ab illo uniuerſo galliæ bello.nihil relīquebat̃ qđ ad ornatū portaꝝ:itinerū:locoꝝq; oīum:qua Cæſar itu rus erat:excogitari poſſet. Cū liberis oīs multitudo obuiā ꝓcedebat.

Hoſtiæ oibus locis ĩmolabanť.Tricliniis ſtratis fora : tẽplaq; occupabantur:ut uel expectatiſſimi triũphi lætitia pcipi poſſet.Tãta erat magnificẽtia apud opulẽtiores:cupiditas apud hũiliores.Cũ oẽs regiones galliæ togatæ Cæſar pcurriſſet:ſũma cũ celeritate ad exercitũ nemetocẽnam rediit. legionibuſq; ex oĩbus hybernis ad fines treuiroꝝ aduocatis:eo ꝓfectus eſt.ibiq; exercitũ luſtrauit.T.Labienũ galliæ togatæ præfecit.quo maiore cõmendatione cõciliareť ad cõſulatus petitionẽ. Ipſe tantũ itineꝝ faciebat:quãtũ ſatis eſſe ad mutationẽ locoꝝ:ꝓpter ſalubritatẽ exiſtimabat. Ibi q̃q̃ crebro audiebat Labienũ ab inimicis ſuis ſollicitari:certiorq; fiebat:id agi paucoꝝ cõſiliis:ut ĩterpoſita ſenatus auctoritate:aliqua pte exercitus ſpoliareť : tamẽ neq; de Labieno credidit qcq̃.neq; cõtra ſenatus auctoritatẽ:ut aliqd faceret:potuit adduci.Iudicabat.n.liberis ſentẽtiis.P.C.cãm ſuã facile obtineri.Nã.G. Curio.tr.pl.cũ Cæſaris cãm dignitatẽq; defendendã ſuſcepiſſet: ſæpe erat ſenatui pollicitus ſiquẽ timor armoꝝ Cæſaris lederet : & quoniã Põpeii dominatio atq; arma nõ minimũ in foro terrorẽ ferrẽt:diſcederet uterq; ab armis.exercituſq; dimitteret . fore eo facto liberã & ſui iuris ciuitatẽ.neq; hoc tãtũ pollicitus ẽ:ſed etiã p ſe diſceſſionẽ facere cœpit.qđ ne fieret:oẽs amici Põpeii iuſſerũt. atq; ita rẽ moderãdo diſceſſerũt.Magnũ hoc teſtimoniũ ſenatus erat uniuerſi.cõueniẽſq; ſupiori facto.Nã Marcellus ꝓxĩo anno cũ ĩpugnaret Cæſaris dignitatẽ cõtra legẽ Põpeii & Craſſi:retulerat ante tẽpus ad ſenatũ : de Cæſaris ꝓuinciis:ſẽtẽtiiſq; dictis: diſceſſionẽ faciẽte Marcello:qui ſibi oẽm dignitatẽ ex Cæſaris ĩuidia querebat:ſenatus frequẽs in oĩa alia trãſiit. qbus nõ frãgebanť aĩ inimicoꝝ Cæſaris:ſed admonebanť:quo maiores pararẽt neceſſitudĩes:qbus cogi poſſet ſenatus id ꝓbare : qđ ipſi cõſtituiſſẽt.Sic deĩde.S.C.ut ad bellũ parthicũ legio una a.Gn.Põpeio altera a.G.Cæſare mitterẽť. neq; abſcure hæ duæ legiões uni Cæſari detrahũtur.Nã.Gn.Põpei⁊ legionẽ primã:q̃ ad Cæſarẽ miſerat:confectã ex delectu ꝓuĩciæ:Cæſari eã tãq̃ ex ſuo numero dedit.Cæſar tamẽ cũ de uolũtate aduerſarioꝝ ſe expoliari nemini dubiũ eſſet: Põpeio legionẽ remiſit.& ſuo noĩe.xv.legionẽ:q̃ ĩ gallia hũerat citeriore:ex.S.C ei iubet tradi.In ei⁊ locũ.xiii.legionẽ ĩ italiã mittit:quæ præſidia tueretur.ex qbus præſidiis.xv.deducebatur.Ipſe exercitũ diſtribuit: p hyberna.G.Treboniũ cũ legiõib⁊.iiii.ĩ belgio collocat.G.Fabiũ cũ totidẽ ĩ heduos deducit.Sic.n.exiſtimabat tutiſſimã fore galliã:ſi belgæ quorũ maxĩa uirt⁊:& hedui quoꝝ auctoritas ſũma eſſet:exercitib⁊ cõtinerẽtur.Ipſe ĩ italiã ꝓfect⁊ ẽ.Quo cũ ueniſſet:cognoſcit p.M. Marcellũ cons.legiões duas a ſe remiſſas:quæ ex.S.C.deberẽt ad parthicũ bellũ duci.Gn.Põpeio traditas:atq; ĩ italia retẽtas ẽẽ.Hoc fcõ:q̃q̃ nulli erat dubiũ:qn arma cõtra Cæſarẽ pararẽť:tamẽ eo Cæſar oĩa patiẽda ẽẽ ſtatuit ꝙ ſibi ſpes aliqua relĩquereť: iure poti⁊ diſceptãdi:q̃ belligerẽdi.

.G.IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIVILI LIBER PRIMVS.

l ITTERIS a Fabio.G. Cæſaris conſulibus redditis: ægre ab iis impetratum eſt: ſūma tr.pl.contentione ut in ſenatu recitarent̃.Vt uero ex litteris ad ſenatū referretur impetrari non potuit. Referunt cōſules de rep.in ciuitate.L. Lentulus conſul ſenatui reiq̃p. ſe non defuturum pollicetur.ſi audacter:ac fortiter ſen tentias dicere uelint.Sin Cæſarem reſpiciant:atq; eius gratiam ſequan tur:ut ſuperioribus fecerunt temporibus:ſe ſibi conſilium capturum: neq; ſenatus auctoritati obtemperaturꝫ.habere ſe quoq; ad Cæſaris gra tiam atq; amiciciam receptum. In eandem ſententiā loquitur Scipio. Pompeio eſſe in animo reip.non deeſſe:ſi ſenatus ſequatur.ſi contet̃: aut agat lenius:nequaq̄ eius auxilium:ſi poſtea uelit: ſenatum implo raturꝫ.Hæc Scipionis oratio:ꝙ ſenatus in urbe habebatur:Pompeiuſq; aderat:ex ipſius ore Pompeii mitti uidebatur. Dixerat aliquis leniorē ſententiam:ut primo.M.Marcellus ingreſſus in eam orationem: non oportere ante de ea re ad ſenatū referri:quā delectus tota Italia habiti: & exercitus conſcripti eſſent: quo præſidio tuto & libere: quæ uellet ſenatus:decernere auderet.ut.M.Calidius: qui cenſebat: ut Pompeius in ſuas prouincias proficiſceretur.nequa eſſet armoꝝ cauſa:timere Cæ ſarem correptis ab eo duabus legionibus: ne ad eius ꝑiculū reſeruare & retinere eas ad urbem Pompeius uideretur.ut.M.Rufus: qui ſentē tiam Calidii paucis fere mutatis uerbis ſequebatur.Ii omnes cōuicio. L.Lentuli cons.correpti: exagitabantur. Lentulus ſententiam Calidii ꝓnunciaturꝫ ſe omnino negauit.Marcellus perterritus conuiciis a ſua ſententia diſceſſit.Sic uocibus conſulis:terrore præſentis exercitus:mi nis amicoꝝ Pompeii:plæriq; compulſi inuiti & coacti:Scipionis ſentē tiam ſequuntur.uti ante certam diem Cæſar exercitū dimittat.Si non faciat:eum aduerſus remp. facturum uideri. Intercedit.M.Antonius. Q.Caſſius tr.pl.refertur confeſtim de interceſſione tri. dicuntur ſentē tiæ graues:ut quiſq; acerbiſſime crudeliſſimeq; dixit. ita q̄maxime ab inimicis Cæſaris collaudatur.Miſſo ad ueſperum ſenatu: omnes: qui ſunt eius ordinis a Pompeio euocantur.Laudat Pompeius: atq; impo ſterum confirmat.ſegniores caſtigat:atq; incitat.multi undiq; ex uete ribus Pompeii exercitibus:ſpe præmioꝝ atq; a Cæſare ordinū euocan tur.multi ex duabus legionibus:quæ ſunt traditæ:acerſuntur.Cōplet̃ urbs ad ius comitioꝝ tr.pl.G.Curio euocat. omnes amici cōſulum ne ceſſarii Pompeii:atq; eoꝝ qui ueteres inimicicias cū Cæſare gerebāt:

coguntur in ſenatum.quoꝝ uocibus & cõcurſu terrentur infirmiores. dubii confirmantur.plæriſq; uero libere poteſtas decernendi eripitur. pollicetur.L.Piſo cenſor ſeſe iturum ad Cæſarem.Item.L.Roſcius prætor:qui de his rebus eum doceant. Sex dies ad rem conficiendã ſpatii poſtulant.dicuntur etiam a nõnullis ſententiæ: ut legati ad Cæſarem mittantur:qui uoluntatẽ ſenatus ei proponant. omnibus his reſiſtit: omnibuſq; oratio cons.Scipionis.Catonis opponitur. Catonẽ ueteres inimiciciæ Cæſaris incitant:& dolor repulſæ. Lentulus æris alieni magnitudine & ſpe exercitus:ac prouinciaꝝ: & regum appellandoꝝ largitionibus mouetur.ſeq; alterũ fore Syllam inter ſuos gloriatur:ad quẽ ſũma imperii redeat.Scipionẽ eadem ſpes prouinciæ: atq; exercituum impellit.Quos ſe pro neceſſitudine partituꝝ cum Pompeio arbitratur. ſimul iudicioꝝ metus:adulatio:atq; oſtentatio ſui:& potentiũ : qui in rep.iudiciiſq; tum plurimũ pollebant. Ipſe Pompeius ab inimicis Cæſaris incitatus:& ꝙ neminem dignitate ſecum exequari uolebat: totũ ſe ab eius amicicia auerterat. & cum cõmunibus inimicis in gratiam redierat.quoꝝ ipſe maximã partem illo affinitatis tempore adiunxerat Cæſar:ſimul infamia duaꝝ legionum permotus:quas ab itinere Aſiæ: Syriæq; ad ſuam potentiam:dominatũq; conuerterat:rem ad arma deduci ſtudebat.His de cauſis aguntur omnia ruptim atq; turbate.neq; docendi Cæſaris: propinqs eius ſpatium datur.nec tr.pl.ſui periculi deprecandi:neq; etiam extremi iuris interceſſione retinẽdi.quod.L Sylla reliquerat.facultas tribuitur. ſed de ſua ſalute die ſeptimo cogitare coguntur.ꝙ illi turbulentiſſimi ſuperioris temporis tr.pl.octo deniq; mẽſes ſuaꝝ actionũ reſpicere:ac timere cenſuerant.Decurritur ad iſtud extremum atq; ultimũ.S.C. quo niſi pœne in ipſo urbis incendio : atq; deſperatiõe oĩum ſalutis:latoꝝ audacia nunq̃ ante diſceſſum eſt.dent operam cõ.p.r.tr.pl.quiq; con.ſunt ad urbem:nequid reſp. detrimenti capiat.Hæc.S.C.ꝑſcribuntur ad.vii.idus ianuarii. Itaq; quinq; primis diebus quibus haberi ſenatus potuit:qua ex die conſulatum iniit Lentulus:biduo excepto comitiali:& de impiio Cæſaris: & de ampliſſimis uiris tr.pl.grauiſſime acerbiſſimeq; decernitur. profugiunt ſtatim ex urbe.tr.pl.ſeſeq; ad Cæſarem conferunt.Is eo tempore erat Rauennæ: expectabatq; ſuis læuiſſimis poſtulatis reſponſa:ſiqua hoĩum æq̃tate: res ad otium deduci poſſet. Proximis diebus habetur ſenatus extra urbem.Pompeius eadem illa:quæ per Scipionẽ oſtenderat:agit. Senatus uirtutem:conſtantiãq; collaudat.copias ſuas exponit. legiones habere ſeſe paratas.x. Præterea cognitũ compertũq; ſibi alieno eſſe animo in Cæſarem milites.neq; iis poſſe ꝑſuaderi:uti eum defendãt:aut ſequantur..De reliq̃s rebus ad ſenatũ referũt:tota ut Italia delectus habeant̃. Fauſtus Sylla propere in mauritaniam mittitur.pecunia uti ex ærario

Pompeio detur.referunt etiam de rege Iuba:ut ſocius ſit atq; amicus. Marcellus uero paſſurũ in præſentia ſe negat. De Fauſto impedit Philippus tr.pl.De reliqs rebus.S.C.pſcribunt. prouinciæ priuatis decernuntur.duæ cõſulares:reliquæ prætoriæ.Scipioni obuenit Syria.L.Domitio Gallia.Philippus & Marcellus priuato conſilio prætereunt.neq; eorũ ſortes deiiciunt.In reliquas prouincias prætores mittuntur. neq; expectant:quod ſuperioribus annis acciderat: ut de eorũ imperio ad populũ referatur.paludatiq; uotis nuncupatis exeunt. cõſules:quod ante id tempus acciderat:nunq̃ ex urbe pficiſcuntur. Lictoreſq; habent in urbe ex capitolio priuatim:contra oĩa uetuſtatis exempla tota Italia delectus habentur:arma imperantur.pecuniæ a municipiis exigunt.& a fanis tollunt.oĩa diuina & humana iura pmiſcentur.quibus rebus cognitis Cæſar apud milites contionatur. Omniũ temporũ iniurias inimicorũ in ſe cõmemorat.a quibus diduſtum:ac deprauatum Pompeiũ queritur :inuidia atq; obtrectatione laudis ſuæ:cuius ipſe honori & dignitati ſemper fauerit : adiutorq; fuerit.Nouum in rep. introductum exemplum quæritur:ut tribunitia interceſſio armis notaretur: atq; opprimeretur. quæ ſuperioribus annis armis eſſet reſtituta. Syllam nudata omnibus rebus tribunitia poteſtate:tamen interceſſionẽ liberam reliquiſſe.Pompeiũ qui amiſſam reſtituiſſe uidebatur:dona etiam:quæ ante habuerat:ademiſſe.Quotienſcũq; ſit decretũ: darent magiſtratus operam:nequid reſp.detrimenti caperet:qua uoce:& quo.S.C populus romanus ad arma ſit uocatus:factum in pnitioſis legibus:in ui tribunitia:in ſeceſſione populi:tẽplis lociſq; editioribus occupatis: atq; hæc ſupioris ætatis exẽpla expiata Saturnini atq; gracchorũ caſibus docet. quarũ rerum illo tempore:nihil factum:nec cogitatum quidem. nulla lex promulgata.Non cum populo agi cœptum.nulla ſeceſſio facta.hortatur cuius impatoris ductu nouem annis remp.feliciſſime geſſerint. plurimaq; prælia ſecunda fecerint.omnem Galliam: germaniãq; pacauerint:ut eius exiſtimationẽ dignitatẽq; ab inimicis defendant. Cõclamant legiones tertiædecimæ:quæ aderat milites. hanc enim initio tumultus euocauerat:reliquæ nondum cõuenerant : ſeſe paratos eſſe imperatoris ſui tribunorũq; pl.iniurias defendere. cognita militum uolũtate:ariminum cum ea legione proficiſcitur.ibiq; tr.pl. qui ad eum cõfugerant conuenit. reliquas legiones ex hybernis euocat : & ſubſequi iubet eo.L.Cæſar adoleſens uenit:cuius pater Cæſaris erat legatus. is reliquo ſermone confecto:cuius rei cauſa uenerat: habere ſe a Põpeio: ad eum priuati officii mandata demũſtrat. uelle Pompeium ſe Cæſari purgatum:ne ea:quæ reip.cauſa egerit:in ſuam contumeliam uertat. ſemper ſe reip.cõmoda priuatis neceſſitatib9 habuiſſe potiora. Cæſarẽ quoq; pro ſua dignitate debere:& ſtudium: & iracundiam ſuam reip.

dimittere.neq; adeo grauiter iraſci inimicis:ne cũ illis nocere ſe ſperet reip.noceat.Pauca eiuſdem generis addit:cum excuſatione Pompeii cõ iuncta . eadem fere atq; eiſdem rebus prætor Roſcius agit cũ Cæſare . ſibiq; Pompeium cõmemoraſſe demõſtrat.quæ res & ſi nihil ad leuan das:iniurias pertinere uidebant̃:tamẽ idoneos nactus hoĩes: per quos ea quæ uellet:ad eum ꝑferrentur:petit ab utroq;: quoniã Pompeii mã data ad ſe detulerunt.ne grauentur ſua quoq; ad eum poſtulata defer re.ſi paruo labore magnas cõtrouerſias tollere : atq; omnem Italiam metu liberare poſſent. ſibi ſemper reip.primam fuiſſe dignitatẽ:uitaq; potiorem . doluiſſe ſe quod pro beneficio ſibi contumelia ab inimicis extorqueretur.ereptoq; ſemeſtri imperio:in urbem retraheretur.Cuius abſentis rationem haberi proximis comitiis populus iuſſiſſet . tamen hanc honoris iacturam ſui:reip.cauſa æquo animo tuliſſe . cũ litteras ad ſenatum miſerit:ut oẽs ab exercitibus diſcederent: ne id quidẽ im petrauiſſe.tota Italia delectus haberi. retineri legiones duas : quæ a ſe ſimulatione parthici belli ſint abductæ:ciuitatẽ eſſe in armis . quonã hæc oĩa niſi ad ſuam perniciem pertinere?ſed tamen ad oĩa ſe deſcen dere paratũ:atq; oĩa pati reip.cauſa.Proficiſcatur Pompeius in ſuas pro uincias. ipſi exercitus dimittant . diſcedant in Italia omnes ab armis. metus a ciuitate tollatur.libera comitia:atq; omnis reſp.S.P.Q.R. per mittatur.Hæc quo facilius certiſq; cõdicionibus fiant: & iureiurando ſanciantur:aut ipſe propius accedat.aut ſe patiatur accedere . fore uti per colloquia omnes cõtrouerſiæ cõponantur . Acceptis mandatis Ro ſcius cum.L.Cæſare Capuã ꝑuenit. ibiq; cõſules Pompeiũq; inuenit : poſtulata Cæſaris renunciat.Illi deliberata reſpondent. ſcriptaq; ad eũ mandata per eos remittunt.quoꝝ hæc erat ſũma.Cæſar in Galliam re uerteretur. Arimino excederet.exercitus dimitteret.quæ ſi feciſſet:Põ peium in Hiſpanias iturum.Interea quoad fides eſſet data : Cæſarem factuꝝ quæ polliceretur.non intermiſſuros conſules : Pompeiumq; de lectus.Erat iniqua condicio poſtulare:ut Cæſar Arimino excederet.atq; in prouinciam reuerteretur.Ipſum & prouincias:& legiones alienas te nere.exercitum Cæſaris uelle dimitti.delectus habere:polliceri ſe in ꝓ uinciam iturum.neq; ante quẽ diem iturus ſit:definire . ut ſi peracto Cæſaris conſulatu:Pompeius profectus non eſſet:nulla tamen menda cii religione obſtrictus uideretur.tempus uero colloquio nõ dare.neq; acceſſurum polliceri.magnã pacis deſperationẽ afferebat. Itaq; ab Ari mino.M.Antonium cum cohortibus quinq; Arretium mittit.Ipſe Ari mini cum duabus legionibus ſubſiſtit.delectum habere ĩſtituit.Piſau rum:Fanum Anconam ſingulis cohortibus occupat.Interea certior fa ctus Tignium Thermum prætorem cohortibus quinq; tenere:oppidũ munire:oĩumq; eſſe tigninoꝝ optimam erga ſe uoluntatẽ: Curionem

cum tribus cohortibus:quas Piſauri & Arimini habebat:mittit.Cuius
aduentu cognito:diffiſus municipii uoluntate : Thermus cohortes ex
urbe reducit.& profugit.milites in itinere ab eo diſcedunt.ac domum
reuertuntur:Curio oīum ſūma uoluntate Tignium recipit.Quibus re
bus cognitis confiſus municipioꝝ uoluntatibus Cæſar cohortes legio
nis.xiii.ex præſidiis deducit.Auximumq; proficiſcitur. quod oppidum
Actius:cohortibus introductis:tenebat.delectūq; toto piceno circūmiſ
ſis ſenatoribus habebat.aduentu Cæſaris cognito:decuriones Auximi
ad Actium Varum frequentes cōueniunt. docent ſui iudicii rem non
eſſe:neq; ſe neq; reliquos municipes pati poſſe.G.Cæſarē imperatorē
bene de rep.meritum:tantis rebus geſtis:oppido mœnibuſq; ꝓhiberi.
proinde habeat rationē poſteritatis:& ꝑiculi ſui.Quoꝝ oratione ꝑmo
tus.M.Varus præſidium quod introduxerat:ex oppido educit:& profu
git. Hunc ex primo ordine pauci Cæſaris conſecuti milites conſiſtere
coegerūt.Cōmiſſoq; prælio deſeritur a ſuis Varus. non nulla pars mi
litum diſcedit.reliqui ad Cæſarem ꝑueniunt. atq; una cum iis depræ
henſus.L.Puppius primi pili Centurio adducitur.qui hunc eundem or
dinem in exercitu.Gn.Pompeii antea duxerat. At Cæſar milites actia
nos collaudat.Puppium dimittit.Auximatibus agit gratias. ſeq; eorū
facti memorem pollicetur. Quibus rebus Romam nunciatis : tantus
repente terror inuaſit:ut cum Lentulus conſul Romam ad aperiendū
ærarium ueniſſet:ad pecuniam Pompeio ex ſenatuſcōſulto ꝓferendā.
protinus:aperto ſanctōre ærario:ex urbe ꝓfugeret.Cæſar eīm aduenta
re:iam iamq; adeſſe eius equites falſo nunciabant̃.hunc Marcellus col
lega:& plæriq; magiſtratus conſequuti ſunt.Gn.Pompeius pridie eius
diei ex urbe ꝓfectus:iter ad legiones habebat:quas a Cæſare acceptas:
in Apulia hybernoꝝ cauſa diſpoſuerat. delectus intra urbem intermit
tuntur.nihil citra Capuam tutum eſſe omnibus uidebatur.Capuæ pri
mum ſeſe confirmant.& colligunt.delectumq; colonoꝝ:qui lege Iulia
Capuam deducti erant:habere inſtituūt.gladiatoreſq;: quos ibi Cæſar
in ludo habebat ad forum productos: Lētulus libertati confirmat:atq;
iis equos attribuit.& ſe ſequi iuſſit.quos poſtea monitus a ſuis: quod
ea res omniū iudicio repræhendebat̃:circum familiares conuentus cā
paniæ cuſtodiæ cauſa diſtribuit.Auximo Cæſar progreſſus: oēm agrū
picenum percurrit.cuncte eaꝝ regionū præfecturæ libētiſſimis animis
eum recipiūt.exercitūq; eius oībus rebus iuuant.etiā ex cingulo quod
oppidum Labienus conſtituerat:ſuaq; pecunia exædificauerat.ad eum
legati ueniunt.quæq; imꝑauerit: ſeſe cupidiſſime facturos pollicent̃.
milites imperat:mittuntq;.Interea legio duodecima Cæſarē cōſequit̃.
cum his duabus Aſculum picenum ꝓficiſcitur.Id oppidum Lentulus
Spinter decē cohortibus tenebat:qui Cæſaris aduētu cognito : ꝓfugit

ex oppido.cohorteſq; ſecum abducere conatus:a magna parte militum deſeritur.Relictus in itinere cum paucis incidit in Iubulium Ruffum miſſum a Pompeio in agrum picenum cõfirmandoꝝ boĩum cauſa . a quo factus Iubulius certior: quæ res in piceno gererentur : milites ab eo accipit .ipſum dimittit.ipſe ex finitimis regionibus quas poteſt cõ trahit cohortes : ex delectibus pompeianis : in iis camerino fugientẽ Vlcillem Hirum cum ſex cohortibus:quas ibi præſidio habuerat: exci pit.Quibus coactis:tredecim efficit.cum iis ad Domitium Enobarbũ Corfinium magnis itineribus peruenit.Cæſarẽq; adeſſe cũ legionibus duabus nunciat.Domitius per ſe circiter uiginti cohortes ex Alba : & marſis:& pelignis:& finitimis ab regionibus coegerat.recepto Firmo: expulſoq; Lentulo:Cæſar conquiri milites:qui ab eo diſceſſerant : dele ctumq; inſtitui iubet. Ipſe unum diem ibi rei frumentariæ cauſa mo ratus Corfinium contendit.Eo cũ ueniſſet: cohortes quinq; præmiſſæ a Domitio ex oppido pontem fluminis interrũpebant: qui erat ab op pido millia paſſuum circiter tria.ibi cum ante curſoribus Cæſaris:præ lio cõmiſſo:celeriter domitiani a põte repulſi: ſe in oppidum recepũt. Cæſar legionibus traductis:ad oppidũ conſtitit.iuxtaq; murum caſtra poſuit.Re cognita:Domitius ad Pompeium in Apuliam peritos regio num:magno ꝓpoſito præmio:cũ litteris mittit:qui petant:atq; orent: ut ſibi ſubueniat.Cæſarem duobus exercitibus & locoꝝ anguſtiis faci le intercludi poſſe.frumẽtoq; ꝓhiberi.Quod niſi fecerit:ſe cohorteſq; amplius triginta:magnũq; numeꝝ ſenatoꝝ : atq; equitũ romanoꝝ in periculum eſſe uentuꝝ.Interim ſuos cohortatus : tormenta in muris diſponit certaſq; cuiq; partes ad cuſtodiam urbis attribuit. militibus in cõtione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur quadraginta in ſin gulos iugera.& pro rata parte cẽturionibus:euocatiſq;.Interim Cæſari nunciatur:Sulmonẽſes: quod oppidum a Corfinio ſeptem millium in teruallo abeſt:cupere ea facere:quæ uellet.Sed a.Q. Lucetio ſenatore:& Actio Peligno prohiberi : qui id oppidum ſeptem cohortum præſidio tehebãt.Mittit eo.M.Antoniũ cum legionis octauæ cohortibus q̃nq; . Sulmonenſes ſimul atq; noſtra ſigna uiderunt:portas aperuerũt. uni uerſiq; oppidani obuiam gratulantes Antonio exierunt. Lucetius & Actius de muro ſe deiecerũt.Actius ad Antonium deductus petit : ut ad Cæſarem mitteretur.Antonius cum cohortibus & Actio:eodẽ die: quo profectus erat.reuertitur.Cæſar eas cohortes cum exercitu ſuo cõ iunxit:Actiumq; incolumem dimiſit . Cæſar primis diebus caſtra ma gnis operibus munire:& ex finitimis municipiis frumentũ cõportare. reliquaſq; copias expectare inſtituit.eo triduo legio octaua ad eum ue nit.cohorteſq; ex nouis Galliæ delectibus.xxii.equiteſq; a rege Morico circiter trecenti: quoꝝ aduentu altera caſtra ad alteram oppidi partem

ponit.Iis caſtris Curionem præfecit.reliquis diebus oppidum uallo caſtelliſq; circũuenire inſtituit.cuius operis maxima parte effecta eodem fere tempore miſſi ad Pompeium reuertunt᷑.Litteris perlectis : Domitius ſimulans in conſilio pronunciat Pompeium celeriter ſubſidio uẽturum.Hortaturq; eos:ne animo deficiant.quæq; uſui ad defendendũ oppidum ſit:parent.Ipſe arcane cum paucis familiaribus ſuis colloq᷑:conſiliũq; fugæ capere conſtituit.Cum uultus Domitii cum oratione non conſentiret:atq; oĩa trepidantius timidiuſq; ageret:quã ſuperioribus diebus conſueſſet:multũq; cum ſuis cõſultandi cauſa ſecreto præter conſuetudinẽ colloqueret᷑:concilia cõuentuſq; hoĩum fugeret: res diutius tegi:diſſimulariq; non potuit. Pompeius enim reſcripſerat ſe rem in ſũmum periculum deductuꝝ non eſſe.neq; ſuo conſilio aut uoluntate Domitium ſe in oppidum Corfinium cõtuliſſe. Proinde ſiqua facultas fuiſſet:ad ſe cum omnibus copiis ueniret. Id ne fieri poſſet: obſidione atq; oppidi circũmunitiõe fiebat. Diuulgato Domitii conſilio:milites:qui erant Corfinii:prima ueſperi ſeceſſionẽ faciunt:atq; ita inter ſe per tr.militum : centurioneſq; atq; honeſtiſſimos ſui generis colloquunt᷑.obſideri ſe a Cæſare: opera munitioneſq; prope eſſe perfectas.ducem ſuum Domitiũ cuius ſpe atq; fiducia ꝑmanſerint: proiectis omnibus:fugæ conſiliũ capere.debere ſe ſuæ ſalutis rationẽ habere.Ab his primo marſi diſſentire incipiunt.eamq; oppidi partem:quæ munitiſſima uideretur:occupãt.tãtaq; inter eos diſſenſio extitit:ut manum conſerere:atq; armis dimicare conarentur.poſt paulo tamen ĩter nunciis ultro citroq; miſſis:quæ ignorabãt:de.L.Domitii fuga cognoſcunt.Itaq; oẽs uno conſilio Domitiũ ꝓductũ in publicũ circũſiſtũt: & cuſtodiunt.legatoſq; ad Cæſarem mittunt ſeſe paratos eſſe: portas aperire.quæq; imperauerit:facere.& Domitium uiuũ in eius poteſtatẽ tradere.Quibus rebus cognitis Cæſar: &ſi magni intereſſe arbitrabatur:ꝗprimum oppido potiri:cohorteſq; ad ſe in caſtra traducere:nequa aut largitionibus:aut animi confirmatione:aut falſis nunciis cõmutatio fieret uoluntatis:quod ſæpe in bello paruis momẽtis:magni caſus intercederent:tamen ueritus: ne militum introitu: & nocturni tẽporis licentia:oppidum diriperetur:eos:qui uenerant:collaudat. atq; in oppidum dimittit.portas:muroſq; aſſeruari iubet.ipſe his operibus:quæ facere inſtituerat:milites diſponit.non certis ſpatiis intermiſſis: ut erat ſuperioꝝ dieꝝ conſuetudo:ſed perpetuis uigiliis ſtationibuſq;:ut cõtingant inter ſe:atq; omnẽ munitionẽ expleant tr.militum: & præfectos circũmittit:atq; hortatur:non ſolum ab eruptionibus caueant:ſed etiã ſinguloꝝ hoĩum occultos exitus aſſeruent.neq; eo tam remiſſo:ac languido animo quiſquã omnium fuit:qui nocte conquieuerit.tanta erat ſũma rerum expectatio:ut nullus in aliam partem mente atq; animo

traheretur.qd ipſis corſiniẽſibus.qd Domitio. qd Lentulo.quid reliqs accideret.qui quoſq; euentus exciperet . Quarta uigilia circiter Lentulus Spinter de muro cũ uigiliis cuſtodibuſq; noſtris colloquitur. Velle ſi ſibi poteſtas fiat Cæſarem conuenire.Facta poteſtate:ex oppido mittitur.neq; ab eo prius Domitiani milites diſcedunt:quam in cõſpectũ Cæſaris deducatur.Cum eo de ſalute ſua orat:atq; obſecrat:ut ſibi parcat:ueteréq; amiciciam cõmemorat:Cæſariſq; in ſe beneficia exponit : quæ erant maxima:quod per eum in collegiũ pontificũ uenerat. quod prouinciam Hiſpaniæ ex prætura habuerat:in petitione cõſulatus erat ſubleuatus.Cuius orationẽ Cæſar interpolat:ſe non maleficii cauſa ex prouincia egreſſum.ſed uti ſe a cõtumeliis inimicoꝝ defenderet. ut ſe & populum romanũ:paucoꝝ factione oppreſſum : in libertatẽ uindicaret.ut tr.pl.in ea re ex ciuitate expulſos:in ſuam dignitatẽ reſtitueret. Cuius oratione confirmatus Lentulus:ut in oppidum reuerti liceat:petit.quod de ſua ſalute impetrauerit:fore etiam reliquis ad ſuam ſpem ſolatio.Adeo eſſe perterritos non nullos:ut ſuæ uitæ durius conſulere cogantur.facta poteſtate:diſcedit.Cæſar ubi illuxit:oẽs ſenatores ſenatorumq; liberos.tribunos militum.equiteſq; romanos . ad ſe perduci iubet . Erant ſenatorii ordinis.L.Domitius.&.P.Lentulus Spinter .L. Cecilius.Spinter Rufus.Sextus Quintilius.Varus.Quæſtor.L. Rubrius.Præterea filius Domitii:aliiq; complures adoleſcentes . & magnus numerus equitum romanoꝝ.& decurionũ: quos ex municipiis Domitus euocauerat.Hos omnes productos a contumeliis militum : conuiciiſq; prohibet.Pauca apud eos loquitur:quod ſibi aperte eoꝝ gratia relata nõ ſit:pro ſuis in eos maximis beneficiis: dimittit oẽs incolumes. Auꝝ:quod adduxerat Domitius:atq; in publicum depoſuerat:allatum ad ſe ab iis uiris corſiniẽſibus Domitio reddit. ne cõtinentior in uita hoĩum:quã in pecunia fuiſſe uideatur . & ſi eam pecuniam publicam eſſe conſtabat.datamq; a Pompeio in ſtipendiũ . Milites Domitianos ſacramentũ apud ſe dicere iubet.atq; eo die caſtra mouet. iuſtũq; iter conficit. Septem omnino dies ad Corfinium cõmoratus : & per fines maurucinoꝝ:ferrentinoꝝ:larinatium in Apuliã ꝑuenit. Pompeius his rebus cognitis:quæ erant ad Corfinium geſtæ:luceria proficiſcitur Canuſium atq; inde Brunduſium: copias undiq; omnes ex nouis delectibus ad ſe cogi iubet.ſeruos.paſtores armat:atq; his equos attribuit.ex iis circiter trecentos equites conficit. L.Mallius prætor albam cum cohortibus ſex profugit.Rutilius Lupus prætor taracinam cum tribus : quæ procul equitatũ Cæſaris cõſpicate.cui præerat Biuius Curius:relicto prætore:ſigna ad Curium transferunt:& ad eum tranſeunt . Item reliquis itineribus:nõ nullæ cohortes in agmen Cæſaris: aliæ in eqtes incidũt.Reducitur ad eũ depræhẽſus ex itinere.Gn.Magius Cremona

prӕfectus fabrum. Gn. Pompeii: quem Cӕſar ad eum remittit cũ man datis. quoniam ad id tempus facultas colloquendi non fuerit: atq; ad eum Brunduſium ſit uenturus: intereſſe reip. & cõmunis ſalutis ſe cũ Pompeio colloqui. neq; uero idem perfici longo itineris ſpatio: cũ per alios cõdiciones ferantur: ac ſi coram de oĩbus cõdicionibus diſcepte tur. Iis datis mandatis: Brunduſiũ cum legionibus ſex peruenit. Vete ranis quattuor reliquis: quas ex nouo delectu confecerat: atq; in itinere cõpleuerat: domitianas. n. cohortes protinus a Corfinio in Siciliam mi ſerat. reperit conſules Dyrrhachium profectos cum magna parte exer citus. Pompeium remanere Brunduſii cum cohortibus decem. neq; cer tum inueniri poterat: obtinendi ne cauſa Brũduſii ibi remanſiſſet: quo facilius oẽ hadriaticum mare ex ultimis Italiӕ partibus: regionibuſq; grӕciӕ in poteſtatẽ haberet. atq; ex utraq; parte bellum adminiſtrare poſſet: an inopia nauium ibi remanſiſſet. Verituſq; ne Italiam ille di mittendam nõ exiſtimaret. exitus adminiſtrationeſq; Brunduſini por tus impedire inſtituit. Quoꝶ operum hӕc erat ratio. qua fauces erant anguſtiſſimӕ: portus molem atq; aggerem ab utraq; parte littoris ia ciebat. quod his locis erat mare uadoſum: longius progreſſus: cũ agger altiore aqua cõtineri nõ poſſet: rates duplices: quoquo uerſus pedibus triginta e regiõe molis collocabat. Has quaternis anchoris ex quattuor angulis diſtinebat: ne fluctibus mouerentur. His ꝑfectis collocatiſq; alias deinceps pari magnitudine rates iungebat. Has terra atq; aggere cõtegebat: ne aditus atq; incurſus ad defendendũ impediretur. A fron te atq; ab utroq; latere cratibus: ac pluteis ꝓtegebat. In quarta quoq; eaꝶ turres binoꝶ tabulatoꝶ excitabat. quo cõmodiꝰ ab impetu nauiũ: incẽdiiſq; defenderet. Contra hӕc Põpeius naues magnas honerarias: quas in portu Brnduſino deprӕhenderat: adornabat. Ibi turres cũ ter nis tabulatis erigebat. eaſq; tormentis: & omni genere tӕloꝶ cõpletas ad opera Cӕſaris appellebat. ut rates perrumperet: atq; opera diſturba ret. ſic quottidie utriq; eminus fundis: ſagittis: reliquiſq; tӕlis pugna bant. atq; hӕc ita Cӕſar adminiſtrabat: ut condiciones pacis dimitten das non exiſtimaret. Ac tam&ſi magnopere admirabatur Magiũ: quẽ ad Pompeium cum mandatis miſerat: ad ſe non remitti. atq; ea res ſӕ pe temptata: &ſi impetus eius conſiliaq; tardabat. tamen oĩbus rebus in eo ꝑſeuerandũ putabat. Itaq; Corbium Caninium Rebilium legatũ familiarẽ: neceſſariũq; Scribonii Libonis mittit ad eũ colloquii cauſa. mandat: ut Libonem de concilianda pace hortetur. In primis ut ipſe cũ Pompeio colloqueretᷣ: poſtulat. magnopere ſeſe confidere demonſtrat. ſi eius rei ſit poteſtas facta: fore: ut ӕquis condicionibus diſcedatᷣ. cuiꝰ rei magnam partem laudis atq; ӕſtimationis ad Libonẽ ꝑuenturam: ſi illo auctore: atq; agente ab armis ſit diſceſſum. Libo a colloquio

Caninii digreſſus ad Pompeiũ proficiſcitur. paulo poſt renunciat: quod conſules abſint: nec ſine illis de cõpoſitione agi poſſe. Ita ſæpius rem fruſtra tẽptatam Cæſar aliquãdo dimittendã ſibi iudicabat: & de bello agendum: prope dimidia parte operis a Cæſare effecta: diebuſq; in ea re conſumptis: nouem naues a cõſulibus Dyrrhachio remiſſæ: quæ priorem partem exercitus eo deportauerãt: Brunduſium reuertunt̃. Pompeius ſiue operibus Cæſaris pmotus: ſiue etiam quod ab initio Italia excedere cõſtituerat: aduentu nauium pfectionẽ parare incipit. Et quo facilius impetum Cæſaris tardaret: ne ſub ipſa pfectione milites oppidum irrumperent: portas obſtruit. uicos plateaſq; inædificat. Foſſas tranſuerſas uiis prædicit. Atq; ibi ſudes ſtipideſq; præacutos defigit. Hæc læuibus cratibus: terraq; inæquat. Aditus autẽ atq; itinera duo: quæ extra murum ad portum ferebant: maximis defixis trabibus: atq; eis præacutis præſepit. His paratis rebus: milites ſilentio naues cõſcendere iubet. Expeditos autẽ ex uocatis ſagittariis: funditoribuſq; raros in muro turribuſq; diſponit. hos certo ſigno reuocare inſtituit. Cum omnes milites naues cõſcendiſſent: iis expedito loco actuaria nauigia relinquit. Brunduſini Pompeianorum militum iniuriis: atq; ipſius Pompeii contumeliis permoti Cæſaris rebus fauebant. Itaq; cognita Pompeii profectione: concurſantibus illis: atq; in ea re occupatis: uulgo ex tectis ſignificabant. Per quos re cognita Cæſar ſcalas parari: militeſq; armari iubet. nequã rei gerendæ facultatẽ dimittat. Pompeius ſub noctem naues ſoluit. qui erãt in muro cuſtodiæ cauſa collocati: eo ſigno: quo conuenerat: reuocantur. notiſq; itineribus ad naues decurrunt. Milites poſitis ſcalis muros aſcendũt. ſed moniti a Brunduſinis ut uallũ cecum: foſſaſq; caueant: ſubſiſtũt: & longo itinere ab iis circũducti ad portum peruenĩũt. duaſq; naues cum militibus: quæ ad moles Cæſaris adhæſerant: ſcaphis lintribuſq; depræhendũt. depræhenſaſq; excipiũt. Cæſar &ſi ad ſpem conficiendi negotii maxime probabat coactis nauibus: mare tranſire: & Pompeium ſequi: priuſquã ille ſeſe tranſmarinis auxiliis confirmaret: tamen rei eius moram: temporiſq; longinquitatẽ timebat: quod omnibus coactis nauibus: Pompeius præſentem facultatem inſequẽdi ſui ademerat Relinquebat̃: ut ex longinquioribus regionibus Galliæ piceniq;: & a freto naues eſſent expectãdæ. ſed id propter anni tempus longum atq; impeditum uidebatur. Interea ueterẽ exercitũm: duas hiſpanias confirmari: quarum altera erat maximis beneficiis Pompeii deuincta: auxilia: equitatem parari. Galliam: Italiãq; temptari ſe abſente nolebat. Itaq; in præſentia Pompeii inſequẽdi rationẽ omittit. In Hiſpaniam proficiſci conſtituit. Duumuiris municipiorũ oĩum imperat: ut naues conquirant: Brunduſiũq; deducendas curent. Mittit in Sardiniam cum legione una Valerium legatum. in Siciliam

Cũrionem ꝓprætorem romanũ cum legionibus tribus. Eundem cum Siciliam recepiſſet:protinus in Africam traducere exercitum iubet.Sardiniam obtinebat.M.Cotta.Siciliã.M.Cato. Africam ſorte Tubero obtinere debebat.Caralitani ſimul ad ſe Valeriũ mitti audierunt:nondũ profecto ex Italia ſua ſpõte ex oppido Cottam eiecerũt.Ille ꝑterritus : quod omnem ꝓuinciam conſentire intelligit: ex Sardinia in Africam profugit.Cato in Sicilia naues longas ueteres reficiebat. nouas ciuitatibus imꝑabat.hæc magno ſtudio peragebat. In lucanis brutiiſq; per legatos ſuos ciuium romanoꝝ delectus habebat. equitum peditumq; certum numerum a ciuitatibus Siciliæ exigebat . quibus rebus pœne perfectis:aduentu Curionis cognito:quæritur in concione ſe ꝓiectum: ac proditum a.Gn.Pompeio:qui omnibus rebus imparatiſſimus: non neceſſarium bellum ſuſcepiſſet. & ab ſe reliquiſq; in ſenatu interrogatus omnia ſibi eſſe ad bellum apta ac parata confirmauiſſet : Hæc in concione queſtus ex prouincia fugit . nacti uacuas ꝓuincias ab imperiis: Sardiniam Valerius:Curio Siciliam cum exercitibus eo ꝑueniũt. Tubero cum in Africam ueniſſet : inuenit in prouincia cum imperio Actium Varum:qui ad Auximũ:ut ſupra demonſtrauimus:amiſſis cohortibus:protinus ex fuga in Africam peruenerat.atq; eam ſua ſponte uacuam occupauerat delectuq; habito: duas legiones effecerat hoium & locoꝝ noticia & uſu eius ꝓuinciæ nactus aditus ad ea conãda:quod paucis ante annis ex prætura eam prouinciam obtinuerat.Hic uenientem uticam cum nauibus Tuberoné:portu atq; oppido prohibet:neq; affectum ualitudine filium exponere in terram patitur.ſed ſublatis anchoris excedere eo loco cogit.His rebus confectis Cæſar: ut reliquum tempus a labore intermitteret:milites in proxima municipia deducit. Ipſe ad urbem proficiſcitur.coacto ſenatu:iniurias inimicoꝝ cõmemorat.docet ſe nullum extraordinariũ honorem appetiſſe.ſed expectato legitimo tempore conſulatus:eo fuiſſe contentũ:quod omnibus ciuib⁊ pateret latum:ab decem tr.pl.cõtradicentibus inimicis.Catonem uero acerrime repugnanté:& priſtina conſuetudine dicendi mora dies extrahentem:ut ſui ratio abſentis haberetur:ipſo conſule Pompeio : qui ſi improbaſſet:cur fieri paſſus eſſet:Si probaſſet:cur ſe uti populi beneficio prohibuiſſet:Patientiam proponit ſuam:cum de exercitibus dimittendis ultro poſtulauiſſet.in quo iacturã dignitatis : atq; honoris ipſe factur⁊ eſſet.Acerbitaté inimicoꝝ docet:qui quod ab altero poſtularét: in ſe recuſarent:atq; oĩa permiſceri mallent:quã imperium exercituſq; dimittere.Iniuriam in eripiendis legibus prædicat. crudelitaté & inſolentiam in circũſcribendis tr.pl.condiciones a ſe latas:& expedita colloquia:& denegata cõmemorat.pro qbus rebus orat:ac poſtulat:ut rép . ſuſcipiant:atq; una ſecum adminiſtrent.Sin timore defugiant:illis ſe

boneri non futurum:& per ſe remp.adminiſtratuꝝ. Legatos ad Pom peium mitti oportere de cōpoſitiōe:neq; ſe reformidare: quod in ſena tu pauloante Pompeius dixiſſet:ad quos legati mitterentur:iis auctori tatem attribui:timoremq; eoꝝ:qui mitterent:ſignificari.tenuis atq; in firmi hæc animi uideri.ſe uero ut operibus ante ſtuduerit: ſic iuſticia & æquitate uelle ſuperare.Probat rem ſenatus de mittēdis legatis.ſed qui mitterent̃:non reperiebantur.maximeq; timoris cauſa pro ſe qſq; id munus legationis recuſabat. Pompeius enim diſcedens ab urbe in ſenatu dixerat:eodem ſe habiturum loco:qui Romæ remanſiſſent: & qui in caſtris Cæſaris fuiſſent. ſic triduum diſputationibus excuſatio nibuſq; extrahitur. Subiicitur etiam.L.Metellus tr.pl.ab inimicis Cæ ſaris:qui hanc rem diſtrahat.reliquaſq; res:quaſcūq; agere inſtituerat: impediat.Cuius cognito cōſilio Cæſar: fruſtra diebus aliquot conſum ptis:ne reliquum tempus omittat.Infectis iis:quæ agere deſtinauerat: ab urbe ꝓficiſcitur. atq; in ulteriorē Galliam peruenit. Quo cum ue niſſet:cognoſcit miſſum a Pompeio Iubulium Rufum: quem paucis diebus ante Corfinio captum ipſe dimiſerat præfectū.Item Domitiū: ad occupandam Maſſiliam:nauibus actuariis ſeptē: quas Sicilia & Sar dinia a priuatis coactis ſeruis:liberiſq; colonis ſuis compleuerat. Præ miſſos etiam legatos maſſilienſes domum nobiles adoleſcentes: quos ab urbe diſcedens Pompeius erat hortatus: ne noua Cæſaris officia ueterum ſuoꝝ beneficioꝝ in eos memoriam expellerent.Quibus man datis acceptis Maſſilienſes:portas Cæſari clauſerant.Albicos barbaros hoīes:qui in eoꝝ fide antiquitus erant.monteſq; ſupra Maſſiliam īco lebant:ad ſe uocauerant.Frumentū ex finitimis regionibus: atq; ex oī bus caſtellis in urbem cōuerſerant̃. armoꝝ officinas in urbe inſtitue rant.muros:Claſſem:& portas reficiebant. Euocat ad ſe Cæſar maſſali enſium primos:cum his agit: ne initium inferendi belli a maſſilienſi bus oriat̃.Debere eos Italiæ totius auctoritatē ſequi.potius quā uni⁹ hoīs uoluntati obtemperare. reliquaq;: quæ ad eoꝝ ſanandas mentes pertinere arbitrabat̃:cōmemorat. Cuius orationē domum legati refe runt:atq; ex auctoritate hæc Cæſari renunciant:Intelligere ſe diuiſum eſſe populum romanū in partes duas.neq; ſui iudicii: neq; ſuarū eſſe uiriū diſcernere:utra pars iuſtiorē habeat cauſam. Principes uero eſſe eaꝝ partium.Gn.Pompeiū &.G.Cæſarem patronos ciuitatis:quorum alter agros uolgaꝝ arecomicoꝝ & iluoꝝ publice his conceſſerit. alter bello uictas Gallias attribuerit.uectigaliaq; auxerit.quare paribus eoꝝ beneficiis parem ſe quoq; uoluntatē tribuere debere. & neutrum eoꝝ cōtra alteꝝ iuuare.aut urbe:aut portibus recipere. Hæc dum inter eos aguntur:Domitius nauibus Maſſiliam peruenit. atq; ab iis receptus urbi præficit̃.Eius impio claſſem quoquouerſus dimittūt.honerarias

naues:quas ubiq; poſſunt:depræbendunt. atq; in portum deducunt. parū clauſis:aut materia: aut armamētis inſtructis ad reliquas arman das reficiendaſq; utuntur.frumenti:quod inuentum eſt: in publicum conferunt.reliquas merces cōmeatuſq; ad obſidionē Vrbis:ſi accidat: reſeruant. Quibus iniuriis permotus Cæſar legiones tres Maſſiliam adducit.turres uineaſq; ad oppugnationē urbis agere.naues lōgas are latæ numero duodecim facere inſtituit.Quibus effectis armatiſq; die bus triginta:a qua die materia cæſa eſt.adductiſq; Maſſiliam:bis Deci um Brutum præfecit .G. Treboniū legatū ad oppugnationē Maſſiliæ reliquit.dum bæc parat:atq; adminiſtrat.G.Fabium legatū cum legio nibus tribus:quas Narbonæ circūq; ea loca byemandi cauſa diſpoſue rat:in Hiſpaniā præmittit:celeriterq; pyrenæos ſaltus occupari iubet. qui eo tempore ab.L.Afranio legato præſidiis tenebantur. reliquas le giones:quæ longius byemabant:ſubſequi iubet. Fabius:ut erat impe ratum:adbibita celeritate præſidium ex ſaltu deiecit: magniſq; itineri bus ad exercitum Afranii contendit.Aduentu.L.Bibuli Rufi: quem a Pompeio miſſum in Hiſpania demonſtratū eſt: Afranius & Petreius & Varro legati Pompeii:quoꝝ unus in Hiſpaniam citeriorem a ſaltu Casbulonenſi ad Anam duabus legionibus.tertius ab Ana uectonum agrum:Luſitaniāq; pari numero legionū obtinebat:officia inter ſe par tiuntur.ut Petreius ex Luſitania uectones cū omnibus copiis ad Afra nium ꝓficiſcatur.Varro cum bis:quas bēbat:legionibus omnem ulte riorem Hiſpaniam tutatur.His rebus conſtitutis:Equites auxiliaq; to tius Luſitaniæ a Petreio celtiberis:cantabris:Barbariſq; omnibus: qui ad oceanum ꝑtinent:ab Afranio imperantur.Quibus coactis:Petreius per uectones ad Afranium peruenit:conſtituūt cōmuni conſilio bellū ad Ilerdam propter ipſius loci opportunitatē gerere. Erant ut ſupra de monſtratum eſt:legiones Afranii tres:Petreii duæ.Præterea ſcutatæ ci terioris ꝓuinciæ: & cetratæ ulterioris Hiſpaniæ cobortes circiter octo ginta equitū utriuſq; prouinciæ circiter quinq; millia. Cæſar legiōes in Hiſpaniam præmiſerat ad ſex millia auxilia peditum.equitum tria millia.quæ omnibus ſuperioribus bellis babuerat. & parem ex Gallia numerum:quem ipſe parauerat:noīatim ex omnibus ciuitatibus nobi liſſimo & fortiſſimo quoq; euocato. Hinc optimi generis bominū ex aquitanis montaniſq;: qui Galliam prouinciam attingunt. Audierat Pompeium per Mauritaniā cum legionibus iter in Hiſpaniā facere: confeſtimq; uentuꝝ.Simul a tr. militum centurionibuſq; mutuas pe cunias ſumpſit.bas exercitui diſtribuit.Quo facto:duas res conſequu tus eſt:quod pignore animos cēturionū deuinxit.& largitione redemit militum uolūtates.Fabius finitimaꝝ ciuitatū animos litteris:nūtiiſq; temptabat. In Sicore flumine pontes effecerat duos inter ſe diſtantes

millia paſſuum quattuor : ipſis pontibus pabulatũ mittebat:quod ea: quæ citra flumen fuerant: ſuperioribus diebus conſumpſerat. Hoc idẽ fere atq; eadem de cauſa Pompeiani exercitus duces faciebãt. crebroq; inter ſe equeſtribus prælíis contendebant. Huc cum quottidiana con ſuetudine cõgreſſæ pabulatoribus præſidio proprio legiones Fabianæ duæ flumen tranſiſſent:impedimentaq; & omnis equitatus ſequeret: ſubito iumẽtoꝝ & aquæ magnitudine pons eſt interruptus: & reliqua multitudo equitum interclusa . Quo cognito a Petreio & Afranio ex aggere atq; cratibus:quæ a flumine ferebant celeriter ſuo ponte Afra nius:quem oppido caſtriſq; coniunctum habebat:legiones quattuor : equitatumq; omnem tranſiecit. duabuſq; Fabianis occurrit legionib⁹: cuius aduentu nunciato. L. Plancus:qui legionibus præerat: neceſſaria re coactus:locum capit ſuperiorẽ. diuerſamq; aciem in duas partes cõ ſtituit:ne ab equitatu circũueniri poſſet: Ita congreſſis impari numero magnos impetus legionũ equitatuſq; ſuſtinet. Cõmiſſo ab equitibus prælio: ſigna duaꝝ legionũ procul ab utriſq; conſpiciunt:quas Fabius ulteriore ponte ſubſidio noſtris miſerat: ſuſpicatus fore:quod accidit : ut duces aduerſarioꝝ occaſione & beneficio fortunæ ad noſtros oppri mendos uterentur. quaꝝ aduentu præliũ dirimitur. ac ſuas uterq; legi ones reducit in caſtra. Eo biduo Cæſar cum equitibus nongẽtis:quos ibi præſidio reliquerat: in caſtra peruenit. pons : qui fuerat tempeſtate interruptus: pœne erat refectus. hunc nocte perfici iuſſit. Ipſe cognita locoꝝ natura ponti caſtriſq; præſidio ſex cohortes relinquit . atq; oĩa impedimenta: & poſtero die omnibus copiis triplici inſtructa acie: ad Ilerdam proficiſcit. & ſub caſtris Afranii conſiſtit. & ibi pauliſper ſub armis moratus: facit æquo loco pugnandi poteſtatẽ. Ptante facta: Afra nius copias educit. & in medio colle ſub caſtris cõſtituit. Cæſar ubi co gnouit per Afranium ſtare:quo minus prælio dimicaret ab infimis ra dicibus montis: intermiſſis circiter paſſibus quadringentis: caſtra face re conſtituit. & ne in opere faciendo: milites repẽtino hoſtium incurſu exterrentur: atq; opere ꝓhiberẽtur: uallo muniri uetuit. Quod eminere & procul uideri neceſſe erat. Sed a fronte caſtra contra hoſtem pedum quindecim foſſam fieri iuſſit. Prima & ſecũda acies in armis: ut ab ini tio conſtituta erat: ꝑmanebat . Poſt hos opus in occulto acies tertia fa ciebat. ſic omne prius eſt perfectũ: quã intelligeret : ab Afranio caſtra muniri. Sub ueſperum Cæſar intra hanc foſſam legiones deducit. atq; ibi ſub armis proxima nocte conquieſcit. Poſtero die omnem exercitũ intra foſſam continet: & quod longius erat agger petendus: in præſen tia ſimilem rationẽ operis inſtituit . ſingulaq; latera caſtroꝝ ſingulis attribuit legionibus munienda foſſaſq; ad eandem magnitudinẽ per fici iubet. reliquas legiones in armis expeditas cõtra hoſtem cõſtituit.

Afranius Petreiuſq; terrendi cauſa:atq; operis impediendi copias ſuas ad infimas montis radices ꝓducunt:& prælio laceſcunt. Neq; idcirco Cæſar opus intermittit confiſus præſidio legionū trium & munitiōe foſſæ. Illi non diu cōmorati:nec longius ab infimo colle progreſſi:copias in caſtra reducunt. Tertio die Cæſar uallo caſtra cōmunit. reliquas cobortes:quas in ſuperioribus caſtris reliquerat:impedimentaq; ad ſe traduci iubet. Erat in oppido Ilerda & ꝓximo colle:ubi caſtra Petreius atq; Afranius babebant:planicies circiter paſſuū trecentoꝝ.atq; in boc fere medio ſpatio tumulus erat paulo æditior: quem ſi occupaſſet Cæſar:& cōmuniſſet:ab oppido & ponte & cōmeatu omni: quem in oppidum contulerat:ſe intercluſuꝝ aduerſarios confidebat. Hoc ſperans: legiones tres ex caſtris educit.acieq; in locis idoneis conſtructa: unius legionis anteſignanos præcurrere:atq; occupare eum tumulum iubet. Qua re cognita:celeriter quæ in ſtatione pro caſtris erant: Afranii cobortes breuiore itinere ad eundem occupandū locum mittuntur. Contenditur prælio.& quod prius in tumulum Afraniani uenerant: noſtri repelluntur.atq; aliis ſummiſſis præſidiis terga uertere. ſeq; ad ſigna legionū recipere coguntur. Genus erat pugnæ militū illoꝝ:ut magno impetu primo ꝓcurrerent:audacter locum caperent.ordines ſuos non magnopere ſeruarent.rari diſperſiq; pugnarent.ſi præmerentur: pedē referre:& locum excedere:non turpe exiſtimarent. Cum Luſitanis cæteriſq; barbaris genere quodam pugnæ aſſuefacti:quod fere fit: quibus quiſq; in locis miles inueterauerit:uti multū eaꝝ regionū cōſuetudīe moueatur. Hæc tamen ratio noſtros perturbat inſuetos buius generis pugnæ:circūiri enim ſeſe ab aperto latere: ꝓcurrentibus ſingulis arbitrabantur. ipſi autē ſuos ordines ſeruare neq; ab ſignis diſcedere neq; ſine graui cauſa eum locum:quem ceperant: dimitti cenſuerant oportere. Cæſar pœne omni acie perterrita:quod præter opinionē conſuetudinēq; acciderat:cobortatus ſuos legionē nonam ſubſidio ducit. boſtē inſolentem:atq; acriter noſtros inſequentē:ſupprimit. rurſus terga uertere:ſeq; ad oppidum Ilerdam recipere:& ſub muro cōſiſtere cogit. ſed nonæ legionis milites elati ſtudio dum ſarcire acceptum detrimentū uolunt:temere inſequunt̃ fugientes.& in locum iniquū ꝓgrediūtur. & ſub montem:in quo erat oppidum poſitum Ilerda ſuccedunt. binc ſe recipere cum uellēt:rurſus illi ex loco ſuperiore noſtros præmebāt. præruptus locus erat utraq; ex parte directus: ac tantum in latitudinē patebat:ut tres inſtructæ cobortes eum locum explerent.& neq; ſubſidia a lateribus ſūmitti:neq; equites laborantibus uſui eſſe poſſent. Ab oppido aūt æditus locus tenui faſtigio uergebat:in lōgitudinē paſſuū circiter quadringētoꝝ. bac noſtris erat receptus:quod eo incitati ſtudio inconſultius proceſſerant. Hoc pugnabatur loco & propter anguſtias

iniquo.& quod ſub ipſis radicibus montis cōſtiterant:ut nullū fruſtra tælum in eos mitteretur.tamē uirtute & patientia nitebantur.atq; oīa uulnera ſuſtinebant.Augebantur illis copiæ: atq; ex caſtris cohortes p oppidū crebro ſūmittebantur:ut integri defeſſis ſuccederent. Hoc idē Cæſar facere cogebatur:ut ſūmiſſis in eūdem locum ſuis cohortibus: defeſſos reciperet.Hoc loco cum eſſet modo pugnatū cōtinenter horis quinq;:noſtriq; grauius a multitudine præmerent̃:conſumptis oībus tælis:gladiis diſtrictis:aduerſus mōtem impetum faciūt in cohortes. paucisq; deiectis:reliquos ſeſe cōuertere cogunt.Sūmotis ſub murum cohortibus:ac non nulla parte propter terrorem in oppidū compulſis: facilis eſt noſtris receptus datus.Eqtatus autē noſter ab utroq; latere: & ſi deiectis atq; inferioribus locis cōſtiterat: tamen in ſūmum iugū uirtute cōnititur: atq; inter duas acies perequitans cōmodiorem atq; tutiorem noſtris receptū dat.Ita uario certamine pugnatū eſt. Noſtri in primo cōgreſſu circiter ſeptuaginta ceciderūt:ex quibus.Q.Fulgine us ex primo haſtato legionis quartædecimæ:qui propter eximiā uirtu tem ex inferioribus ordinibus in eum locum peruenerat. uulnerantur amplius ſexcenti.Ex Afranianis interficiunt̃.T.Cecilius primipili Cen turio:& præter eum centuriones quattuor.milites amplius ducēti.ſed hæc eius diei præfertur opinio:ut ſe utrinq; ſuperiores diſceſſiſſe exiſti marent. Afraniani quod cum eſſe omniū iudicio inferiores uiderent̃: cominus tamen diu ſtetiſſent:& noſtroꝝ diu impetum ſuſtinuiſſent. & initio locum tumulūq; tenuiſſent.quæ cauſa pugnādi fuerat. & no ſtros primo cōgreſſu terga uertere coegiſſent.noſtri autē quod iniquo loco atq; impari cōgreſſi eſſent.quod qnq; horis præliū ſuſtinuiſſent. quod montem gladiis diſtrictis aſcēdiſſent. quod ex loco ſuperiore ho ſtes terga uertere coegiſſent:atq; in oppidum cōpuliſſent. illi eum tu mulum pro quo pugnatū eſt:magnis operibus munierunt:& præſidiū ibi poſuerūt.Accidit etiam repentinū incōmodum biduo: quo hæc ge ſta ſunt.tāta enim tēpeſtas cooritur:ut nunq̃ illis locis maiores aquas fuiſſe conſtaret.tum autem ex oībus montibus nix proluit: ac ſūmas ripas fluminis ſuperauit ponteſq; ambos:quos.G.Fabius fecerat:uno die interrupit.quæ res magnas difficultates exercitui Cæſaris attulit. Caſtra enim:ut ſupra demonſtratū eſt: cum eſſent inter flumina duo Sicorim & Cingam ſpatio millium triginta:neutrum hoꝝ tranſiri po terat.neceſſarioq; oēs his anguſtiis cōtinebant̃.neq; ciuitates: quæ ad Cæſaris amiciciam acceſſerant:frumentū ſupportare.neq; ii: qui pabu latū longius ꝓgreſſi erant:interclusi fluminibus reuerti.neq; maximi comitatus:qui ex Italia Galliaq; ueniebant:in caſtra ꝑuenire poterāt. tempus erat difficillimum:quo neq; frumenta in hybernis erant.neq; multum a maturitate aberant. ac ciuitates exinanitæ: quod Afranius

pœne omne frumentū ante Cæſaris aduentū Ilerdam cōuexerat:reliq: ſiquid fuerat:Cæſar ſuperioribus diebus conſumpſerat.pecora : quod ſecundū poterat eſſe inopiæ ſubſidium: propter bellum finitimæ ciui tates longius remouerant.qui erant pabulandi aut frumentandi cauſa progreſſi:bos læuis armaturæ Luſitani:peritiq; eaꝝ regionū cetrati:ci terioris Hiſpaniæ conſectabant̃. quibus erat prodiue tranare flumen: quo conſuetudo eoꝝ oīum eſt:ut ſine utris ad exercitum non eant.At exercitus Afranii oīum reꝝ abundabat copia. multum erat frumentū prouiſum:& conuectum ſuperioribus temporibus . multum ex omni prouincia cōportabatur.magna copia pabuli ſuppetebat.haꝝ reꝝ oīum facultates ſine ullo ꝑiculo pons Ilerdæ præbebat.& loca tranſ flumen integra:quo omnino Cæſar adire non poterat. Eæ ꝑmanſerunt aquæ dies quāplures.Conatus eſt Cæſar reficere pontes:ſed nec magnitudo fluminis ꝑmittebat:neq; ad ripam diſpoſitæ cobortes aduerſariorum perfici patiebantur.quod illis ꝓhibere erat facile.tum ipſius fluminis natura:atq; aquæ magnitudine.tum quod ex totis ripis in unum atq; anguſtum locum tæla iaciebantur . atq; erat difficile eodem tempore rapidiſſimo flumine opera perficere:& tæla uitare. nunciatur Afranio magnos comitatus:qui iter babebant ad Cæſarem : ad flumen conſti tiſſe. Venerant eo ſagittarii ex Rutenis : equites ex Gallia cum multis carris:magniſq; impedimentis ut fert Gallica conſuetudo . Erant præ terea cuiuſq; generis boīum millia circiter ſex cū ſeruis liberiſq; . Sed nullus ordo:nullum imperium certum: cum ſuo quiſq; conſilio utere tur:atq; omnes ſine timore iter facerent:uſi ſuperiore tempoꝝ:atq; iti nerum licentia.Erant complures boneſti adoleſcentes ſenatoꝝ filii: & equeſtris ordinis.Erant legationes ciuitatū. erant legati Cæſaris . bos omnes flumina continebant.ad bos opprimēdos cum omni equitatu: tribuſq; legionibus Afranius diu noctuq; ꝓficiſcitur. Imprudenteſq; antemiſſis equitibus aggreditur.celeriter tamē ſeſe galli equites expe diunt.prælium q; cōmittunt . Hi dum pari certamine res geri potuit: magnū boſtium numerū pauci ſuſtinere.ſed ubi ſigna legionū appro pinquare cœperunt:paucis amiſſis:ſeſe in montes proximos conferūt. Hoc pugnæ tempus magnū attulit noſtris ad ſalutem momentū. na cti enim ſpatium ſe in loca ſuperiora receperūt.Deſyderati ſunt eo die ſagittarii circiter ducenti.equites pauci:calonū atq; impedimentoꝝ nō magnus numerus . bis tamen oībus annona creuit. quæ fere res non ſolum inopiam præſentis: ſed etiā futuri tēporis timore ingraueſcere conſueuit.Iamq; ad quadraginta in ſingulos modios annona peruene rat:& militū uires inopia frumenti diminuerat. atq; incōmoda indies augebantur:& tam paucis diebus magna erat facta rerum cōmutatio. ac ſe fortuna inclinauerat : ut noſtri magna inopia neceſſariaꝝ rerum

conflictarentur:illi oibus abundarent rebus:ſuperioreſq; haberentur. Cæſar ciuitatibus:quæ ad eius amiciciam acceſſerant:quo minor erat frumenti copia:pecus imperabat. calones ad lōginquiores ciuitates di mittebat. Ipſe præſentem inopiam:quibus poterat ſubſidiis:tutabatᷣ. Hæc Afranius Petreiuſq; & eorum amici pleniora etiam atq; uberiora Romam ad ſuos pſcribebant. multa rumor fingebat:ut pœne bellum confectum uideretur. Quibus litteris nunciiſq; Romam perlatis: ma gni demum cōcurſus ad Afraniū magnæ gratulationes fiebant. Multi ex Italia ad. Gn. Pompeiū ꝓficiſcebantᷣ. Alii ut principes talem nūciū attuliſſe:alii ne euentū belli expectaſſe. aut ex oibus nouiſſimi ueniſſe uiderentur. Cum in his anguſtiis res eſſet: atq; oēs uiæ ab Afranianis militibus equitibuſq; obſiderentᷣ:nec pontes perfici poſſent: imperat militibus Cæſar:ut naues faciāt. cuius generis eum ſupioribus annis uſus Britaniæ docuerat. Carinæ primum ſtramine & læui materia fie bant. reliquū corpus nauium uiminibus contextū coriis integebatur. Has perfectas carris iunctis deuehit noctu millia paſſuū a caſtris. xxii. militeſq; his nauibus flumen tranſportat continentemq; ripæ collem improuiſo occupat. Hunc celeriter priusq̄ ab aduerſariis ſentiatur: cō munit. huc legionem poſtea traiecit. atq; ex utraq; parte pontem inſti tutum biduo perfecit. Ita cō meatus:& qui frumenti cauſa ꝓceſſerant: tuto ad ſe recipit:& rem frumentariā expedire incipit. Eodem die eqtū magnam partem flumen traiecit. qui inopinantes pabulatores: & ſine ullo diſſipatos timore agreſſi:q̄magnum numerum iumētoꝝ atq; ho minum intercipiunt. cohortibuſq; centuriatis ſubſidio miſſis:ſcienter in duas partes ſeſe diſtribuūt. alii ut prædæ præſidio ſint:alii ut uenié tibus reſiſtāt. atq; eos propellant. unamq; cohortem: quæ temere ante cæteras extra aciem ꝓcurrerat:ſecluſam a reliquis circūueniūt. atq; in terficiūt. incolumeſq; cum magna præda eodem ponte in caſtra reuer tuntur. Dum hæc ad Ilerdam geruntur: Maſſilienſes uſi. L. Domitii cō ſilio:naues longas expediūt numero decēſeptem:quaꝝ erant undecim tectæ: multa his minora nauigia addunt: ut ipſa multitudine noſtra claſſis terreatur:magnum numerū ſagittarioꝝ. magnum albicorū: de quibus ſupra demonſtratū eſt:imponunt:atq; hos præmiis:pollicitati onibuſq; incitant. certas ſibi depoſcit Domitius naues:atq; colonis pa ſtoribuſq;:quos ſecum adduxit:cōplet. Sic oībus rebus inſtructa claſſe: magna fiducia ad noſtras naues ꝓcedunt:quibus præerat. G. Brutus. Hæ ad Inſulam:quæ eſt contra Maſſiliam: ſtationes obtinebant. erat multo inferior numero nauium Brutus. ſed delectos ex oibus legioni bus fortiſſimos uiros:anteſignanos cēturiones Cæſar ei claſſi attribue rat. qui ſibi id muneris depoſcerant:ii manus ferreas atq; harpagones parauerant. magno numero piloꝝ tragularum reliquoꝝq; tælorum ſe

inſtruxerant.Ita cognito hoſtiū aduentu:ſuas naues ex portu educūt. cum maſſilienſibus confligunt.pugnatū utrinq; eſt fortiſſime & acerrime.neq; multum albici noſtris uirtute cædebāt.Hoīes aſperi:& mōtani exercitati in armis : atq; ii modo digreſſi a maſſilienſibus recenté eorūdem pollicitationē animis continebant. paſtoreſq; indomiti ſpe libertatis excitati ſub oculis Domitii ſuam probare operam ſtudebant. Ipſi maſſilienſes & celeritate nauiū & ſcientia gubernatoꝝ confiſi: noſtros eludebant.impetuſq; eoꝝ excipiebant.& quoad licebat latiore ſpatio: producta longius acie:circūuenire noſtros : aut pluribus nauibus adoriri ſigulas:aut remos tranſcurrentes detergere: ſi poſſent cōtendebant.cum propius erat neceſſario uentum:ab ſciētia gubernatoꝝ:atq; artificis ad uirtutem montanoꝝ confugiebant. qui minus exercitatis remigibus:minuſq; peritis gubernatoribus utebantur.qui repente ex honerariis nauibus erant producti.neq; dū etiam uocabulis armamentorum cognitis noſtri:tum etiam grauitate & tarditate nauium impediebantur. factæ enim ſubito ex humida materia: non eundem uſum celeritatis habuerant.Itaq; dū locus cōmunis pugnandi daretur:æquo animo ſingulas binis nauibus obiiciebant.atq; iniecta manu ferrea:& retenta utraq; naue:diuerſi pugnabant:atq; in hoſtium naues trāſcendebant.& magno numero albicoꝝ & paſtoꝝ interfecto:parté nautum deprimunt.non nullas cum hoībus capiunt. reliquas in portum compellunt.Eo die naues maſſilienſiū cum his:quæ ſunt captæ:intereunt.

viiii.Hoc primum Cæſari ad Ilerdā nunciatur.ſimul ꝑfecto ponte celeriter fortuna mutatur.Illi ꝑterriti uirtute equitū:minus libere:minus audacter uagabantur.Alii non longo a caſtris progreſſi ſpatio: ut celerem receptum haberent: anguſtius pabulantur. alii longiore circuitu cuſtodias ſtationeſq; equitum uitabant:aut aliquo recepto detrimēto: aut procul equitatu uiſo ex medio itinere proiectis ſarcinis fugiebant. poſtremo & plures intermittere dies : & præter cōſuetudinē oīum noctu cōſtituerant etiam pabulari.Interim oſcenſes & calaguritani : qui erant cum oſcenſibus cōtributi:mittunt ad eum legatos: ſeſeq; imperata facturos pollicent̃.hos taraconenſes & iacetani & auſetani:& paucis poſt diebus Illurgauonenſes:qui flumen hiberum attingunt: inſequuntur.Petit ab his oībus ut ſe frumento iuuent.pollicentur.atq; oībus undiq; conquiſitis iumentis:in caſtra deportant.Tranſit etiam cohors lurganonenſis ad eum.Cognito ciuitatis conſilio: & ſigna ex ſtatione tranſfert.magna celeriter cōmutatio rerum perfecto ponte : magnis quiſq; ciuitatibus ad amiciciam iunctis:expedita re frumentaria extinctis rumoribus de auxiliis legionū quæ cum Pompeio per Mauritaniam uenire dicebant̃. multæ longinquiores ciuitates ab Afranio deſciſcunt:& Cæſaris amiciciam ſequuntur. Quibus rebus perterritis

animis aduerſarioꝝ:Cæſar: ne ſemper magno circuitu per pontē equitatus eſſet mittendus: nactus idoneum locum foſſas pedum triginta in latitudinē cōplures facere inſtituit.quibus parte aliqua ſicorim auerteret.uadumq; in eo flumine efficeret.His pœne effectis:magnum in timorē Afranius Petreiuſq; ꝑueniunt:ne omnino frumento pabuloq; intercluderentur.quod multum Cæſar equitatu ualebat.Itaq; conſtituunt ipſis locis excedere:& in Celtiberiam bellum tranſferre. Huic conſilio ſuffragabat̃ etiam illa res:quod ex duobus contrariis generibus: quæ ſuperiore bello cum.L.Sertorio ſteterant: ciuitates iunctæ nomē atq; imperium abſentis timebant.quæq; in amicicia manſerant.Pompeii magnis affectæ beneficiis eum diligebant.Cæſaris autē in barbaris erat nomen obſcurius.Hinc magnos equitatus:magnaq; auxilia expectabant:& ſuis in locis bellum in hyemem ducere cogitabant. Hoc inito conſilio toto flumine Ibero naues cōquirere:& octogeſam adduci iubent. Id erat oppidum poſitum ad Iberum millia quinq; paſſuū. a caſtris aberat.xxi.ad eum locum fluminis nauibus iunctis : pontem imperant fieri.legioneſq; duas flumen Sicorim traducūt. caſtraq; muniunt uallo pedum duodecim.Qua re per exploratores cognita: ſūmo labore militum Cæſar:continuato diem noctēq; opere in flumine auertēdo:huc iam duxerat rem:ut equites &ſi difficulter:atq; ægre fiebat : poſſent tamen atq; auderent flumen tranſire. Pedites uero tantūmō humeris ac ſūmo pectore extarent:ut tum altitudine aquæ : tum etiā rapiditate fluminis ad tranſeundū non impedirent̃.Sed tamen eodem fere tempore pons in Ibero prope effectus nunciabatur.& in Sicori uadum reperiebatur.Iam uero eo magis illi maturādū iter exiſtimabāt. Itaq; duabus auxiliaribus cohortibus Ilerdam præſidio relictis : oīb⁹ copiis Sicorim tranſeūt.& cum duabus legionibus:quas ſuperioribus diebus traduxerāt:caſtra coniungūt.Relinquebat̃ Cæſari nihil:niſi uti equitatu agmen aduerſarioꝝ male haberet:& caperet.pons enim ipſi⁹ magnum circuitū hēbat.ut multo breuiore itinere: illi ad Iberum peruenire poſſent.Equites ab eo miſſi flumen tranſeunt.& cum de tertia uigilia Petreius & Afranius caſtra mouiſſēt: repēte ſeſe ad nouiſſimū agmen oſtendūt:& magna multitudine circūfuſa morari atq; iter impedire incipiunt.Prima luce ex ſuperioribus locis:quæ Cæſaris caſtris erant coniuncta:cernebantur equitatus noſtri prælio nouiſſimos illoꝝ præmii uæhementer:ac nōnunq̄ ſuſtinere extremum agmen:atq; iter rūpi:alias inferri ſigna:& uniuerſaꝝ cohortiū impetu noſtros propelli. deinde rurſus conuerſos inſequi totis uero caſtris milites conturbari: & dolere hoſtem ex manibus dimitti.bellum neceſſario longius duci. centuriones tribunoſq; militum adire:atq; obſecrare:ut per eos Cæſar certior fieret:ne labori ſuo:neu ꝑiculo parceret. paratos eſſe ſeſe poſſe:

& audere tranſire flumen:quo traductus eſſet equitatus: quoꝝ ſtudio & uocibus excitatus Cæſar: &ſi timebat tantæ magnitudinis flumini exercitum obiicere:conandum tamen atq; experiendū iudicat. Itaq; in firmiores milites ex oībus cēturiis deligi iubet.quoꝝ aut animus:aut uires uidebantur ſuſtinere non poſſe. hos cum legione una præſidio caſtris reliquit. reliquas legiones expeditas educit. magnoq; numero iumentoꝝ in flumine ſupra atq; infra conſtituto traducit exercitum: pauci ex his militibus in flumine abrepti:ab equitatu excipiuntur: ac ſubleuantur.interiit tamen nemo. Traducto incolumi exercitu copias inſtruit.triplicemq; aciem ducere incipit. ac tantum fuit in militibus ſtudium:ut millium ſex ad iter addito ad uadū circuitu: magnaq; fluminis mora interpoſita eos:qui de tertia uigilia exiſſent: ante horam diei nonam cōſequerent̃. Quos ubi Afranius procul uiſos cū Petreio cōſpexit:noua re ꝑterrit⁹:locis ſuꝑiorib⁹ conſtitit: aciēq; īſtruit. Cæſar in cāpis exercitū refecit:ne defeſſū prælio obiiciat. Rurſus conātes progredi inſequitur:& moratur. Illi neceſſario maturius quā cōſtituerant: caſtra ponunt. Suberant enim montes: atq; a millibus paſſuum qnq; itinera difficilia:atq; anguſta excipiebant. hos montes intra ſe recipiebant:ut equitatū Cæſaris effugerēt:præſidiiſq; in anguſtiis collocatis exercitum itinere ꝓhiberent.ipſi ſine ꝑiculo ac timore Iberum copias traducerent.quod fuit illis conandū:atq; omni ratione efficiendum. & totius diei pugna atq; itineris labore defeſſi:rem in poſterum diem diſtulerūt. Cæſar quoq; in ꝓximo colle caſtra ponit.media circiter nocte ii:qui ad aquandi cauſa longius a caſtris ꝓceſſerant: ab equitibus correpti. Fit ab his certior Cæſar duces aduerſarioꝝ ſilentio copias caſtris educere:quo cognito:ſignū dari iubet:& uaſa militari more cōclamari. Illi exaudito clamore:ueriti ne noctu impediti: ſub honere confligere cogerentur:aut ne ab equitatu Cæſaris in anguſtiis tenerētur:iter ſupprimunt.copiaſq; in caſtris continent. Poſtremo die Petreius cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca ꝓficiſcitur. Hoc idem fit ex caſtris Cæſaris. Mittitur. L. Decidius Saxo cum paucis:qui loci naturam perſpiciant. uterq; idem ſuis renunciat quinq; millia paſſuum ꝓxima intercedere itineris campeſtris:inde excipere loca aſpera:& montuoſa. qui prior has anguſtias occupauerit:ob hoc hoſtem ꝓhiberi nihil eſſe negotii. Diſputatur in conſilio a Petreio & ab Afranio: & tempus profectionis quæritur.plæriq; cenſebant:ut noctu iter facerent:poſſe pri⁹ ad anguſtias perueniri:quā ſentirētur:alii quod pridie noctu conclamatum eſſet a caſtris Cæſaris: argumentū ſumebat loco non poſſe clam exiri. Circūfundi noctu equitatū Cæſaris: atq; omnia loca atq; itinera obſideri.nocturnaq; prælia eſſe uitāda: quod perterrit⁹ miles in ciuili diſſenſione timori magis quā religioni conſulere conſueuit. At lucem

multum per ſe pudorem oīum oculis:multū etiam tribunoꝝ militū: centurionumq; præſentiam afferre.quibus rebus coerceri milites:& in officio contineri ſoleant. Quare omni ratione eſſe interdiu ꝑrumpendum.& ſi aliquo accepto detriméto:tamen ſūma exercitus ſalua locū: quem petant:capi poſſe.Hæc uicit in conſilio ſententia. & prima luce poſtridie cōſtituunt ꝓficiſci.Cæſar exploratis regionibus:albente celo omnis copias caſtris educit.magnoq; circuitu: nullo certo itinere exercitum educit. Nanq; itinera: quæ ad Iberum atq; octogeſam pertinebant:caſtris hoſtium oppoſitis tenebantur ipſa erant tranſcendenda. ualles maximæ & difficillima ſaxa multis locis prærupta iter impediebant.ut arma per manus neceſſario traderent̃.militeſq; inermes:ſubleuatiq; alii ab aliis magnā partem itineris conficerent.Sed hunc laboré recuſabat nemo:quod eum oīum laborum finem fore exiſtimabant:ſi hoſtem Ibero intercludere:& frumentū ꝓhibere potuiſſent. ac primo Afranii milites uiſendi cauſa loci ex caſtris ꝓcurrebāt:cōtumelioſiſq; uocibus ꝓſequebant̃ hos neceſſarii uictus inopia coactos fugere:atq; ad Ilerdam reuerti.Erat enim iter a propoſito diuerſum. contrariamq; in partem iniri uidebatur.duces uero eoꝝ ſuum conſiliū laudibus ferebant:quod ſe caſtris renuiſſent. multumq; eorū opinioné adiuuabat: quod ſine iumentis impedimentiſq; ad iter profectos uidebant ut nō poſſe diutius inopiā ſuſtinere: cōſiderent.Sed ubi paulatim retorquere agmen ad dexteram cōſpexerunt: iamq; primos ſuperare regionem caſtroꝝ aīaduerterunt.nemo erat adeo tardus:aut fugiens laboris: quin ſtatim caſtris exeūdum atq; occurrendū putaret.Conclamat̃ ad arma: atq; omnes copiæ paucis præſidio relictis cohortibus exeunt. rectoq; ad Iberum itinere cōtendūt.erat in celeritate omne poſitum certamé. utri prius anguſtias monteſq; occuparent. ſed exercitū Cæſaris uiarū difficultates tardabant.Afranii copias eqtatus Cæſaris inſequés morabat̃.Res tam é ab Afranianis huc erat neceſſario deducta:ut ſi priores montes:quos petebant:attigiſſent:ipſi periculū uitarent. Impediméta totius exercitus: cohorteſq; in caſtris relictas:ſeruare non poſſent.qbꝰ intercluſis exercitu Cæſaris auxilium ferri nulla ratione poterat.Confecit prior iter Cæſar:atq; ex magnis rupibus nactus planiciem:in hanc contra hoſtem aciem inſtruxit. Afranius cum ab equitatu nouiſſimū agmen præmeretur:& ante ſe hoſtem uideret:collem quédam nactus: ibi conſtitit.Ex eo loco quattuor cetratoꝝ cohortes in mōtem:qui erat in conſpectu oīum mittit. Hunc magno curſu concitatos iubet occupare.eo conſilio uti ipſe eodem oībus copiis contenderet.& mutato itinere: iugis octogeſam perueniret.hunc cum obliquo itinere cetrati peterent:conſpicatus equitatus Cæſaris:in cohortes impetum fecit. nec minimam partem temporis equitum uim cetrati ſuſtinere potuerūt.

omneſq; ab eis circũuenti:in conſpectu utriuſq; exercitus interficiũt. eratq; occaſio benegerendæ rei.neq; uero id Cæſarem fugiebat: tanto ſub oculis accepto detrimento : pterritum exercitũ ſuſtinere nõ poſſe: præſertim circundatum ubiq; equitatu cum in loco æquo atq; aperto confligeretur.Concurrebant legati:centuriones:tribuniq; militum:ne dubitaret prælium cõmittere: oĩum eſſe militũ paratiſſimos animos. Afranianos contra multis rebus ſui timoris ſigna miſiſſe : quod ſuis non ſubueniſſent:quod de colle non decederent: quod uix equitum in curſus ſuſtinerent.collatiſq; in unum locum ſignis conferti:neq; ordi nes:neq; ſigna ſeruarent.quod ſi iniquitaté loci timeret: datũ iri tamé aliquo loco pugnandi facultaté : quod certe inde decedendũ eſſet Afra nio:nec ſine aqua pmanere poſſet.Cæſar in eam ſpem uenerat ſe ſine pugna:& ſine uulnere ſuoꝝ rem conficere poſſe. quod re frumentaria aduerſarios intercluſiſſet.cur etiã ſecundo prælio aliquos ex ſuis amit teret?cur uulnerari pateretur optime meritos de ſe milites?cur deniq; fortunam piclitaretur:præſertim cum non minus eſſet imperatoris cõ ſilio ſuperare quã gladio.mouebatur etiam miſericordia ciuium:quos interficiendos uidebat . quibus ſaluis atq; incolumibus rem obtinere malebat.Hoc cõſilium Cæſaris a plæriſq; non ꝓbabatur.Milites uero palam inter ſe loquebantur:quoniã talis occaſio uictoriæ dimitteret : etiam cum uellet Cæſar ſeſe non eſſe pugnaturos.Ille in ſua ſententia perſeuerat.& paulum ex eo loco digreditur:ut timorem aduerſariis mi nuat Petreius atq; Afranius:oblata facultate:in caſtris ſeſe referũt.Cæ ſar:præſidiis montibus diſpoſitis:oĩa ad Iberum intercludit itinera: q̃ proxime poteſt boſtiũ caſtris caſtra cõmunit. Poſtero die duces aduer ſariorum pturbati:quod omné rei frumentariæ fluminiſq; Iberi ſpem dimiſerant:de reliquis rebus conſultabant.Erat unum iter Ilerdam: ſi reuerti uellent.alterum ſi terraconé peterent.Hæc conſultantibus eis: nunciatur aquatores ab eqtatu præmi noſtro.Qua re cognita crebras ſtationes diſponunt equitum.& cobortium aliarum:legionariaſq; iter mittunt cobortes: uallumq; ex caſtris ad aquam ducere incipiunt. ut intra munitioné ſine timore:& ſine ſtationib9 aquari poſſent.Id opus inter ſe Petreius atq; Afranius partiũtur ipſiq; pficiendi operis cauſa longius ꝓgrediũtur. Quoꝝ diſceſſu liberam nacti milites colloquioꝝ facultaté uulgo procedunt.& quem quiſq; in caſtris notum aut muni cipem babebat:conquirit.atq; uocat.Primum igitur agunt gratias oés omnibus:quod ſibi pterritus pridie peperciſſent eoꝝ ſe beneficio uiue re.Deinde imperatoris fidem quærunt:recte ne ſe illi ſint cõmiſſuri? & quod non ab initio fecerint:armaq; cum boíbus neceſſariis & cõſan guineis contulerint:conqueruntur. His prouocati ſermonibus fidem ab impatore de Petreii & Afranii uita petũt:ne in ſe ſcelus cõcepiſſe :

neu ſuos ꝓdidiſſe uideatur. Quibus cõfirmati rebus ſe ſtatim ſigna tranſlaturos confirmãt Legatoſq; de pace primoꝝ ordinũ centuriones ad Cæſarem mittunt. interim alii ſuos in caſtra inuitandi cauſa addu cunt. alii ab ſuis adducuntur adeo: ut ima caſtra iam facta ex binis ui derentur. Compluresq; tribuni militum: & cẽturiones ad Cæſarem ue niunt: ſeq; ei cõmendant: Hoc idem fit a principibus Hiſpaniæ: quos illi euocauerant. & ſecum in caſtris habebant obſidum loco ii ſuos no tos hoſpiteſq; quærebãt: per quem quiſq; eoꝝ aditum cõmendationis haberent ad Cæſarem: Afranii etiam filius adoleſcens de ſua & paren tis ſui ſalute per Sulpicium legatum agebat. erant plena lætitia & gra tulatione omnia eoꝝ: qui tanta pericula uitaſſent: & eoꝝ: qui ſine uul nere tantas res confeciſſe uidebantur. magnũq; fructum ſuæ priſtinæ lenitatis oĩum iudicio Cæſar ferebat. conſiliumq; eius a cunctis proba batur. Quibus rebus nũciatis Afranio ab inſtituto opere diſcedit. ſeq; in caſtra recipit. ſic paratus ut uidebatur ut qcũq; accidiſſet caſus: hũc quieto & æquo animo ferret. Petreius uero nõ deſerit ſeſe. armat fami liam. cum hac & prætoria coborte cetratoꝝ: barbariſq; eqtibus paucis: beneficiariis ſuis: quos ſuæ cuſtodiæ cauſa habere conſuerat: ĩprouiſo ad uallum aduolat. colloquia militum interrumpit. noſtros repellit ab caſtris. quos deprehendit: interficit. reliqui coeunt inter ſe: & repẽtino periculo exterriti: ſiniſtras ſagis inuoluũt. gladioſq; diſtringũt. atq; ita ſe a cetratis equitibus defendunt. caſtroꝝ ꝓpinquitate confiſi: ſeq; in caſtra recipiunt. & ab his cohortibus: quæ erant in ſtatione ad portas defendunt. Quibus rebus cõfectis: flæns Petreius manipulos circuit: militeſq; appellat: neu ſe: neu Pompeium abſentem imperatorẽ ſuum aduerſario ad ſupplicium tradant: obſecrat. Fit celeriter concurſus in prætorium. poſtulat: ut iurent omnes ſe exercitum duceſq; non deſer turos: neq; ꝓdituros: neq; ſibi ſeparatim a reliquis cõſilium capturos. Princeps in hæc uerba iurat ipſe: idem iuſiurandũ adigit Afraniũ: ſub ſequuntur tribuni militum centurioneſq; centuriatim producti mili tes idem iurant. edicũt pœnes quem quiſq; ſit miles Cæſaris: ut ꝓdu cant: ꝓductoſq; palam in prætorio interficiãt. ſed plæriq;: quos cepãt: celant. noctuq; per uallum emittunt. Sic terrore oblato a ducibus: cru delitas in ſupplicio. noua religio iuſiurandi ſpem præſentis deditionis ſuſtulit. menteſq; militum conuertit. & rem ad priſtinã rationẽ belli redegit. Cæſar milites aduerſarioꝝ: qui in caſtra per tempus colloquii uenerant. ſũma diligentia conquiri: & remitti iubet. Sed ex numero tri bunoꝝ militum: centurionũq; non nulli ſua uolũtate apud eum remã ſerunt. quos ille poſtea magno in honore habuit. Centuriones amplio riſq; ordinis eqtes romanos in tribunitiũ reſtituit honorẽ. Premeban tur Afraniani pabulatione: aquabantur ægre. frumẽti copiã legionarii

non nulli habebant. quod dierꝝ uigintiduorꝝ ab Ilerda frumentũ iuſſi erãt efferre. Cetrati auxiliareſq; nullam: quorꝝ erant facultates ad parandum exiguæ: & corpora inſueta ad honera portãda. itaq; magnus eorũ quottidie numerus ad Cæſarem perfugiebat. In his erat anguſtiis res: ſed propoſitis conſiliis duobus explicitius uidebatᷣ ad Ilerdam reuerti: quod ibi paulum frumenti reliquerãt. ibi ſe reliquum conſilium expleturos confidebant. Tarraco aberat longius. quo ſpatio plures rẽ poſſe caſus recipere intelligebant. Hoc probato conſilio: ex caſtris ꝓficiſcuntur. Cæſar eqtatu præmiſſo: qui nouiſſimũ agmẽ caperet: atq; ĩpediret: ipſe cum legionibus ſubſequitur. nullum intercedebat tempus: quin extremi cum equitibus præliarentur: Genus erat hoc pugnæ expeditæ cohortes: nouiſſimũ agmen claudebant. pluresq; in locis campeſtribus ſuſtinebant. ſi mons erat aſcendendus: facile ipſa loci natura periculũ repellebant: quod ex locis ſuperioribus qui anteceſſerãt: ſuos aſcendentes ꝓtegebãt. cũ uallis aut locus decliuis ſuberat: neq; ii qui anteceſſerant: morantibus opem ferre poterant. equites uero ex loco ſuperiore in aduerſarios tæla coniiciebant: tum magno erat in periculo res: tum inquirebãt: ut cum eiuſmodi eſſet locis appropĩquatum: legionũ ſigna cõſiſtere iuberent. magnoq; impetu equitatũ repellerẽt. Eo ſũmoto: repente incitati curſu: ſeſe in ualles uniuerſi dimitterẽt. atq; ita trãſgreſſi: rurſus in locis ſuperioribus conſiſterent. nam tantũ ab equitũ ſuorꝝ auxiliis aberant: quorꝝ numerꝝ habebant magnum: ut eos ſuperiorib⁊ perterritos præliis: in mediũ reciperent agmen. ultroq; eos tuerentur. quorꝝ nulli ex itinere excedere licebat: quin ab equitatu Cæſaris exciperetur. tali dum pugnatur modo: lẽte ac paulatim ꝓceditur. crebroq; ut ſint auxilio ſuis: ſubſiſtunt. ut cum accidit. millia enim progreſſi quattuor uæhementiuſq; peragitati ab equitatu: montẽ excelſum capiunt. ibiq; una fronte contra hoſtem caſtra muniũt. neq; iumentis honera deponũt. Vbi Cæſaris caſtra poſita: tabernaculaq; cõſtituta: & dimiſſos equites pabulandi cauſa aĩaduertunt: ſeſe ſubito proripiunt. hora circiter ſexta eiuſdem diei: & ſpem nacti more diſceſſu noſtrorꝝ equitum: iter facere incipiunt. Qua re aĩaduerſa Cæſar: relictis legionibus ſubſequitur: præſidio impedimentis paucas cohortes relinquit. hora decima ſubſequi pabulatores: equiteſq; reuocari iubet. celeriter equitatus ad quottidianũ itineris officium reuertitur. pugnatᷣ acriter ad nouiſſimũ agmẽ adeo: ut pœne terga cõuertant. cõpluresq; milites: etiam nõ nulli centuriones interficiuntᷣ. Inſtabat agmen Cæſaris: atq; uniuerſum imminebat. Tum uero neq; ad explorandũ idoneum locum caſtris: neq; ad ꝓgrediendũ data facultate cõſiſtunt neceſſario & procul ab aqua: & natura iniquo loco caſtra ponũt. Sed hiſdẽ de cauſis Cæſar: quæ ſupra mõſtratæ ſunt: prælio amplius nõ laceſſit. & eo die tabernacula ſtatui

paſſus non eſt.quo paratiores eſſent ad inſequendũ omnes:ſiue noctu
ſiue interdiu erũperẽt. Illi aĩaduerſo uitio caſtroꝝ:tota nocte munitio
nes proferũt.caſtraq; caſtris conuertunt.hoc idem poſtero die a prima
luce faciunt.totumq; in ea re diem conſumunt. ſed quantũ opere pro
ceſſerant:& caſtra protulerant:tanto aberant ab aqua lõgius & præſen
ti malo aliis malis remedia dabant̃.Prima nocte aquandi cauſa nemo
egreditur caſtris.Proximo die præſidio in caſtris relicto: uniuerſas ad
aquam copias educunt.pabulatum emittitur nemo. His eos ſupplices
malis.Cæſar neceſſariã ſubire deditionẽ quã prælio decertare malebat.
conatur tamen eos uallo: foſſaq; circũmunire ut q̃maxime repentinas
eoꝝ eruptiones demoretur:quo neceſſario deſcenſuros exiſtimabat.illi
& inopia pabuli adducti:& quo eſſent ad id expeditiores:oĩa ſarcinaria
iumenta interfici iubent. In his operibus cõſiliiſq; biduum conſumi
tur.tertio die magna iam pars operis Cæſaris ꝓceſſerat. Illi impedien
dæ rei:quæ munitionis cauſa fiebat:hora circiter octaua ſigno dato le
giones ducunt.aciemq; ſub caſtris inſtrunt. Cæſar ab opere legiones
reuocat.equitatum omnẽ conuenire iubet.aciem inſtruit.contra opini
onem enim militum:famamq; oĩum uideri prælio diffugiſſe: magnũ
detrimentũ afferebat.ſed eiſdẽ de cauſis quæ ſunt cognitæ: quominꝰ
dimicare uellet:mouebat̃.atq; hoc etiam magis:quod ſpatii breuitas:
etiam in fugam coniectis aduerſariis: non multum ad ſũmam uicto
riæ iuuare poterat.Non enim amplius pedum millibus duobus ab ca
ſtris caſtra diſtabant.Hinc duas partes acies occupabant. Tertia uaca
bat ad incurſum atq; impetum militum relicta:ſi prælium cõmittere
tur.propinquitas caſtroꝝ celerem ſuperatis ex fuga præceptum dabat.
Hac de cauſa conſtituerat ſigna inferentibus reſiſtere prior prælio nõ
laceſſere. Acies erat Afranii duplex. legio quinta & tertia in ſubſidiis
locum Alariæ cohortis obtinebat. Cæſaris triplex. ſed primam aciem
quaternæ cohortes ex quinta legione tenebant.has ſubſidiariæ ternæ:
& rurſus aliæ totidem:ſuæ cuiuſq; legionis ſubſequebãtur. ſagittarii
funditoreſq; media cõtinebantur acie.equitatus latera cingebat.tali in
ſtructa acie tenere uterq; ꝓpoſitum uidebatur. Cæſar ut niſi coactus
prælium non cõmitteret.ille ut opera Cæſaris impediret.producitur ta
men res:acieſq; ad ſolis occaſum continentur.Inde utrinq; in caſtra di
ſcedunt.Poſtero die munitiones inſtitutas Cæſar parat ꝑficere. illi ua
dum fluminis Sicoris temptare:ſi tranſire poſſent. Qua re aĩaduerſa
Cæſar:germanos læuis armaturæ equitumq; partem flumen traiicit.
Crebraſq; in ripis cuſtodias diſponit tãdem oĩbus rebus obſeſſi: quar
to iam die ſine pabulo retentis iumentis:atq; ligni & frumenti inopia
colloquium petunt.& ſi fieri poſſit:ſemoto a militibus loco. ubi id a
Cæſare negatũ:& palam ſi colloqui uellent:conceſſum eſt.dat̃ obſidis

loco:Cæſari filius Afranii.uenitur in eum locum:quem Cæſar delegit.
Audiente utroq; exercitu loquitur Afranius:non eſſe:aut ipſi: aut mili
tibus ſuccenſendũ quod fidẽ erga imperatorẽ ſuum .Gn. Pompeium
cõſeruare uoluerũt.ſed ſatis iam feciſſe officio ſatiſq; ſupplicii tuliſſe:
perpeſſos oĩum reꝝ inopiam. Nunc uero pœne ut fœminas circũuen
tos prohiberi aqua:prohiberi ingreſſu. neq; corpore dolerem: neq; aĩo
ignominiam ferre poſſe.itaq; ſe uictos confiteri.orare:atq; obſecrare :
ſiquis locus miſericordiæ relinquatur: ne ad ultimũ ſuppliciũ ꝓgredi
neceſſe habeat.Hæc q̃poteſt dimittiſſime atq; ſubiectiſſime exponit .
Ad ea Cæſar reſpõdit:nulli hoĩum has partes uel querimoniæ:uel mi
ſerationis minus cõueniſſe. reliquos enim omnes ſuum officium præ
ſtitiſſe:qui etiam bona condicione:& loco:& tempore equo confligere
noluerint:ut q̃integerrima eſſent ad pacem oĩa exercitum ſuum : qui
etiam iniuria accepta:ſuiſq; ĩterfectis:quos in ſua poteſtate habuerit:
conſeruarit:& texerit.Illius deniq; exercitus milites: qui per ſe de cõci
lianda pace egerint.Qua in re oĩum ſuoꝝ uitæ conſulendũ putarunt:
ſic oĩum ordinum partes in miſericordiã conſtitiſſe:ipſos duces a pace
abhorruiſſe eos neq; colloquii.neq; indiciaꝝ iura ſeruaſſe: & hoĩes im
peritos:& per colloquium deceptos crudeliſſime interfeciſſe . Accidiſſe
igitur his:quod plærũq; hoĩbus nimia pertinacia atq; arrogantia acci
dere ſoleat:uti eo recurrãt:& id cupidiſſime petant:quod pauloante cõ
tempſerint.neq; nunc ſe illoꝝ humanitate:neq; aliqua temporis oppor
tunitate poſtulare:quibus rebus augeantur opes ſuæ: ſed eos exercitꝰ:
quos cõtra ſe multos iam annos aluerint:uelle dimitti.Neq; enim ſex
legiones alia de cauſa miſſas in Hiſpaniam ſeptimãq; ibi conſcriptã
neq; tot tantaſq; claſſes paratas:neq; ſũmiſſos duces rei militaris peri
tos:nihil hoꝝ ad pacandas Hiſpanias:nihil ad uſum prouinciæ ꝓuiſũ:
quæ ꝓpter diuturnitatẽ pacis nullum auxiliũ deſyderarit. Omnia hæc
iampridem contra ſe parari.in ſe noui generis imperia conſtitui:ut idẽ
apportans urbanis præſidia rebus:& duas bellicoſiſſimas ꝓuincias ab
ſens tot annos obtineat:in ſe iura magiſtratuũ cõmutari: ne ex pretu
ra:& conſulatu ut ſemper ſit : per pauci probati & electi in prouincias
mittantur.in ſe ætatis excuſationẽ nihil ualere:quod ſuꝑioribus bellis
probati ad obtinendos exercitus euocent̃ in ſe uno non ſeruari.Quod
ſi oĩbus datum ſemper imperatoribus ut rebus feliciter geſtis: aut cũ
honore aliquo aut certe ſine ignominia:domum reuertant̃:exercitũq;
dimittant.quæ tamen oĩa & ſe tuliſſe patienter & eſſe laturũ.neq; nũc
id agere ut ab illis abductũ exercitũ teneat ipſe:quod tamen ſibi diffi
cile non ſit:ſed ne illi hẽant:quo contra ſe uti poſſint.proinde ut eſſet
dictum:ꝓuinciis excederent.exercitũq; dimitterent . ſed ſi id ſit factũ
ſe nociturum nemini .hanc unam atq; extremã pacis eſſe condicionẽ.

Id uero militibus fuit pergratum & iucundũ ut ex ipſa ſignificatione potuit cognoſci.ut qui aliquid uicti incõmodi expectauiſſent.ultro ĩde præmium miſſionis ferrent. Nam cum de loco & tempore eius rei cõ trouerſia inferretur:& uoce & manibus : uniuerſi ex uallo ibi conſtite rant ſignificare cœperunt:ut ſtatim dimitterentur.neq; enim interpo ſita fide firmũ eſſe poſſe:ſi in aliud tempus differretur.paucis cũ eſſet in utranq; partem uerbis diſputatũ:res huc deducitur: ut ii qui habeant domicilium:aut poſſeſſiones in Hiſpaniã ſtatim:reliqui ad Varum flu men dimittantur.necui de his noceatur:neu quis inuitus ſacramento dicere cogatur a Cæſare cauetur.Cæſar ex eo tempore dum ad flumen Varum ueniatur:ſe frumentũ daturum pollicetur:addit etiam:ut quid quiſq; eoꝝ in bello amiſerit:quæ ſint pœnes milites ſuos: iis qui ami ſerint reſtituat. militibus æqua facta exiſtimatione pecuniam pro his rebus ſoluit.Quaſcũq; poſtea cõtrouerſias inter ſe milites habuerant: ſua ſponte ad Cæſarem introduxerũt:Petreius atq; Afranius cũ ſtipen dium ab legionibus pœne ſeditione facta flagitaretur: cuius illi diem nondũ ueniſſe dicerẽt:Cæſar ut cognoſceret:poſtulatũ eſt. Eoq; utriq; quod ſtatuit contenti fuerunt . Parte circiter tertia exercitus eo biduo dimiſſa:duas legiones ſuas antecedere:reliquas ſubſequi iuſſit:ut non longo inter ſe ſpatio caſtra facerent.eiq; negotio.Q.Fuſium Calenum legatum præfecit. Hoc eius præſcripto ex Hiſpania ad Varum flumẽ eſt iter factum . atque ibi reliqua pars exercitus dimiſſa eſt .

G. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO CIVILI LIBER SECVNDVS.

d VM hæc in Hiſpania geruntur.G. Trebonius lega tus:qui ad oppugnationẽ Maſſiliæ relict⁹ erat:duab⁹ ex partibus aggerem uineas: turreſq; ad oppidũ age re inſtituit:una erat proxima portui naualibuſq; : al tera ad partẽ : qua eſt aditus ad Galliam atq; Hiſpa niam ad id mare : quod adigit ad oſtium Rhodani . Maſſilia enim fere ex tribus oppidi partibus mari abluiť.reliqua quar ta eſt:quæ aditũ habet a terra.huius quoq; ſpatii pars ea:quæ ad arcẽ pertinet:loci natura:& ualle altiſſima munita:longam & difficilem ha bet oppugnationẽ.Ad ea ꝑficienda opera.G. Trebonius magnã iumẽ torum atq; hoĩum multitudinẽ ex omni prouincia uocat.uimina: ma teriamq; cõportari iubet.Quibus cõparatis rebus aggerem in altitudi nem pedũ octoginta extruit.Sed tanti erant antiqtus in oppido oĩum rerum ad bellum apparatus:tantaq; multitudo tormẽtoꝝ: ut eoꝝ uim nullæ cũtextæ uiminibus uineæ ſuſtinere poſſent.aſſeres enim pedum

duodecim cupidibus præfixi: atq; hi maximis baliſtis per quattuor or
dines cratiū in terra defigebant̃.Itaq; pedalibus lignis coniunctis īter
ſe porticus integebantur.atq; hac agger inter manus ꝓferebatur.ante
cedebat teſtudo pedum ſexaginta æquandi loci cauſa facta.item ex for
tiſſimis lignis euoluta:oībus rebus:quibus ignis iactus: & lapides de
fendi poſſent.ſed magnitudo opum:muri altitudo atq; turrium: mul
titudo tormentoꝝ oēm adminiſtrationē tardabat. crebro tamē per Al
bicos: eruptiones fiebant ex oppido. igneſq; aggeri & turribus infere
bantur.quæ facile noſtri repellebant milites. magniſq; ultro illatis de
trimentis:eos:qui eruptionē fecerant:in oppidum reiiciebant.Interim
L.Naſidius ab.Gn. Pompeio cum claſſe nauium ſedecim . in quibus
paucæ erant æratæ.L Domitio Maſſilienſibuſq; ſubſidio miſſus:freto
Siciliæ īprudente:atq; inopinante curiore prouehitur:appulſiſq; meſſa
nam nauibus:atq; inde propter repentinū terrorē principū ac ſenatus:
fuga facta:ex nauibus eorum unam deducit.Hac adiuncta ad reliquas
naues curſum Maſſiliam uerſus perficit: præmiſſaq; clam nauicula do
mitium maſſilienſeſq; de ſuo aduentu certiores facit. eoſq; magnope
hortatur:ut rurſus cū Bruti claſſe additis ſuis auxiliis cōfligant.Maſſi
lienſes poſt ſuperius incōmodum ueteres ad eundem numeꝝ ex naua
libus ꝓductas naues refecerāt.ſūmaq; īduſtria armauerāt . remigum
gubenatoꝝq; magna copia ſuppetebat piſcatoriaſq; adiecerāt : atq; cō
texerāt:ut eſſēt ab ictu tæloꝝ remiges tuti.Has ſagittariis tormētiſq;
cōpleuerant tali modo inſtructa acie oīum ſenioꝝ matrūfamiliaꝝ:uir
ginūq; precib⁹:& flætu excitati: ut extremo tēpore ciuitati ſubuenirēt:
non minore aīo ac fiducia:q̄ ante dimicauerant : naues cōſcendūt: cōi
enim fit uitio naturæ : ut inuiſis latitantibuſq; atq; incognitis rebus
magis confidamus:uæhementiuſq; exterreamur:ut tum accidit: aduē
tus enim.L.Naſidii ſūma ſpe & uolūtate ciuitatē cōplerat.nacti enim
idoneum uentum ex portu exeunt: & Tauercenta : quod eſt caſtellum
maſſilienſium:ad Naſidium ꝑueniunt Ibiq; naues expediūt: rurſuſq;
ſe ad confligendū aīo confirmant.& conſilia cōmunicant: dextra pars
maſſilienſibus attribuitur:ſiniſtra Naſidio. Eodem Brutus contendit
aucto nauium numero.Nam ad eas:quæ factæ fuerāt arelatæ: per Cæ
ſarem captiuæ maſſilienſium acceſſerant ſex. Has ſuperioribus refece
rat diebus.atq; oībus rebus inſtruxerat.Itaq; ſuos exhortatus:quos in
tegros ſuꝑauiſſent:ut uictos contēnerēt: plenus ſpei bonæ atq; animi
aduerſus eos ꝓficiſcitur.facile erat ex caſtris.G.Trebonii : atq; oībus
ſuperioribus locis proſpicere in urbem:ut omnis iuuentus:quæ in op
pido remanſerat: omneſq; ſuperioris ætatis cum liberis atq; uxoribus
ex publicis cuſtodiis aut muro ad cælum manus tenderent : aut tēpla
deoꝝ īmortalium adirent: & ante ſimulacra proiecti uictoriam ab his

expoſcerent. Neq; erat quiſq̃ omniũ:qui non in eius diei caſu ſuarum oĩum fortunaꝝ euentum cõſiſtere exiſtimaret. Nam & boneſti ex iuuẽ tute & cuiuſq; ætatis ãpliſſimi noĩatim euocati:atq; obſecrati : naues conſcenderant.ut ſiquid aduerſi accidiſſet:ne ad conandũ quidem ſibi quicq̃ reliqui fore uiderent.ſi ſuperauiſſent:uel domeſticis opibus:uel extraneis auxiliis de ſalute urbis cõſiderent. Cõmiſſo prælio: maſſilien ſibus res nulla ad uirtutem defuit:ſed memores eoꝝ præceptoꝝ : quæ paulo ante ab ſuis acceperant:hoc animo decertabant:ut nullum aliud tempus ad conandũ habituri uiderentur:& quibus in pugnando uitæ periculũ accideret:nõ ita multo ſe reliquoꝝ ciuium fatum antecedere: exiſtimarent. quibus urbe capta:eadem eſſet belli fortuna patienda: di ductiſq; noſtris paulatim nauibus & artifitio gubernatoꝝ mobilitati nauium locus dabatur:& ſiquando noſtri facultatẽ nacti ferreis mani bus iniectis nauem religauerãt: undiq; ſuis laborantibus ſuccurrebãt Neq; uero coniuncti Albicis cominus pugna deficiebant:neq; multũ cedebant uirtute noſtris:ſimul ex minoribus nauibus magna uis emi-nus miſſa tæloꝝ:multa noſtris de improuiſo imprudentibus : atq; im peditis uulnera inferebant . Cõſpicatæq; naues triremes duæ:nauẽ. D. Bruti quæ ex ſigno facile agnoſci poterat : duabus ex partibus ſeſe in eam incitauerant:ſed tanta re prouiſa Brutus celeritate nauis uſus eſt: ut paruo momẽto antecederet. Illæ adeo grauiter inter ſe incitatæ con flixerunt:ut uæhementiſſime utræq; ex concurſu laborarẽt:altera uero ꝑfracto roſtro tota collabeficeret. Qua re aĩaduerſa:quæ ꝓximæ ei loco ex Bruti claſſe naues erant:in eas impeditas impetũ faciunt:celeriterq; ambas deprimunt. Sed naſidianæ naues nulli uſui fuerunt: celeriterq; pugna exceſſerunt. Non enim aut reſpectus patriæ:aut ꝓpinquoꝝ præ cepta ad extremũ uitæ periculum adire cogebant. Itaq; ex eo numero nauium nulla deſyderata eſt:ex maſſilienſiũ claſſe qnq; ſunt depræſſæ. quattuor captæ:una cum naſidianis profugit : quæ omnes citeriorem Hiſpaniam petiuerunt. At ex reliquis una præmiſſa Maſſiliam : huius nuncii perferẽdi gratia:cum iam appropinquaret urbi:omnis ſeſe mul titudo ad cognoſcendũ effudit. Hac re cognita tantus luctus excepit : ut urbs capta ab hoſtibus eodem ueſtigio uideret᷑ . Maſſilienſes tamẽ nihilo ſegnius ad defenſionẽ urbis reliqua apparare cœperunt. Eſt aũt aĩaduerſus locus ab legionariis:qui dexteram partẽ operis adminiſtra bant:ex crebris hoſtium eruptionibus magno ſibi eſſe præſidio poſſe: ſi pro caſtello ac receptaculo turrĩ ex latere ſub muro feciſſent: quã pri mo ad repentinos incurſus humilem:paruamq; fecerant. huc ſe refere bant. hinc ſiqua maior oppreſſerat uis:ꝓpugnabant:hinc ad repellẽdũ & ꝓſequendũ hoſtem ꝓcurrebant:patebat hæc quoquo uerſus pedes. xxx. ſed parietum craſſitudo pedum. v. poſtea uero:ut eſt omnium rerũ

magiſter uſus:boíum adbibita ſollertia:Inuẽtum eſt:magno eſſe uſui poſſe:ſi hæc eſſet in altitudinẽ turris elata.In hac ratione perfectũ eſt: ubi turris altitudo perducta eſt: id cõtabulationis cauſa in parietes inſtruxerunt ita:ut capita tignoꝝ extrema:parietum ſtructura tegerent: nequid emineret:ubi ignis hoſtium adhæreſceret : hanc inſuper contignationem quãtum tectum plutei:ac uineaꝝ paſſũ eſt: laterculo aſtruxerunt ſupraq; eum lócum duo tigna tranſuerſa iniecerũt:ut non longe ab extremis parietibus : quibus ſuſpenderent eam contignationẽ : quæ turri tegumento eſſet futura: ſupraq; ea tigna directo trãſuerſas trabes iniecerũt:eaſq; aſſeribus religauerũt:has trabes paulo lõgiores: atq; eminentiores:quã extremi parietes erant:effecerunt:ut eſſet : ubi tegumenta perpendere poſſent : ad defendendos ictus ac repellendos . Cum inter eam contignationẽ parietes extruerent:eamq; cõtabulationem ſũmam lateribus lutoq; cõſtrauerũt:nequid ignis hoſtiũ nocere poſſet:centoneſq; inſuper iniecerũt: ne aut tæla tormentis miſſa tabulationẽ pfringerent:aut ſaxa ex catapultis lateritum diſcuterẽt:ſcorias autẽ ex funibus anchorariis.iii.in longitudinẽ parietũ turris latas.iiii. pedes fecerunt eaſq; ex tribus partibus:quæ ad hoſtes uergebant:eminentibus trabibus circum turrem præpendẽtes religauerũt quod unũ genus tegumẽti aliis locis erant experti nullo tælo: neq; tormento traiici poſſe.ubi uero ea pars turris:quæ erat pfecta:tecta atq; munita eſt ab omni ictu hoſtium:pluteos ad alia opera abduxerunt : turris tectũ per ſeipſum præhenſionibus & contignatione prima ſuſpẽdere ac tollere cœperunt. Vbi quantũ ſcoriaꝝ demiſſio patiebatur: tantum eleuabant intra hæc tegumenta abditi:atq; muniti. parietes lateribus expeuebant:rurſuſq; aliam præhenſionẽ ad ædificandũ ſibi locum expediebant:ubi tempus alterius cõtabulationis uidebatur: tigna item ut primo tecta:extremis lateribus inſtruebant. Exq; ea cõtignatione rurſus ſũmam cõtabulationẽ:ſcoriaſq; leuabant.Ita tuto:ac ſine ullo uulnere: ac periculo ſextabulata extruxerũt:feneſtraſq;:quibus in locis uiſum ẽ: ad tormẽta mittenda inſtruendo reliquerũt . Vbi ex ea tueri:quæ circũ eſſent:opera.tueri ſe poſſe confiſi ſunt:muſculum pedibus.lx.longum ex materia bipedali: quem a turri lateritia ad hoſtium turrem murũq; perducerent:facere inſtituerunt:cuius muſculi hæc erat forma:duæ primum trabes in ſolo æque longe diſtãtes inter ſe pedes quattuor collocantur.Inq; eis columellæ pedum in altitudinẽ v.defiguntur.has inter ſe capreolis molli faſtigio coniungunt:ubi tigna: quæ muſculi tegẽdi cauſa ponant:collocentur.eo ſuper tigna bipedalia iniiciunt: eaq; laminis clauiſq; religant:ad extremũq; mulſculi tectum trabeſq; extremas quadratas tegulas.iiii.patentes digytos defigunt:quæ lateres: qui ſup muſculos ſtruantur:contineant. Ita faſtigiato atq; ordinatim ſtructo:

trabes:quæ erant in capreolis collocatæ: in lateribus luto muſculus ut ab igne qui ex muro iaceretur: tutus eſſet:contegitur. Super lateres Coria inducuntur ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Coria auté ne rurſus igni:ac lapidibus corrumpantur:centonibus cōtegunt. Hoc opus omne tectum uineis ad ipſam turrim pficiunt: ſubitoq; in opinantibus hoſtibus machinatione nauali:phalangis ſubiectis:ad turrim hoſtium admouent:ut ædificio iungatur: quo malo pterriti ſubito oppidani:ſaxa quã maxima poſſunt:uectibus pmouét:præcipitataq; muro in muſculũ deuoluũt. Ictum firmitas materiæ ſuſtinet:& qdqd faſtigio incidet muſculi:delabitur. Id ubi uident:mutant conſiliũ. Cupas tæda ac pice refertas incẽdũt. eaſq; de muro in muſculũ deuoluũt. Inuolutæ labuntur. delapſæ ab lateribus longuriis:furciſq; ab opere remouentur. Interim ſub muſculo milites. uectibus infirma ſaxa turris hoſtium:qbus fundaméta continebant:conuellunt. Muſculus ex turri lateritia a noſtris tælis tormentiſq; defenditur. Hoſteſq; ex muro ac turribus ſubmouentur. non datur libera muri defendendi facultas: cõ pluribus iam lapidibus ex ea: quæ ſuberat turri ſubductis. repentina ruina pars eius turris concidit. pars reliqua conſequens procumbebat. Tum hoſtes turris repentina ruina cõmoti: inopinato malo turbati: deorũ ira perculſi:urbis direptione perterriti. Inermes cum infulis ſeſe porta foras uniuerſi proripiunt. Ad legatos: atq; exercitum ſupplices manus tendunt. Qua noua re oblata omnis adminiſtratio belli conſiſtit:militeſq; auerſi a prælio ad ſtudium audiendi:& cognoſcẽdi feruntur. Vbi hoſtes ad legatos exercitũq; puenerunt: uniuerſi ſe ad pedes piiciunt. Orant: ut aduentus Cæſaris expectetur captam ſuam urbem uideri opera pfecta:turrem ſubruptã:itaq; a defenſione deſiſtere:nullã exoriri moram poſſe:quo minus cũ ueniſſent:ſi imperata non facerẽt: ad nutum e ueſtigio diriperentur. docent:ſi omnino turris concidiſſet: non poſſe milites contineri. quin ſpe prædæ in urbem irrumperent:urbemq; delerent: hæc atq; eiuſmodi generis quam plura ut ab hoĩbus doctis:magna cum miſericordia flætuq; pnunciãtur. Quibus rebus cõmoti legati milites ex opere deducunt:oppugnatione deſiſtunt: operibus cuſtodias reliquũt. Induciarũ quodam genere miſericordia facto aduentus Cæſaris expectatur:nullum ex muro:nullum a noſtris mittitur tælum:ut re confecta:omnes curam & diligentiã remittunt. Cæſar enim per litteras Trebonio magnopere mandauerat: ne per uim oppidum expugnari pateretur: ne grauius permoti milites & defectionis odio:& contéptione ſui: & diutino labore omnes puberes interficerẽt: quod ſe facturos minabantur:ægreq; tunc ſunt retenti: quin oppidũ irrumperent:grauiterq; eam rem ptulerũt:quod ſtetiſſe per Treboniũ: quo minus oppido potirentur:uidebatur. At hoſtes ſine fide tempus

atq; occaſioné fraudis ac doli quærũt. Interiectiſq; aliquot diebus no
ſtris languentibus:atq; animo remiſſis:ſubito meridiano tempore: cũ
alius diſceſſiſſet:alius ex diutino labore in ipſis opibus quieti ſe dediſ
ſet:omnia uero arma repoſita:contéptaq; eſſent: portis ſe foras erum
punt:ſecundo magnoq; uento ignem operibus inferunt. Hunc ſic di
ſtulit uentus uti uno tempore agger:plutei:teſtudo: turris tormétaq;
flamam acciperent:& prius hæc oĩa cõſumerent̃:quã quéadmodũ acci
diſſet:aĩaduerti poſſet.Noſtri repentina fortuna ꝑmoti:arma quæ poſ
ſunt:arripiunt.Alii ex caſtris ſeſe incitant:fit in hoſtes impetus eorũ:
ſed muro ſagittis tormentiſq; fugientes perſequi ꝓhibentur: illi ſub
murum ſe recipiunt:ibiq; muſculum:turrimq; lateritiam libere incen
dunt: ita multoꝝ méſium labor hoſtiũ perfidia & ui tempeſtatis pun
cto temporis interiit.Temptauerũt hoc idem maſſilienſes:poſtero die
eandem nacti tempeſtaté maiori cum fiducia ad aliam turré aggeréq;
eruptione pugnauerũt:multũq; ignem intulerunt.Sed ut ſuperioris té
poris contentioné noſtri omné remiſerant:ita proximi diei caſu admo
niti omnia ad defenſioné parauerant.Itaq; multis interfectis:reliquos
infecta re:in oppidũ repulerunt Trebonius ea quæ ſunt amiſſa multo
maiore ſtudio militum adminiſtrare & reficere inſtituit. Nam ubi tã
tos ſuos labores:& apparatus male cecidiſſe uiderũt: induciiſq; per ſce
lus uiolatis ſuam uirtuté irriſui fore perdoluerunt: quod unde agger
omnino cõparari poſſet:nihil erat reliquũ:oĩbus arboribus lõge lateq;
in finibus maſſilienſium excisis:& cõuectis:aggerem noui generis:atq;
inauditum ex lateritiis duobus muris:ſenum pedum craſſitudíe:atq;
eoꝝ muroꝝ contignationé facere conſtituerũt:æqua fere latitudíe:atq;
ille congeſtus ex materia fuerat agger. Vbi aut ſpatium inter muros:
aut imbecillitas materiæ poſtulare uideret̃:pilæ interponũtur. tráſuer
ſaria tigna iniiciunt̃:quæ firmamento eſſe poſſint.Et quidquid eſt con
tignatum cratibus conſternitur:crateſq; luto integuntur.Subtexto mi
les dextra atq; ſiniſtra:muro tectus aduerſus plutei obiecto operi:quæ
cũq; uſui ſunt:ſine periculo ſupportat celeriter res adminiſtratur. diu
turni laboris detrimentũ ſollertia & uirtute militũ breui reconciliat̃:
portæ qbus locis uidetur.eruptionis cauſa in muro relinquũt̃. Quod
ubi hoſtes uiderũt ea:quæ diu longoq; ſpatio refici non poſſe ſpaſſét:
paucoꝝ dieꝝ opera:& labore ita perfecta: ut nullius perfidiæ neq; eru
ptionis locus eſſet:neq; quicq̃ omnino relinqueretur: quo aut ui mili
tibus:aut igni operibus noceri poſſet:eodemq; exemplo ſentiunt totá
urbé qua ſit aditus ab terra:muro turribuſq; circũueniri poſſe: ſic ut
ipſis conſiſtendi:in ſuis munitionibus lacus non eſſet:cum pœne ædi
ficata in muris ab exercitu noſtro mœnia uiderentur:ac tæla cõiiceren
tur:ſuoꝝq; tormenroꝝ uſum:qbus ipſi ui magna ſupauiſſent:ſpatio:

propinquitatis interiore: pariq; condicione e muro ac turribus: bellādi data uirtute: ſe noſtris adæquare nō poſſe intelligunt: ad eaſdē deditionis cōdiciones recurrunt. M. Varro in ulteriore Hiſpania initio cognitis his rebus amiciſſime de Cæſare loquebatur. Præoccupatū ſeſe legatione ab. Gn. Pompeio teneri obſtrictum fide: neceſſitudinē quidē ſibi nihilo minorem cum Cæſare intercedere. neq; ſe ignorare quod eſſet officium legati: qui fiduciariam operam obtineret: quæ uires ſuæ quæ uoluntas erga Cæſarem totius prouinciæ. Hæc oībus referebat ſermonibus: neq; ſe in ullam partem mouebat. Poſtea uero cum Cæſarē ad Maſſiliam detineri cognouit: copias Petrei cum exercitu Afranii eſſe coniunctas: magna auxilia cōueniſſe: magna eſſe in ſpe. atq; expectare: & conſentire omnē citeriorē ꝓuinciam: quæq; poſtea acciderant. Deq; anguſtiis ad Ilerdam rei frumentariæ accepit: atq; ad eum latius: atq; inflatius Afranius præſcribebat: ſe quoq; ad motum fortunæ mouere cœpit: delectū habuit tota ꝓuincia. legionibus cōpletis duabus: cohortes circiter triginta alarias addidit: frumenti magnum numeꝝ coegit: quod maſſilienſibus: item quod Afranio Petreioq; mitteret: naues longas. x. gaditanis ut facerent: imperauit. Complures præterea in Hiſpali faciendas curauit: pecuniam omnē: oīaq; ornamenta ex fano Herculis: in oppidum gadis contulit. Eo ſex cohortes præſidii cauſa ex ꝓuincia miſit. G. q; Gallonium equitē romanū familiarē Domitii: qui eo ꝓcurandæ hæreditatis cauſa uenerat. miſſus a Domitio: oppido gadibus præfecit. arma omnia priuata & publica in domū Gallonii contulit. Itē habuit graues in Cæſarem contiones. Sæpe ex tribunali prædicauit aduerſa Cæſarem prælia feciſſe: magnū numerū ab eo militum ad Afranium pfugiſſe. Hæc ſe certis nunciis: certis auctoribus cōperiſſe. Quibus rebus pterritos ciues romanos eius ꝓuinciæ ſibi ad remp. adminiſtrandam cohortes. clxxxx & argenti pondo. xx. millia: tritici modios. cxx millia polliceri coegit. Quas Cæſari eſſe amicas ciuitates arbitrabatur: iis grauiora honera iūgebat qui uerba atq; orationē aduerſus rēp. habuiſſent. eoꝝ bona in publicum adducebat. præſidiaq; eo deducebat: & iudicia in priuatos reddebat. ꝓuinciam omnē in ſua & Pompeii uerba per iuſiurandum adigebat. Cognitis his rebus: quæ ſunt geſtæ in citeriore Hiſpania: parabat bellum. Ratio autē hæc erat belli: ut ſe cū duabus legionibus gadis conferret: naues frumentūq; omne ibi contineret. prouinciā enim omnē Cæſaris rebus fauere cognouerat. In Inſula frumento nauibuſq; cōparatis bellum duci nō difficile exiſtimabat. Cæſar &ſi multis neceſſariiſq; rebus in Italiam reuocabatur: tamen cōſtituerat nullam partem belli in Hiſpaniis relinquere: quod magna eſſe Pōpeii beneficia: & magnas clientelas in citeriore ꝓuincia ſciebat. Itaq; duabus legionibus miſſis in ulteriorē Hiſpaniam cū. Q. Caſſio.

tr.pl.ipſe cum equitibus de magnis itineribus progreditur:edictumq; præmittit: ad quam diem magiſtratus principeſq; oīum ciuitatū ſibi eſſe præſto cordubæ uellet. Quo edicto tota ꝓuincia ꝓmulgato:nulla fuit ciuitas quin ad id tempus partem ſenatus cordubā mitteret. Nullusue ciuis romanus paulo notior quin ad ſtatutum diem conueniret. Simul ipſe cordubæ conuentus per ſe portas Varroni clauſit:cuſtodias uigiliaſq; in muro turribuſq; diſpoſuit. Cobortes duas:quæ Colonicæ appellabantur:cum eo:caſu ueniſſent:tuendi oppidi cauſa apud ſe retinuit. Hiſdem diebus carmonenſes:quæ eſt longe firmiſſima totius ꝓuinciæ ciuitas:deductis tribus cobortibus:poſitis in arce oppidi a Varrone præſidio:per ſe cohortes eiecit:portaſq; præcluſit. Hoc uero magis properare Varro: ut cum legionibus q̄primū gadis cōtenderet ne itinere: aut traiectu intercluderetur tāta ac tā ſecunda in Cæſarem uoluntas prouintiæ repiebatur. Progreſſo ei paulo longius litteræ a gadibus redduntur:ſimul atq; ſit cognitū de edicto Cæſaris. Conſenſiſſe gaditanos principes cū tri cobortium: quæ eſſent ibi in præſidio: ut Gallonium ex oppido expellerent. Vrbem inſulamq; Cæſari ſeruarent Hoc inito conſilio: denūciauiſſe Gallonio: ut ſua ſponte: dum ſine periculo liceret:excederet gadibus:ſi id non feciſſet:ſibi conſiliū capturos. Hoc timore adductum Galloniū gadibus exceſſiſſe. His cognitis rebus:altera ex duabus legionib⁹:quæ uernacula appellabat̄: ex caſtris Varronis aſtante:& inſpectante ipſo:ſigna ſuſtulit:ſeſeq; Hiſpalim recepit:atq; in foro & porticibus ſine maleficio cōſedit:quod factū adeo eius conuentus ciues romani cōprobauerūt: ut domū ad ſe qſq; boſpitio cupidiſſime reciperet. Quibus rebus ꝑterritus Varro: cum itinere cōuerſo ſeſe in Italiam uentuꝝ ꝓmiſiſſet.certior a ſuis factus eſt præcluſas eſſe portas:tum uero omni intercluſus itinere ad Cæſarem mittit:paratū ſe eſſe legioné:cui iuſſiſſet tradere. ille ad eum ſex Cæſarem mittit:atq; buic tradi iubet. Tradita legione: Varro cordubam ad Cæſarem uenit:relatis ad eum publicis rationibus cū fide: quod pœnes eū eſt pecuniæ.tradit:& quod ubiq; babebat frumenti:ac nauiū oſtendit. Cæſar babita contione cordubæ:oībus generatim gratias agit ciuibus romanis:quod oppidum in ſua poteſtate ſtuduiſſent babere:Hiſpalis: quod præſidia expuliſſent. Gaditanis: quod conatus aduerſarioꝝ infregiſſent:ſeq; in libertaté uindicaſſent.tr.militum centurionibuſq;: qui eo præſidii cauſa uenerant: quod eoꝝ cōſilia ſua uirtute cōfirmauiſſét pecunias: quæ erant in publicum Varroni a ciuibus Roma pollicitæ: remittit. Bona reſtituit iis:quos liberius loquutos: bāc pœnam tuliſſe cognouerat tributis quibuſdā publicis priuatiſq; præmiis:reliquos in poſterum bona ſpe complet. biduūq; cordubæ cōmoratus gades proficiſcitur. pecunias monumentaq;: quæ ex Pbano berculis collata erant:

in priuatam domum referri in templum iubet prouinciæ.Q.Caſſium præfecit . huic quattuor legiones attribuit:ipſe his nauibus: quas.M. Varro:quiſq; Gaditani iuſſu Varronis fecerát.Tarraconé paucis dieb⁊ peruenit.ibi totius fere citerioris ꝓuinciæ legationes Cæſaris aduentũ expectabant.Eadem ratione priuatim ac publice quibuſdá ciuitatibus habitis honoribus Tarraconæ diſcedit:pedibuſq; Narboná : atq; inde Maſſiliam ꝑuenit.ibi legem de dictatore latam : ſeſeq; dictatoré dictũ a.M. Lepido prætore cognoſcit . Maſſilienſes oibus defeſſis malis rei frumentariæ ad ſũmam inopiam adducti : bis prælio nauali ſuperati : crebris eruptionibus fuſi:graui etiam peſtilentia conflictati ex diutina concluſione & mutatione uictus:panico enim uetere atq; hordeo corru pto omnes alebantur : quod ad huiuſmodi caſus antiquitus paratũ in publicum cõtulerant:deiecta turri:labefacta magna parte muri:auxiliis prouinciaꝝ: & exercituũ deſperatis : quos in Cæſaris poteſtaté ueniſſe cognouerant:ſeſe dedere ſine fraude conſtituũt.Sed paucis ante dieb⁊ L.Domitius cognita maſſilienſium uoluntate:nauibus tribus compa ratis:ex quibus duas familiaribus ſuis attribuerat:unam ipſe conſcen derat:nactus turbidam tempeſtaté eſt profectus:hũc cõſpicatæ naues: quæ iuſſu Bruti cõſuetudine quottidiana ad portũ excubabant : ſubla tis anchoris ſequi cœperunt.Ex his unum ipſius nauigium cõtendit: & fugere ꝑſeuerauit:auxilioq; tempeſtatis e conſpectu abiit. duo pter rita conuerſa noſtraꝝ nauium:ſeſe in portum receperũt . Maſſilienſes arma:tormentaq; ex oppido:ut eſt imperatũ:ꝓferunt.Naues ex portu: naualibuſq; educunt pecuniá ex publico tradunt.Quibus rebus confe ctis Cæſar magis eos pro noie uetuſtatis: quá pro meritis in ſe ciuita tis conſeruans:duas ibi legiones præſidio reliquit : cæteras in Italiam mittit.ipſe ad urbem ꝓficiſcitur . Hiſdem téporibus.G.Curio in Afri cam ꝓfectus ex Sicilia etiam ab initio copias.P.Actii Varri deſpiciés: duas legiones ex quattuor:quas a Cæſare accepat:&.cl.equites tráſpor tabat:biduoq; & noctibus tribus nauigatione conſumptis: appulit ad eum locum:qui appellatur Aquilaria. Hic locus abeſt a clupeis paſſuũ uigintiduo millia:habetq; non incõmodam æſtate ſtationé:& duobus eminentibus promontoriis continetur.Huius aduentum.L. Cæſar fi lius cũ decé longis nauibus ad clupeam præſtolans: quas naues uticæ ex prædonum bello ſubductas.P.Actius reficiendas. huius belli cauſa curauerat:uerituſq; nauium multitudiné ex alto refugerat.Appulſuſq; ad proximũ littus trireme cõſtrata & in littore relicta:pedibus adrumé tum profugerat.Id oppidum.G.Conſidius longus unius legionis præ ſidio tuebatur.Reliquæ Cæſaris naues eius fuga adrumentũ ſe recepe runt.Hũc ſequutus.M.Ruffus quæſtor:nauibus duodecim: quas præ ſidio honerariis nauibus Curio ex Sicilia eduxerat : poſtq̃ relictam in

littore nauem conſpexit:hanc remulco abſtraxit. ipſe ad Curioné cum claſſe redit.Curio Martium uticam nauibus præmittit: ipſe eodé cum exercitu proficiſcitur: biduiq; iter progreſſus ad flumen Bagradá pue nit.ibi.G.Ganium legatum cum legionibus reliquit:ipſe cum eqtatu antecedit ad caſtra explorāda corneliana: quod his locus peridoneus ca ſtris hébatur.Id auté eſt iugum directum:eminens.In mare utraq; ex parte præruptū atq; aſpū: ſed tamé paulo leniore faſtigio ab ea parte: quæ ad uticam uergit.abeſt directo itinere ab utica paulo amplius paſ ſus mille:ſed hoc itinere eſt fons:quo mare ſuccedit longius: lateq; is locus reſtagnat:quæ ſiquis uitare uoluerit:ſex millium circuitu in op pidum pueniet.Hoc explorato loco:Curio caſtra Vari conſpicit:muro: oppidoq; coniuncta ad portam:quæ appellatur Bellica. admodum mu nita natura loci:una ex parte ipſo oppido utica:altera theatro:quod eſt ante oppidum ſub ſtructionibus eius operis maximis: aditu ad caſtra difficili:& anguſto ſimul aíaduertit multa undiq; portari: atq; agi ple niſſimis uiis quæ repentini tumultus timore : ex agris in urbem con ferebantur.huc equitatū mitttit:ut diriperet:atq; haberet loco prædæ. eodemq; tempore his rebus ſubſidio ſexingenti equites electi numi dæ ex oppido.peditesq;.cccc.mittuntur a Varro: quos auxilii cauſa rex Iuba paucis diebus ante uticam miſerat.Huic & paternū hoſpitium: cum Pompeio:&ſimultas cum Curione intercedebat:quod tr.pl. legé promulgauerat:qua lege regnū Iubæ publicauerat: cōcurrunt equites inter ſe:neq; uero primū impetum noſtroꝝ numidæ ferre potuerunt. ſed interfectis circiter.cxx.reliqui ſe in caſtra ad oppidum receperunt. Interim aduentu longaꝝ nauium:Curio ꝓnunciari honerariis nauibꝰ iubet:quæ ſtabant ad uticam numero circiter.cc.ſe in hoſtium habitu rum loco: qui non e ueſtigio ad caſtra corneliana uela duxiſſent: qua pronunciatione facta:temporis puncto ſublatis anchoris:omnes uticā relinquūt:& quo imperatum eſt:tranſeunt. quæ res oīum rerū copia compleuit exercitū. His rebus geſtis: Curio ſe in caſtra ad Bagradam recepit. Atq; uniuerſi exercitus conclamatione imperator appellatur. Poſtero die uticam exercitū ducit:& prope oppidū caſtra ponit. Nōdū opere caſtroꝝ perfecto:equites e ſtatione nunciant magna auxilia equi tum peditumq; ab rege miſſa uticam uenire: eodéq; tempore uis ma gna pulueris cernebatur:& e ueſtigio temporis primū agmen erat in conſpectu.Nouitate rei Curio permotus præmittit equites:qui primū impetum ſuſtineant ac morentur.Ipſe celeriter ab opere deductis:legi onibus:aciem inſtruit:equiteſq; cōmittunt:prælium : & priusq̄ plane legiones & explicari conſiſtere poſſent:tota auxilia regis impedita : ac perturbata:quod nullo ordine:& ſine timore iter fecerant.In fugam ſe coniiciunt.equitatuq; omni fere incolumi:quod ſe per littora celeriter

in oppidū recepit.magnū peditū numerꝝ interficiunt. Proxima nocte Centuriones Marſi duo ex caſtris Curionis cum manipularibus ſuis uigintiduo ad Actium Varrum profugiunt.ii.ſeu uere: quā babuerāt opinionē ad eum perferunt: ſiue etiam auribus Varri ſeruiunt. Nam quæ uolumus:& credimus libenter:& quæ ſentimus ipſi.reliquos ſen tire ſperamus.Confirmant certe totius quidem exercitus aīos alienos eſſe a Curione.maximeq; opus eſſe in conſpectu exercitum uenire: & collcquendi dare facultatē:qua opinione adductus Varrus poſtero die mane legiones ex caſtris educit:facit idem Curio atq; una ualle nō ma gna interiecta: ſuas uterq; copias inſtruit. Erat in exercitu Varri.ſex. Quintilius Varrus:quem fuiſſe Corfini ſupra demonſtratū eſt.Hic di miſſus a Cæſare in Africam uenerat.Legioneſq; eas traduxerat: quas ſuperioribus tēporibus Corfinio receperat.Cæſar adeo:ut paucis muta tis centurionibus:iidem ordines manipuliq; conſtarent. Hanc nactus appellationis cām Quintilius circuire aciem Curionis: atq; obſecrare milites cœpit:ne primam ſacramenti:quod apud Domitiū: atq; apud ſe Quæſtorem dixiſſent:memoriam deponerent Neu contra eos arma ferrent:qui eadem eſſent uſi fortuna: eademq; in obſidione perpeſſi. Neu pro bis pugnarent: a quibus in cōtumeliam perfugæ appellaren tur.His pauca ad ſpem largitionis addidit.quæ ab ſua liberalitate:ſi ſe atq; Actium ſequuti eſſent:expectare deberent. Hac babita oratione: nullam in partem ab exercitu Curionis fit ſignificatio: atq; ita ſuas uterq; copias reducit:atq; in caſtris Curionis magnus omnium inceſſit timor.Nam is uariis bominum ſermonibus celeriter augetur: Vnus quisq; enim opiniones fingebat. & ad id: quod ab alio audierat: ſui aliquid timoris addebat. Hoc ubi uno auctore ad plures ꝑmanauerat: atq; illis ædiderāt:plures auctores eius rei uidebantur.ciuile bellū gen⁊ boium:quod liceret libere facere:& ſeq quod uellent:legiones bæ quæ paulo ante apud aduerſarios fuerant.Nam etiam Cæſaris beneficium mutauerat conſuetudo:qua offerentur municipia etiam diuerſis parti bus coniuncta.Neq; enim ex Marſis pelignıſq; ueniebant.ut qui ſupe riore nocte in contuberniis:cōmiliteſq;: nonnulli grauiores ſermones militum uulgo durius accipiebant.Nonnulla etiam ab bis qui diligen tiores uideri uolebāt:fingebantur.quibus de cauſis conſilio cōuocato: de ſūma reꝝ deliberare incipit.Erant ſententiæ:quæ conandum oībus modis:caſtraq; Varri oppugnanda cenſerent:quod bi militum cōſiliis otium maxime contrariū eſſe arbitrarent̃. Poſtremo præſtare dicebāt per uirtutem in pugna belli fortunā experiri: quā deſertos & circūuen tos a ſuis:grauiſſimū ſuppliciū pati:porro erant:qui cenſerēt de tertia uigilia:in caſtra corneliana recedendū:ut maiore ſpatio tēporis interie cto militum mentes ſanarentur:ſimul ſiqd grauius accidiſſet:magna

multitudine nauium & tutius:& facilius in Siciliam receptus daretur. Curio utrũq; ĩprobans cõſiliũ: quantũ alteri ſententiæ deeſſet animi: tantum alteri ſupereſſe dicebat: hos turpiſſimũ fugæ habere rationẽ: illos etiam iniquo loco dimicandũ putare. Qua enim inquit fiducia:& opere: & natura loci munitiſſima caſtra expugnari poſſe confidimus: aut etiam quid ꝓficimus: ſi accepto magno detrimento: ab oppugnatione caſtroꝝ diſcedimus. quaſi non felicitas reꝝ geſtaꝝ exercitibus beniuolentiam imperatoris:& res aduerſæ odia concilient. Caſtroꝝ autẽ mutatio: quid habet niſi turpẽ fugam:& deſperationẽ oĩum: & alienationem exercitus. Nam neq; prudentes ſuſpicari oportet: ſibi parum credi. Neq; improbos ſcire ſeſe timeri: quod illis licẽtiã timor augeat: noſtris ſtudia dĩminuat. Quod ſi iam inquit hæc explorata habeam?: quã de exercitus alienatione dicuntur. Quæ quidem ego aut omnino falſa: aut certe minora eſſe confido: quãto hæc diſſimulari:& occultari: quã per nos cõfirmari præſtat. An uero uti corporis uulnera: ita exercitus incõmoda ſunt tegenda? Ne ſpem aduerſariis augeamus? aut etiã ut media nocte proficiſcamur. Addunt: quo maiorẽ credo licentiam habeant: qui peccare conentur. Nanq; huiuſmodi res aut pudore: aut metu tenentur: quibus rebus nox maxime aduerſaria eſt. Quare neq; tanti ſum animi: ut ſine ſpe caſtra oppugnanda cenſeam: neq; tanti timoris: ut ipſe deficiam. Atq; omnia prius experiẽda arbitror: magnaq; ex parte iam me una uobiſcũ de re iudicium facturũ confido. Dimiſſo concilio. contionẽ aduocat militũ: cõmemorat quo ſit eoꝝ uſus ſtudio ad Corfinium Cæſar: ut magnam partem Italiæ beneficio atq; auctoritate eoꝝ ſuam fecerit. Vos enim factumq; ueſtrũ inquit: oĩa deiceps municipia ſũt ſequuta. Neq; ſine cauſa & Cæſar amiciſſime de uobis: illi grauiſſime iudicarunt. Pompeius enim nullo prælio pulſus: ueſtri facti præiudicio demotus: Italia exceſſit. Cæſar me: quẽ ſibi cariſſimũ habuit: prouinciamq; Siciliam atq; Africam: ſine quibus urbem atq; Italiam tueri nõ poteſt: ueſtræ fidei cõmiſit. adſunt: qui uos hortẽt: ut a nobis deſciſcatis. quid enim eſt illis optatius: quã uno tempore:& nos circũuenire:& uos nefario ſcelere obſtringere? aut quid irati grauius de uobis ſentire poſſent: quã ut eos prodatis: qui ſe uobis omnia debere iudicant? Et in eoꝝ poteſtatẽ ueniatis: qui ſe per uos periſſe exiſtimant? An uero in Hiſpania res geſtas Cæſaris non audiſtis? duos pulſos exercitus? duos ſuperatos duces? duas receptas ꝓuincias? Hæc acta diebus. xl. quibus in cõſpectũ aduerſarioꝝ uenerit Cæſar? An qui incolumes reſiſtere non potuerunt: perditi reſiſtant? Vos autem certa uictoria Cæſarẽ ſequuti: diiudicata iam belli fortuna: uictũ ſequimini? cum ueſtri officii premia percipere debetis: deſertos enim ſe ac ꝓditos a uobis dicunt: & prioris ſacramenti mentionẽ faciunt. Vos ne uero.

L.Domitium:an uos.L.Domitius deſeruit? nōne extremam pati for tunam paratoſq; proiecit? ille ſibi clam:non uobis:ſalutē fuga petiuit: nōne proditi per illum:Cæſaris beneficio eſtis conſeruati? Sacramento enim uos tenere qui potuit:cum proiectis faſtibus:& depoſito impio priuatus:& captus:in alienā ueniſſet poteſtatē? Relinquitur noua reli gio:ut eo neglecto ſacramēto:quo nūc tenemini:reſpiciatis illud:quod deditione ducis:& capitis dīminutione:ſublatum eſt. At credo:ſi Cæſa rem probatis:iam me offenditis: qui de meis in uos meritis præiudi caturus non ſum:quæ ſunt adhuc:& mea uoluntate:& ueſtra expecta tione læuiora. Sed tamen ſui laboris milites ſemper euentu belli:pre mia petiuerūt:qui qualis ſit futurus:ne uos quidem dubitatis: diligē tiam quidem ueſtrā:aut quem ad finem adhuc res proceſſit:fortunāq; cur prætercam? An pœnitet uos:quod ſaluum: atq; incolumem exerci tum:nulla omnino nauæ deſyderata:traduxerim? quod claſſem hoſtiū primo impetu aduenienſ ꝓfligauerim? quod bis per biduum equeſtri prælio ſuperauerim? quod ex portu ſinuq;: aduerſariorum.cc.naues honeratas adduxerim? Eoq; illos compulerim:ut neq; pedeſtri itinere neq; nauib⁹ cōmeatu iuuari poſſint. Hac uos fortuna:atq; his ducib⁹ repudiatis:corfinienſem ignominiam in Italiæ fuga:an in Hiſpaniaꝝ deditione:an in africi belli præiudicio:ſequimini? Eqdem me Cæſaris militem dici uolui:uos me imperatoris noīe appellauiſtis.cuius ſi uos pœnitet:ueſtrū uobis beneficium remitto:mihi meū reſtituite nomē: ne ad contumeliam honorem dediſſe uideamini. Qua oratione ꝑmoti milites:crebro etiam dicentem interpellabant: ut magno cum dolore infidelitatis ſuſpitionē ſuſtinere uiderent̃. Diſcedētē uero ex contiōe: uniuerſi cohortant̃: magno ſit animo:neu dubitet præliū cōmittere: & ſuam fidem uirtutēq; experiri: quo facto & cōmutata oīum uolun tate:& opinione conſenſu ſuo conſtituit Curio:cum primū ſit data po teſtas:prælio rem committere. Poſtero die productos loco eodem:quo ſuꝑioribus diebus cōſtiterat:in acie collocat. Ne Varrus quidē Actius dubitat copias producere:ſiue ſollicitandi milites: ſeu ſi æquo loco di micandi detur occaſio:ne facultatē prætermittat. Erat uallis inter duas acies:ut ſupra demonſtratū eſt:non ita magno: aut difficili: & arduo aſcenſu. Hanc uterq; ſi aduerſarioꝝ copiæ tranſire conarentur:expecta bat.quo æquiore loco præliū cōmitteret̃. ſimul a ſiniſtro cornu Actii: equitatus omnis:& una læuis armatura & interiecti cōplures:cū ſe in uallem dimitterent.cernebantur. Ad eos Curio equitatū: & duas mau rucinoꝝ cohortes mittit.quoꝝ primū impetū equites hoſtium non tu lerunt. Sed amiſſis equis:ad ſuos refugerūt:relicti ab his: qui una pro currerant.læuis armaturæ:circūueniebant̃:atq; interficiebantur ab no ſtris. Huc tota Varri conuerſa acies ſuos fugere: atq; concidi uidebat.

Tunc Rebilius legatus Cæſaris:quem Curio ſecum ex Sicilia duxerat: quod magnum habere uſum in re militari:ſciebat: perterritū inquit: hoſtem uides Curio:quid dubitas uti tēporis opportunitate? Ille unū eloquutus:ut memoria tenerēt milites:ea quæ pridie ſibi cōfirmaſſēt: ſequi ſe iubet:& præcurrit ante oēs:adeoq; erat impedita uallis: ut in aſcenſu niſi ſubleuati a ſuis primi:nō facile eniterent̃. Sed præoccupatis animis Actianoꝶ militum:tempore:& fuga: & cede ſuoꝶ: nihil de reſiſtendo cogitabant.oēſq; iam ſe ab equitatu circūueniri arbitrabantur.Itaq; priusq̃ tælum abiici poſſet: aut noſtri propius accederent: omnis Varri acies terga uertit:ſeq; in caſtra recepit: qua in fuga Fabius Pelignus quidam ex infimis ordinibus de exercitu Curionis primū agmen fugientiū conſequutus magna uoce Varrum noīe appellans: requirebat:uti unus eſſet ex eius militibus:& monere aliquid uelle: ac dicere uideretur. Vbi ille ſæpius appellat̃:aſpexit:ac reſtitit:& qs eſſet: aut quid uellet:quæſiuit.Humerum apertum gladio appetit: paulūq; abfuit:cum Varrum interficeret.quod ille periculū: ſublato ad eius conatum ſcuto:uitauit.Fabius a proximis militibus circūuentus interficitur:ac fugientiū multitudīe ac turba portæ caſtroꝶ occupantur: atq; iter impeditur: pluresq; in eo loco ſine uulnere quā in prælio:aut fuga intereunt.Neq; multum abfuit:quin etiam caſtris pellerentur:ac nonnulli protinus eodem curſu in oppidum contenderūt.Sed cum loci natura:tum munitio caſtroꝶ aditum ꝓhibebāt:quod ad prælium egreſſi Curionis milites:his rebus indigebant:quæ ad oppugnationē caſtroꝶ erant uſui.Itaq; Curio exercitū in caſtra reducit: ſuis oībus præter Fabiū incolumibus.Ex numero aduerſarioꝶ circiter ſexcentis interfectis: atq; uulneratis:qui oēs diſceſſu Curionis: multiq; præterea per ſimulationem uulnerum ex caſtris in oppidum propter timorē ſeſe recipiūt. Qua re aīaduerſa .Varrus ex terrore exercitus cognito Buccinatore in caſtris:& paucis ad ſpeciem tabernaculis relictis:de tertia uigilia ſilentio exercitum in oppidum reducit.Poſtero die Curio uticam obſidere: & uallo circūuenire inſtituit.Erat in oppido multitudo inſolens belli: diuturnitate otii: & uticēſes pro quibuſdā Cæſaris in ſe beneficiis illi amiciſſimi erant. Cum etiam ex uariis generibus cōſtaret terror ex ſuperioribus præliis magnus.Itaq; de deditione omnes palam loquebantur.Et cum.P. Actio agebant: ne ſua pertinacia oīum fortunas perturbare uellet.Hæc cum agerentur:nūcii præmiſſi ab rege Iuba:uenerūt: qui illum cum magnis copiis adeſſe dicerent. & de cuſtodia ac defenſione urbis adhortarentur.Quæ res eoꝶ perterritos animos confirmauit.nunciabantur hæc eadem Curioni:ſed aliquādiu fides fieri non poterat:tantam habebat ſuaꝶ rerum fiduciam.Itaq; Cæſaris in Hiſpaniam res ſecundæ.In Africam nuntiis ac litteris perferebantur.Quibus

omnibus rebus ſublatus:nihil contra ſe regem niſurum exiſtimabat. Sed ubi certis auctoribus comperit minus .v. &.xx.millibus longe ab utica eius copias abeſſe:relictis munitionibus ſeſe in caſtra corneliana recepit. Huc frumentū comportaret:caſtra munire:materiam conferre cœpit. Statimq; in Siciliam miſit uti duæ legiones: reliquuſq; eqtat? ad ſe mitterentur. Caſtra erant ad bellum ducēdum aptiſſima natura: & loci munitione. & maris ꝓpinqtate: & aquæ & ſalis copia. cuius magna uis iam ex proximis erat ſalinis eo congeſta: nō materia multitudine arboꝝ:non frumentū:cuius erāt pleniſſimi agri:deficere poterat. Itaq; ſuoꝝ oīum conſenſu Curio:reliquas copias expectare: & bellum ducere parabat. His conſtitutis rebus probatiſq; conſiliis: ex perfugis quibuſdam oppidanis audit Iubam reuocatum finitimo bello:& cōtro uerſiis leptitanoꝝ reſtitiſſe in regno. Saburam eius præfectū cum mediocribus copiis uticæ appropinquare. His auctoribus temere credens conſilium cōmutat:& prælio rem cōmittere conſtituit. multū ad hanc rem probandam ædiuuat adoleſcentia:magnitudo animi:ſuperioris tēporis prouentus:fiducia rei benegerendæ. his rebus impulſus equitatū omnem prima nocte ad caſtra hoſtium mittit ad flumen Bagradam: quibus præerat dabura:de quo ante erat auditum. Sed rex cum oībus copiis inſequebatur:& ſex millium paſſuum interuallo a Sabura conſederat:equites miſſi nocte iter conficiunt. Imprudentes atq; inopinātes hoſtes aggrediuntur. Numidæ.n.quadā barbara conſuetudine nullis ordinibus paſſim cōſederāt. Hos oppreſſos ſomno:& diſpſos adborti: magnum eoꝝ numerū interficiunt:multi perterriti perfugiūt: quo facto ad Curionem equites reuertuntur:captiuoſq; ad eū reducūt. Curio cum oībus copiis quarta uigilia exierat: cobortibus quinq; caſtris præſidio relictis:progreſſus millia paſſuum ſex equites conuenit: rem geſtam cognouit:ex captiuis quærit:quis caſtris ad Bagradam præſit: reſpondent Saburam. reliqua ſtudio itineris conficiendi quærere præter mittit:proximaq; reſpiciens ſigna. Videtis ne inquit milites captiuoꝝ orationē perfugis conuenire abeſſe regem:exiguas eſſe copias miſſas: quæ paucis equitibus pares eſſe non potuerunt. Proinde ad prædam: ad gloriam properate:ut iam de premiis ueſtris:& de referenda gratia cogitare incipiamus:erant per ſe magna:quæ geſſerāt:equites: præſertim cum eoꝝ exiguus numerus cum tanta multitudine numidaꝝ cōferretur. Hæc tamen ab his inflatius cōmemorabantur: ut de ſuis homines laudibus inſolenter quidē:ſed libenter prædicant. multa.n.præterea ſpolia præferebantur. capti hoīes:equiteſq; ꝓducebātur:ut qdqd intercederet temporis:hoc omne uictoriam morari uideretur. Ita ſpei Curionis:militum ſtudia non deerant. equites ſequi iubet ſeſe. iterq; accelerat:ut q̄maxime ex fuga perterritos adoriri poſſet. At illi itinere

ob eam cauſam prælia fiebant. In his cũ legio Cæſaris nona præſidiũ quoddam occupauiſſet: & munire cœpiſſet: huic loco propinquũ: & cõtrarium collem Pompeius occupauit: noſtroſq; opere prohibere cœpit: & cum una ex parte ꝓpe equũ aditum haberet: primũ ſagittariis: funditoribuſq; circunuectis: poſtea læuis armaturæ magna multitudine miſſa: tormentiſq; prolatis munitiones impediebat. Neq; erat facile noſtris uno tẽpore propugnare: & munire. Cæſar cum ſuos ex oĩbus partibus uulnerari uideret: recipere ſe ſtatuit: & loco excedere: erat per decliue receptus. Illi autẽ hoc acrius inſtabant: neq; regredi noſtros patiebantur: quod timore adducti locum relinquere uidebant̃. Dicit̃ eo tẽpore glorians apud ſuos Põpeius dixiſſe: non recuſare ſe: quin nulliꝰ uſus imperator exiſtimaret̃: ſi ſine maximo detrimento legiones Cæſaris ſeſe recepiſſent inde: quo temere eſſent ꝓgreſſæ. Cæſar receptui ſuoꝝ timens: crates ad extremũ tumulũ contra hoſtem proferri: & aduerſas locari. Inter has mediocri latitudine foſſam: tectis militibus obduci iuſſit: locumq; in omnes partes q̃maxime impediri. Ipſe idoneis locis funditores inſtruxit: ut præſidio noſtris ſe recipientibus eſſent. His rebus cõpletis: legiones reduci iuſſit. Pompeiani hoc inſolentius: atq; audacius noſtros premere: & inſtare cœperunt: crateſq; pro munitione obiectas propulerũt: ut foſſas tranſcenderẽt. Quod cum aĩaduertiſſet Cæſar: ueritus ne non reducti: ſed reiecti uiderentur: maiuſq; detrimentum caperetur: a medio fere ſpatio ſuos per Antonium: qui ei legioni præerat: cohortatus tuba ſignũ dari: atq; in hoſtes impetũ fieri iuſſit: milites legionis nonæ ſubito conſpicati pila cõiecerunt: & ex ĩferiore loco aduerſus pilum incitati curſu præcipites Põpeianos egerũt. quibus ad recipiendum crates directæ: longuriiq; obiecti: & inſtitutæ foſſæ magno impedimento fuerunt. Noſtri uero: qui ſatis habebant ſine detrimento diſcedere: cõpluribus interfectis: quinq; omnino ſuoꝝ amiſſis: quietiſſime ſe receperũt. pauloq; circa eum locum morati: aliis cõpræhenſis collibus: munitiones ꝑfecerũt. erat noua & inuſitata belli ratio: cum tot caſtelloꝝ numero: tantoq; ſpatio: & tãtis munitionibus & tanto obſidionis genere: tum etiam reliquis rebus. Nam quicunq; alterum obſidere conati ſunt: ꝑculſos atq; infirmos hoſtes adorti: aut prælio ſuperatos: aut aliqua offenſione permotos cõtinuerunt: cũ ipſi numero militum equitũq; præſtarent. cauſa autẽ obſidionis hæc fere eſſe conſueuit: ut frumento hoſtes ꝓhibebantur. At contra integras: atq; incolumes copias: Cæſar inferiore militũ numero continebat: cũ illi oĩum rerum copia abundarent. Quottidie enim magnus undiq; nauium numerus cõueniebat: quæ cõmeatum ſupportarẽt. neq; ullus flare uẽtus poterat: quin aliqua ex parte ſecundũ curſum haberet. Ipſe autẽ conſumptis oĩbus longe lateq; frumẽtis: ſũmis erat in anguſtiis:

ſed tamen hæc ſingulari patientia milites ferebant.recordabant̃ enim eadem ſe ſuꝑiore anno in Hiſpania perpeſſos. Labore & patientia maximum bellum confeciſſe . meminerant ad alexiam maximã ſe inopiã perpeſſos:multo etiam maiorẽ ad Auaricum maximaꝝ ſe gentium uictores diſceſſiſſe.Non illis hordeum cum daretur: non legumina recuſabant:pecus uero: cuius ſũma erat ex Epiro copia : magno in honore habebant:eſt etiam genus radicis inuentum ab iis:qui fuerant cũ Valerio:quod appellatur chara:quod admixtũ lacte:multũ inopiam leuat. Id ſimilitudinẽ panis efficiebat:eius erat magna copia:ex hoc effectos panes:cum in colloquiis Pompeiani famem noſtris obiectarent:uulgo in eos iaciebant:ut ſpem eoꝝ minuerent.Iamq; frumenta matureſcere incipiebant:atq; ipſa ſpes inopiam ſuſtentabat : quod celeriter ſe habituros copiam confidebant.Crebroq; uoces militũ in uigiliis colloqiſq; audiebantur:prius ſe cortice ex arboribus uicturos : quã Pompeium e manibus dimiſſuros libenter etiam ex perfugis agnoſcebant : equos eoꝝ tollerari.reliqua uero iumenta interiſſe : uti autẽ ipſos ualitudine non bona:cum anguſtiis loci:& odore tetro:& multitudine cadauerũ : & quottidianis laboribus inſuetos operũ:tum aquæ ſũma inopia affectos.oĩa enim flumina:atq; omnes riuos:qui ad mare ꝑtinebãt:Cæſar aut auerterat:aut magnis operibus obſtruxerat.atq; ut erant loca montuoſa & ad ſpecus anguſtiæ uallium: has ſublicis in terram dimiſſis : preſepſerat:terramq; aggeſſerat: ut aquam continerent . Itaq; illi loca neceſſario perſequi demiſſa:ac paluſtria:aut puteos fodere cogebãtur : atq; hunc laborem ad quottidiana opera addebant : qui tamen fontes a quibuſdã præſidiis aberant longius:celeriter æſtibus exareſcebãt. At Cæſaris exercitus optima ualitudine:ſũmaq; aquæ copia utebatur . tũ cõmeatus omni genere præter frumenti abundabat.quibus quottidie melius ſuccedere tẽpus:maiorẽq; ſpem maturitate frumentoꝝ ꝓponi uidebant.In nouo genere belli nouæ ab utriſq; bellandi rationes repiebant̃.Illi cum aĩaduertiſſent ex ignibus nocte cohortes noſtras ad munitiones excubare:ſilentio aggreſſi:uniuerſam intra multitudinẽ ſagittas coniiciebant:& ſe confeſtim ad ſuos recipiebant. quibus rebus noſtri uſu docti hæc reperiebãt remedia:ut alio loco ignes facerent. Interim certior factus.P.Sylla:quem diſcedens caſtris præfecerat Cæſar:auxilio cohorti uenit cum legionibus duabus: cuius aduentu fecile ſunt repulſi Pompeiani.neq; uero conſpectũ aut impetum noſtroꝝ tulerũt: primiſq; deiectis:reliqui ſe uerterunt:& loco ceſſerunt. ſed inſequẽtes noſtros:ne longius ꝓſequerẽtur:Sylla reuocauit. At plæriq; exiſtimãt: ſi acrius inſequi uoluiſſet:bellum eo die potuiſſe finiri: cuius conſiliũ repræhendendũ non uidetur . Aliæ enim ſunt legati partes atq; imperatoris:alter omnia agere ad præſcriptũ: alter libere ad ſũmam rerum

conſulere debet. Sylla a Cæſare caſtris relictus: liberatis ſuis: hoc fuit contentus: neq; prælio decertare uoluit. Quæ res tamen fortaſſe aliqué reciperet caſum: ne imperatorias ſibi partes ſumpſiſſe uideret̃. Pompe ianis magna res ad receptũ difficultaté afferebat. nam ex iniquo pro greſſi loco: in ſũmo conſtiterant: ſi per decliue ſeſe reciperent: noſtros ex ſuperiore inſequentes loco uerebantur: neq; multum ad ſolis occa ſum temporis ſupererat. Spe enim conficiendi negotii prope in nocté rem duxerant. Ita neceſſario: atq; ex tempore capto conſilio. Pompeius tumulum quendá occupauit: qui tantum aberat a noſtro caſtello: ut tæ lum tormentũue miſſum adigi non poſſet: hoc cõſedit loco: atq; eum cõminuit: oéſq; ibi copias continuit: eodem tépore duobus præterea lo cis pugnatum eſt. Nam plura caſtella Pompeius pariter diſtinéde ma nus cauſa téptauerat. ne ex ꝓximis præſidiis ſuccurri poſſet. Vno loco Volcatius Tullius impetum legionis ſuſtinuit cum cobortibus trib?: atq; eam loco depulit. Altero germani munitiones noſtras aggreſſi: cõ pluribus interfectis: ſeſe ad ſuos incolumes receperũt. Ita uno die ſex præliis factis: tribus ad Dyrrhachiũ: tribus ad munitiones: cum horum oĩum ratio haberet̃ ad duoꝝ milliũ numero ex Pompeianis cecidiſſe reperiebamus. euocatos: & manipulares. céturioneſq; complures. In eo fuit numero Valerius Flaccus. L. filius: eius qui prætor Aſiam obtinue rat: ſignaq; ſunt ſex militaria relata: noſtri non amplius quã. xx. oĩbus ſunt præliis deſyderati. ſed in caſtello nemo fuit omnino militum: qn uulneraretur: quattuorq; ex una coborte Centuriones oculos amiſerũt: & cum laboris ſui periculiq; teſtimoniũ afferre uellent: millia ſagittaꝝ circiter triginta in caſtellum coniecta: Cæſari renuntiauerunt: ſcutoq; ad eum relato ſceuæ centurionis: inuenta ſunt in eo foramina. ccxxx. quem Cæſar: ut erat de ſe meritus: & de rep. donauit millibus ducétis æris: atq; ab octauis ordinibus ad primipilum ſe traducere ꝓnũtiauit. Eius enim opera caſtellum conſeruatum eſſe magna ex parte cõſtabat coborté poſtea duplici ſtipendio: frumentoue: & ſpetiariis militarib?q; donis ampliſſime donauit. Pompeius noctu magnis additis munitio nibus: reliquis diebus turres extruxit: & in altitudiné pedũ. xv. effectis operibus uineis eam partem caſtroꝝ obtexit: & quinq; intermiſſis die bus: alteram noctem ſub nubilam nactus: extructis oĩbus caſtroꝝ por tis ad impediendũ obiectis: tertia inita uigilia: ſilentio exercitum edu xit: & ſe in antiquas munitiões recepit. Aetolia: acarnania: amphilocris per Caſſium Longinum: & Caluiſium Sabinum: ut demonſtrauimus: receptis: temptandá ſibi Achaiam: ac paulo longius ꝓgrediendũ exiſti mabat. Cæſar itaq; eo Fuſium Calenum miſit. Et. Q. Sabinũ: & Caſſiũ cum cobortibus adiungit: quoꝝ cognito aduentu: Rutilius Lupus: qui Achaiam miſſus a Pompeio obtinebat: Scrinium præmunire ĩſtituit:

ut Achaia Fuſium ꝓhiberet.Calenus Delphos Thebas:& Ortomeniũ de uoluntate ipſaꝝ ciuitatũ recepit: nõ nullas urbes per uim expugna uit.reliquas ciuitates circũmiſſis legationibus amicicia Cæſaris recon ciliare ſtudebat.In his rebus fere erat Fuſius occupatus.Oĩbus deĩceps diebus Cæſar exercitũ in aciem æquũ in locum produxit:ſi Pompeius prælio decertare uellet:ut pœne caſtris Pompeii legiões ſubiiceret: tan tumq; a uallo eius prima acies aberat : utine in eam tælo tormentoue adigi poſſet.Pompeius autẽ ut famam:& opinionẽ hoĩum teneret: ſic pro caſtris exercitum conſtituebat:ut tertia acies uallum contingeret. omniſq; eius inſtructus exercitus tælis ex uallo abiectis ꝓtegi poſſet. Hæc cum in Achaia:atq; apud Dyrrhachiũ gererent̃: Scipionemq;·in Macedoniã ueniſſe conſtaret:non oblitus priſtini inſtituti Cæſar: mit tit ad eum Clodium ſuum:atq; illius familiarem:quẽ ab illo traditum initio: & cõmendatũ in ſuoꝝ neceſſarioꝝ numero habere inſtituerat. Huic dat litteras:mandataq; ad eum:quoꝝ hæc erat ſũma:ſeſe omnia de pace expertum.nihil adhuc arbitrari uitio factum eoꝝ:quos eſſe au ctores eius rei uoluiſſet:quod ſua mandata perferre non opportuno tẽ pore ad Pompeium uererent̃.Scipionẽ ea auctoritate eſſe ut non ſolũ libere:quæ ꝓbaſſet:exponere:ſed etiam ex magna parte cõpellere: atq; errantem regere poſſet.Præeſſe autẽ ſuo noĩe exercitui:ut præter aucto ritatem uires quoq; ad coercendũ haberet.quod ſi feciſſet:qetẽ Italiæ: pacem prouinciaꝝ:ſalutem imperio uni oẽs acceptam relaturos. Hæc ad eum mandata Clodius refert:ac primis diebus:ut uidebatur:libẽter auditus:reliquis ad colloquiũ non admittitur.Caſtigato Scipione a Fa uonio:ut poſtea confecto bello reperiebamus:infectaq; re ſeſe ad Cæſa rem recepit.Cæſar quo facilius equitatũ Pompeianũ ad Dyrrhachium contineret:& pabulatione ꝓhiberet:aditus duos:quos eſſe anguſtos de mõſtrauimus:magnis opibus præmuniuit.caſtellaq; his locis poſuit. Pompeius:ubi nihil proficere equitatũ cognouit:paucis intermiſſis die bus rurſum eum nauibus ad ſe intra munitiones recipit.Erat ſumma inopia pabuli adeo.ut foliis ex arboribus ſtrictis.& teneris arundinum radicibus contuſis equos alerent. Frumenta enim quæ fuerant intra munitiones ſata:cõſumpſerunt.& cogebant̃ Corcyra:atq; Acarnania : longo interiecto nauigationis ſpatio:pabulum ſupportare : quoq; erat eius rei minor copia:hordeo adaugere. atq; his rationibus equitatum tolerarẽ. Sed non modo hordeum pabulumq; oĩbus in locis hærbæq; defectæ:ſed etiam fructus ex arboribus deficiebãt.corruptis equis ma cie conandum ſibi aliquid Pompeius de eruptione exiſtimauit. Erant apud Cæſarem ex equitum numero Allobroges duo fratres Roſcillius & Egus Adbucilli filii:qui principatũ in ciuitate multis annis obtinue rat:ſingulari uirtute hoĩes: quorum opera Cæſar oĩbus Gallicis bellis

optima fortiſſimaq; erat uſus. His domi ob eas cauſas ápliſſimos ma giſtratus mandauerat:atq; eos extra ordinem in ſenatum legendos cu rauerat.agroſq; in Gallia ex hoſtibus captos:præmiaq; rei pecuniariæ magna tribuerat.locupleteſq; ex egentibus effecerat.Hi ꝓpter uirtuté non ſolum apud Cæſarem in bonore erant:ſed etiam apud exercitum cari babebant̃:ſed fræti amicicia Cæſaris:& ſtulta:& barbara: arrogan tia deſpiciebant ſuos:ſtipendiumq; equitum fraudabát:& prædá oém domum auertebant:quibus illi rebus permoti uniuerſi Cæſarem adie runt:paláq; de eoꝝ iniuriis ſunt queſti.& ad cætera addiderunt:falſum ab his equitum numerum deferri:quoꝝ ſtipendium auerterent.Cæſar neq; tempus illud aíaduerſionis eſſe exiſtimans: & multa uirtuti eorũ concedens:rem diſtulit totam.illos ſecreto caſtigauit:quod queſtui eq tes haberent.monuitq; equites:ut ex ſua amicicia oía expectarent:& ex præteritis ſuis officiis reliqua ſparent:magná tamé hæc rei illis offen ſionem:& contéptionem ad oés attulit.Idq; ita eſſe:cum ex alioꝝ obie ctationibus:tum ex domeſtico iudicio:atq; animi conſcientia intellige bant.quo pudore adducti:& fortaſſe ſe non liberari:ſed in aliud tépus reſeruari arbitrati:diſcedere a noſtris:& nouá téptare fortuná:nouaſq; experiri amicicias cõſtituerũt:& cum paucis colloquuti clientibus ſuis: quibus tantũ facinus cõmittere audebant:primũ conati ſunt præfectũ equitum.G.Voluſenum interficere : ut poſtea bello confecto cognitũ eſt:ut cum munere aliquo perfugiſſe ad Pompeiũ uiderentur.poſtq̃ id difficilius uiſum eſt.neq; facultas perficiendi dabatur : q̃maximas po tuerunt:pecunias mutuati:perinde ac ſuis ſatiſfacere: & fraudata reſti tuere uellent:multis coemptis equis:ad Pompeiũ tranſierunt cum iis: quos ſui conſilii participes habebant.Quos Pompeius:quod erant ho neſto loco nati:& inſtructi liberaliter:magnoq; comitatu:& multis iu mentis uenerant:uiriq; fortes habebant̃: & in honore apud Cæſarem fuerant:quodq; nouũ & præter conſuetudiné acciderat: oía ſua præſi dia circũduxit:atq; oſtentauit.Nam ante id tépus nemo:aut miles:aut eques a Cæſare ad Pompeiũ tranſierat. cum pœne quottidie a Põpeio ad Cæſarem perfugerent.Vulgo uero in Epiro atq; Aetolia conſcripti milites:eaꝝq; regionũ oíum:quæ a Cæſare tenebantur.ſed hi cognitis omnibus rebus:ſeu quid in munitionibus perfectum non erat:ſeu qd a peritioribus rei militaris deſyderari uidebatur:téporibuſq; reꝝ & ſpa tiis locoꝝ:& cuſtodiaꝝ uera diligentia aíaduerſa prout cuiuſq; eorum: qui negotiis præerant:aut natura:aut ſtudium ferebant: hæc ad Pom peium oía detulerũt.quibus ille cognitis: eruptioniſq; iam ante capto conſilio:ut demonſtratũ eſt: tegmenta galeis milites ex uiminibus fa cere:atq; aggerem cõportare iubet.His peractis rebus:magnũ numeꝝ læuis armaturæ:& ſagittarioꝝ: aggeremq; omné noctu in ſcaphas &

naues actuarias imponit. & de media nocte cohortes ſexaginta ex ma ximis caſtris præſidiiſq; deductas : ad eam partem munitionū ducit: quæ ptinebant ad mare:lōgiſſimeq; a maximis caſtris Cæſaris aberāt. Eodem naues: quas demonſtrauimus:aggere & læuis armaturæ mili tibus cōpletas:quaſq; ad Dyrrhachiū naues longas habebat:mittit. & quid a quoq; fieri uelit:præcipit. ad eas munitiones Cæſar Lentulum Marcellinum quæſtoré cum legione nona poſitū habebat.huic : quod ualitudine minus cōmoda utebatur : Fuluium Poſthumium adiutoré ſūmiſerat.Erat eo loco foſſa pedum.xv.& uallum contra hoſtem in alti tudinem pedum.x.Tantūdemq; eius ualli agger in latitudiné patebat. ab eo intermiſſo ſpatio pedum ſexcentoꝝ . alter conuerſus in cōtrariā partem erat uallo humiliore paulo munitus . Hoc enim ſuperioribus diebus timens Cæſar:ne nauibus noſtri circūuenirent̃:duplicé eo loco fecerat uallum:ut ſi ancipiti prælio dimicaret̃:poſſet reſiſti: ſed operū magnitudo : & continens oīum dieꝝ labor:quo millia paſſuum in cir cuitu.xviii.munitiones erat cōplexus:pficiendi ſpatiū non dabat.Itaq; contra mare trāſuerſum uallum:qui has duas munitiones cōtingeret: nondum perfecerat.quæ res nota erat Pompeio delata per Allobroges perfugas.magnūq; noſtris attulit incōmodum.Nā ut ad mare noſtræ cohortes nonæ legionis excubuerant:acceſſere ſubito prima luce Pom peiani exercitus:nouuſq; eoꝝ aduentus extitit : ſimulq; nauibus circū uecti milites in interioré uallum tæla iaciebant : foſſæq; aggere cōple bantur:& legionarii interioris munitionis defenſores ſcalis admotis : tormentiſq; cuiuſq; generis:tæliſq; terrebant: magnaq; multitudo ſa gittarioꝝ ab utraq; parte circūfūdebat̃.Multū aūt ab ictu lapidū:quod unum noſtris erat tælum uiminea tegumenta galeis impoſita defen debant.Itaq; cum oībus rebus noſtri premerent̃:atq; ægre reſiſterét : aīaduerſum eſt uitium munitionis:quod ſupra demonſtratū eſt : atq; inter duos uallos:quo pfectum opus non erat:per mare nauibus expo ſitis:in aduerſos noſtros impetum fecerunt:atq; ex utraq; parte muni tione deiectos terga uertere coegerunt.hoc tumultu nuntiato: Marcel linus cohortes ſubſidio noſtris laborātibus ſūmittit.quæ ex caſtris fu gientes conſpicatæ:neq; illos ſuo aduentu confirmare potuerūt. neq; ipſæ hoſtium impetum tulerunt.Itaq; quodcūq; addebatur ſubſidio : id corruptū timore fugientiū:terrores & periculū augebat.Hoꝝ enim multitudine receptus impediebatur . in eo prælio cum graui uulnere eſſet affectus aquilifer:& uiribus deficeret: conſpicatus eqtes noſtros: hanc ego:inquit:& uiuus multos per annos magna diligētia defendi : & nunc moriens eadem fide Cæſari reſtituo . Nolite ergo cōmittere : quod ante in exercitu Cæſaris non accidit : ut rei militaris dedecus ad mittatur:incolumēq; ad eum referte:hoc caſu aquila conſeruat̃:oībus

primæ cohortis Centurionibus interfectis:præter principem priorem. Iamq; Pompeiani magna cæde noſtroꝝ caſtris Marcellini appropīqua bant:non mediocri terrore illato reliquis cohortibus &.M. Antonius: qui ꝓximū locum tenebat præſidioꝝ:ea re nuntiata:cum cohortibus. xii.deſcendens ex loco ſuꝑiore cernebatur. cuius aduentus Pōpeianos cōpreſſit:noſtroſq; firmauit:ut ſe ex maximo timore colligerent.Neq; multo poſt Cæſar ſignificatione per caſtella fumo facta:ut erat ſuꝑio ris tēporis cōſuetudo:deductis quibuſdā cohortibus ex præſidiis eodē uenit:qui cognito detrimento:cum aīaduertiſſet Pompeiū extra muni tiones egreſſum:caſtra ſecundū mare:ut libere pabulari poſſet:nec mi nus aditum nauibus habere:cōmutata ratione belli:quoniā propoſitū non tenuerat iuxta Pompeium munire iuſſit.qua perfecta munitione: aīaduerſum eſt a ſpeculatoribus Cæſaris cohortes quaſdam:quod īſtar legionis uideretur:eſſe poſt ſiluam:& in uetera caſtra duci.Caſtrorum hic ſitus erat.Suꝑioribus diebus : cū ſe noua legio Cæſaris obieciſſet Pompeianis copiis:atq; opera:ut demonſtrauimus:circūmuniret:caſtra eo loco poſuit.Hæc ſiluam quandā cōtingebant. neq; longius a mari paſſibus.cccc.aberant. poſt mutato conſilio quibuſdā de cauſis Cæſar paulo ultra eum locum caſtra tranſtulit. pauciſq; intermiſſis diebus hæc eadem Pompeius occupauerat.& quod eo loco plures erat legiōes habiturus:relicto interiore uallo:maiorem adiecerat munitionem. Ita minora caſtra incluſa maioribus:caſtelli atq; arcis locum obtinebant. Item ab angulo caſtroꝝ ſiniſtro munitionē ad flumen perduxerat cir citer paſſus.cccc.quo liberius:ac ſine periculo milites aquarentur. Sed is quoq; mutato cōſilio : quibuſdā de cauſis:quas cōmemorari neceſſe non eſt:eo loco exceſſerat.itaq; complures dies manſerant caſtra.muni tiones quidem integræ oēs erant:eo ſigno legionis illato ſpeculatores Cæſari renuntiarūt. Hoc quidam uiſum ex ſuperioribus quibuſdā ca ſtellis confirmauerant. Is locus aberat nouis Pompeii caſtris circiter paſſus.d. Hanc legionē ſperans Cæſar opprimere poſſe ſe : & cupiens eius diei detrimentū ſarcire:reliq̄t in opere cohortes duas : quæ ſpeciē munitionis præberent.ipſe diuerſo itinere quā potuit occultiſſime: re liquas cohortes numero.xxxiii.in q̄bus erat legio nona multis amiſſis centurionibus:diminutoq; militū numero:ad legionē Pōpeii: caſtraq; minora duplici acie duxit:neq; eum prima opinio fefellit.Nam & ꝑue nit priusq̄ Pompeius ſentire poſſet. &ſi erant munitiones caſtrorum magnæ:tamen ſiniſtro cornu:ubi erat ipſe Cæſar celeriter aggreſſus : Pōpeianos ex uallo deturbauit.erat obiectus portis eritius.hic pauliſꝑ eſt pugnatum:cum irrūpere noſtri conarentur. illi caſtra defenderent fortiſſime.T.Puleione : cuius opera proditum exercitum .G. Antonii demōſtrauimus:eo loco ꝓpugnante. Sed tamē noſtri uirtute uicerūt.

excifoq; eritio:primo in maiora caſtra:poſt etiam in caſtellũ:quod erat incluſum maioribus caſtris irruperunt.& quod eo pulſa legio ſeſe receperat:non nullos ſibi repugnantes interfecerũt.Sed fortuna:quæ plurimum poteſt:cum in reliquis rebus:tum præcipue in bello: paruis momentis magnas rerũ cõmutationes efficit:ut cum accidit. Munitioné enim:quã ꝑtingere a caſtris ad flumen ſupra demonſtrauimus:dextrũ Cæſaris cornu cohortes ignorantia ſunt ſequutæ. cum portam quærerent caſtroꝝ:quod eam munitionem eſſe arbitrarent̃ . quod cum eſſet aĩaduerſum coniunctã eſſe flumini:protinus his munitionibus defendente nullo tranſcenderũt : omniſq; noſter equitatus eas cohortes eſt ſequutus.Interim Pompeius hac longa ſatis interiecta mora:& renuntiata.v.legionem ab opere deductam:ſubſidio ſuis duxit:eodemq; tempore equitatus eius noſtris equitibus appropinquabat : & acies inſtructa a noſtris:qui caſtra occupauerant:cernebatur.oĩaq; ſunt ſubito mutata:Pompeiana enim legio celeri ſpe ſubſidii cõfirmata ab decumana porta reſiſtere conatur.atq; ultro in noſtros impetum faciebat eqtat⁹ Cæſaris:quod anguſto itinere per aggeres aſcendebat: receptui ſuo timens initiũ fugæ faciebat.Dextrũ cornu:quod erat a ſiniſtro ſecluſũ: terrore hoĩum aĩaduerſo:ne intra munitioné opprimeret̃:ex parte : ex qua ꝓruebat:ſeſe recipiebat.ac plæriq; ex iis ne in anguſtias inciderét. x.pedum munitionis ſeſe in foſſas præcipitét:primiſq; oppreſſis:reliq per hoꝝ corpora ſalutem ſibi atq; exitum pariebant.Siniſtro cornu milites cum ex uallo Pompeium adeſſe:& ſuos fugere cernerét:ueriti: ne anguſtiis intercluderent̃:cum extra & intus hoſtem haberent:eodem: quo uenerant:receſſu ſibi conſulebant.omniaq; erant tumultus:timoris:fugæ plena adeo:ut cum Cæſar ſigna fugientiũ manu præhéderet: & conſiſtere iuberet:alii dimiſſis equis eundem curſum cõficerét : alii ex metu etiam ſigna dimitterent:neq; quiſq̃ omnino conſiſteret.His tantis malis nec ſubſidia ſuccurrebãt:quo minus omnis deleretur exercitus.Sed Pompeius inſidias timés:credo: quod hoc præter ſpem eius acciderat:qui paulo ante ex caſtris fugientes ſuos cõſpexerat: munitionibus appropinquare aliquãdiu non audebat : equiteſq; eius anguſtis portis:atq; iis a Cæſaris militibus occupatis: ad inſequendũ tardabantur.Ita paruæ res magnũ in utrãq; partem momentũ habuerunt: munitiones enim a caſtris ad flumé perductæ:expugnatis iam caſtris Põpeii:propriam & expeditam Cæſaris uictoriam interpolauerũt. eadem res celeritate ſequentiũ tardata:noſtris ſaluté attulit.Duobus his uni⁹ diei præliis Cæſaris deſyderati ſunt:milites.dcccclx.& noti equites ro. cccc.& Tutianus Gallus ſenatoris filius & a Placentia.c.& a Puteolis. c.& a Capua.x.ſacrati uiri.& decem tribuni militũ:& ceturiones.xxxii. Sed hoꝝ oĩum pars magna in foſſis munitionibuſq; & flminis ripis

oppreſſa ſuoꝶ terrore ac fuga ſine ullo uulnere interiit. ſignaq; ſunt militaria.xxxii.amiſſa.Pompeius eo prælio īperator eſt appellatus.Hoc nomen obtinuit:atq; ita ſe ſalutari paſſus eſt.Sed neq; in litteris:quas ſcribere eſt ſolitus:neq; in faſcibus inſignia laureæ protulit. At Labie nus:cum ab eo impetrauiſſet:ut ſibi captiuos tradi iuberet: omneſq; deductos oſtentationis:ut uidebatur de cauſa:quo maior pfugis fides haberetur:cōmilitones appellans: & magna uerboꝶ cōtumelia interro gans:ſolerent ne ueterani milites fugere:in oīum cōſpectu interficit. His rebus tantum fiduciæ:ac ſpiritus acceſſit: ut non de ratione belli cogitarent:ſed uiciſſe iam ſibi uiderentur: non illi paucitaté noſtrorū militum:non iniquitaté loci:atq; anguſtias in præoccupatis caſtris: & ancipitem terrorem intra extraq; munitiones: non abſciſſum in duas partes exercitum:cum alter alteri auxiliū ferre non poſſet:cauſæ fuiſſe cogitabant.non hæc addebant non ex concurſu acri facto: non prælio dimicatum:ſibiq; ipſos multitudine atq; anguſtiis maius attuliſſe de trimentum:quá ab hoſte accepiſſent.Non deniq; cōmunes belli caſus recordabant̃:quoꝶ q̃paruulæ ſæpe cauſæ:uel falſæ ſuſpitionis: uel ter roris repentini: uel obiectæ religionis magna detrimenta intuliſſent: quotiens uel culpa ducis: uel tribuni uitio in exercitū eſſet offenſum. Sed perinde ac ſi uirtute uiciſſent: neq; ulla cōmutatio reꝶ poſſet acci dere:per orbem terraꝶ fama ac litteris uictoriā eius diei cōcelebrabāt. Cæſar a ſuperioribus conſiliis depulſus:omné ſibi cōmutandam belli rationem exiſtimauit.Itaq; uno tépore:præſidiis oībus deductis:& op pugnatione dimiſſa:coactoq; in unum locum exercitu contioné apud milites habuit.hortatuſq; eſt:ne ea quæ accidiſſent: grauiter ferrent: neue his rebus terrerent̃. multiſq; ſecundis præliis unum aduerſum: & id mediocre opponerét.Habendam fortunæ gratiam: quod Italiam ſine aliquo uulnere accepiſſent. quod duas hiſpanias bellicoſiſſimorū hoīum peritiſſimis atq; exercitatiſſimis ducibus pacauiſſent.quod fini timas frumentariaſq; prouincias in poteſtaté redegiſſent.deniq; recor dari debere:qua facilitate inter medias hoſtium claſſes: oppletis nō ſo lum portubus:ſed etiam littoribus:oés incolumes eſſent tranſportati. ſi non oīa cederent:ſecundá fortuná eſſe induſtria ſubleuandá. quod eſſet acceptum detrimenti: exercitus potius quá ſuæ culpæ debere tri bui:locum ſecurum ad dimicandum dediſſe. potitum eſſe ſe hoſtium caſtris:expuliſſe ac ſuperaſſe pugnantes:ſed ſiue ipſoꝶ pturbatio: ſiue error aliquis:ſiue etiam fortuna:paratam iam:preſentemq; uictoriam interpolaſſet:dandam oībus operam:ut acceptum incōmodum uirtute ſarciretur.Quod ſi eſſet factum:detrimentū in bonū uerterent: uti ad geruouiam accidiſſet:atq; is:q ante dimicare timuiſſet:ultro ſe prælio offerret.Hac habita concione:nōnullos ſigniferos ignominia notauit:

ac loco mouit.Exercitui quidē omni tātus inceſſit ex incōmodo dolor: tantumq; ſtudiū infamie ſarciendæ:ut nemo aut tribuni:aut cēturiōis imperium deſyderaret.& ſibi quisq; etiam pœne loco grauiores impo neret labores:ſimulq; omnes arderēt cupiditate pugnandi. cum ſupe rioris etiam ordinis nonnulli oratione permoti:manendum eo loco:& rem prælio cōmittendam exiſtimarēt. Contra ea Cæſar.neq; ſatis mili tibus perterritis confidebat.ſpatiumq; interponendum ad recreandos animos putabat.relictisq; munitionibus magnopere rei frumentariæ timebat.Itaq; nulla interpoſita mora:ſauciorum modo:& ægrorum ha bita ratione:impedimēta oīa ſilentio prima nocte ex caſtris Apolloniā præmiſit:ac conqeſcere ante iter confectū uetuit.His una legio miſſa præſidio eſt.his explicitis rebus: duas in caſtris legiones retinuit. reli quas de quarta uigilia cōpluribus portis eductas: eodē itinere præmi ſit:paruoq; ſpatio intermiſſo:ut & militare inſtitutū ſeruaretur: & ne citiſſima eius ꝑfectio cognoſceret:cōclamari iuſſit.ſtatimq; egreſſus: & nouiſſimū agmen cōſequutus:celeriter e conſpectu caſtroꝝ deceſſit. Neq; uero Pompeius:cognito conſilio eius:moram ullam ad inſequen dum intulit:ſed eadem ſpectās:ſi itinere impeditos:& ꝑterritos depræ hendere poſſet:exercitum e caſtris eduxit. equitatūq; præmiſit ad no uiſſimum agmen demorandū.Neq; conſequi potuit:quod multū expe dito itinere anteceſſerat Cæſar.ſed cum uentū eſſet ad flumē genuſū: quod ripis erat impeditis: cōſequutus equitatus nouiſſimos prælio de tinebat.Hinc ſuos Cæſar equites oppoſuit: expeditoſq; anteſignanos admiſit.cccc.qui tantū ꝑfecerunt:ut equeſtri prælio cōmiſſo:pellerent omnes:cōpluresq; interficerent:ipſiq; incolumes ſe ad agmen recipēt. Confecto iuſto itinere eius diei: quod propoſuerat Cæſar: traductoq; exercitu flumen genuſum: ueteribus ſuis in caſtris contra ſparagium conſedit.militeſq; oēs intra uallum caſtroꝝ continuit: equitatūq; per cauſam pabulandi emiſſum:confeſtim decumana porta in caſtra ſe re cipere iuſſit. Simili ratione Pompeius confecto eiuſdem diei itinere: in ſuis ueteribus caſtris ad Sparagium conſedit.eiuſq; milites: quod ab opere integris munitionibus uacabant: alii lignandi: pabulandiq; cauſa longius ꝑgrediuntur: alii quod ſubito conſilium ꝑfectionis ce perant:magna parte impedimentoꝝ & ſarcinaꝝ relicta:ad hæc repeten da inuitati propinquitate ſuperioꝝ caſtroꝝ: depoſitis in contubernio armis:uallū relinquebant.quibus ad ſequendū impeditis Cæſar quod fore prouiderat:meridiano fere tempore:ſigno profectionis dato: exer citum educit.duplicatoq; eius diei itinere.viii.millibus paſſuum ex eo loco procedit.quod facere Pompeius diſceſſu militum non potuit. Po ſtero die Cæſar:ſimiliter præmiſſis prima nocte impedimētis: de quar ta uigilia ipſe egreditur. ut ſiqua impoſita eſſet dimicandi neceſſitas:

ſubitum caſum expedito exercitu ſubiret. Hoc idem reliqs fecit dieb⁹: quibus rebus perfectum eſt: ut altiſſimis fluminibus atq; impeditiſſimis itineribus nullum accipet incõmodũ. Pompeius enim primi diei mora illata: & reliquoꝝ dieꝝ fruſtra labore ſuſcepto: cum ſe magnis itineribus extenderet: & ꝓgreſſos conſequi cuperet: quarta die finem ſequendi fecit: atq; aliud ſibi conſilium capiendũ exiſtimauit. Cæſari ad ſaucios deponendũ: ſtipendium exercitui dandum: ſocios cõfirmandos: præſidiũ urbibus relinquendũ: neceſſe erat adire Apolloniam. Sed his rebus tãtum tẽporis tribuit: quantũ erat ꝓperanti neceſſe. timẽſq; Domitio ne aduentu Pompeii præoccuparet̃: ad eum omni celeritate & ſtudio incitatus ferebatur. totius autẽ rei conſilium his rationibus explicabat: ut ſi Pompeius eodem cõtenderet: abductum illum a mari: atq; ab his copiis: quas Dyrrhachii cõparauerat: frumento ac cõmeatu diſtractum: pari condicione belli ſecum decertare cogeret. Si in Italiã trãſiret: cõiuncto exercitu cum Domitio per Illyricum Italiæ ſubſidio proficiſceretur. Sin Apolloniã Oricumq; oppugnaret: & ſi omni maritima ora excludere conaretur: obſeſſo tamen Scipione: neceſſario illum ſuis auxilium ferre cogeret. Itaq; præmiſſis nunciis ad. Gn. Domitiũ Cæſar ſcripſit. & quid fieri uellet: oſtendit. præſidioq; Apolloniæ cohortibus quattuor Liſſi una: tribus Orici relictis: quiq; erant ex uulnerib⁹ ægri depoſitis: per Epirum: atq; Acarnaniam iter facere cœpit. Pompeius quoq; de Cæſaris conſilio coniectura iudicans: ad Scipionẽ ꝓperandum ſibi exiſtimabat: ſi Cæſar iter illo haberet: ut ſubſidium Scipioni ferret. Si ab ora maritima Corcyraq; diſcedere nollet: quod legiones: equitatumq; ex Italia expectaret: ipſe ut oĩbus copiis Domitium aggrederetur. His de cauſis uterq; eoꝝ celeritati ſtudebat: ut ſuis eſſet auxilio ad opprimendos aduerſarios: ne occaſio tẽporis deeſſet. Sed Cæſarem Apollonia a directo itinere auerterat. Pompeius per Candauiam iter in Macedoniam expeditũ habebat. Acceſſit etiam improuiſo aliud incommodũ. quod Domitius: qui dies cõplures caſtris Scipiõis caſtra collata habuiſſet: rei frumentariæ cauſa ab eo diſceſſerat. & Heracliam Senticam: quæ eſt ſubiecta candauiæ iter fecerat: ut ipſa fortuna illum obiicere Pompeio uideretur. Hæc ad id tempus Cæſar ignorabat. Simul a Pompeio litteris per oẽs prouincias ciuitateſq; dimiſſis: quibus prælio ad Dyrrhachiũ facto: latius inflatiuſq; multo: quã res erat geſta: fama percrebruerat: pulſum fugere Cæſarẽ: pœne oĩbus copiis amiſſis. Hæc itinera infeſta reddiderant. Hæc ciuitates non nullas ab eius amicicia auerterant. quibus accidit rebus: ut plurimis amiſſis itineribus: a Cæſare ad Domitium: & ab Domitio ad Cæſarem nulla ratiõe iter cõficere poſſent. Sed Allobroges: & contonici: atq; eoꝝ familiares: quos perfugiſſe ad Põpeium demonſtrauimus: cõſpicati in itinere exploratores

Domitii:ſeu priſtina ſua conſuetudine:quod una in Gallia bella geſſerant:ſeu gloria illati:cuncta:ut erant acta:expoſuerunt. & Cæſaris ꝓfectionem:& aduentũ Pompeii docuerunt a quibus Domitius certior factus:uix.iiii.horaꝝ ſpatio antecedens:hoſtium beneficio periculum uitauit.& ad Eginium:quod eſt obiectum oppoſitũq; Theſſaliæ: Cæſari uenienti occurrit.coniuncto exercitu Cæſar Gomphos peruenit. quod eſt oppidum primũ Theſſaliæ uenientibus ab Epiro:quæ gens paucis ante menſibus ultro ad Cæſarem legatos miſerat: ut ſuis oĩbus facultatibus uteretᷣ.præſidiumq; ab eo militum petierat. Sed eo fama iam præcurrerat:quã ſupra docuimus:de prælio Dyrrhachino:quod multis auxerat partibus. Itaq; Androſthenes prætor Theſſaliæ cũ ſe uictoriæ Pompeii comitem eſſe mallet:quã ſocium Cæſaris in rebus aduerſis: omnem ex agris multitudinẽ ſeruoꝝ ac liberoꝝ in oppidum cogit.portaſq; præcludit.& ad Scipionẽ Pompeiumq; nũtios mittit:ut ſibi ſubſidio ueniant.ſe non confidere munitionibus oppidi : ſi celeriter non ſuccurrãt:longinquã oppugnationẽ ſuſtinere nõ poſſe. Scipio diſceſſu exercituũ a Dyrrhachio cognito: lariſſam legiones adduxerat. Põpeius nondum Theſſaliæ appropinquabat.Cæſar caſtris munitis: ſcalas muſculoſq; ad repentinã oppugnationẽ fieri:& crates parari iuſſit : qbus rebus effectis:cohortatus milites docuit:quantũ uſum haberet ad ſubleuandum oĩum rerum inopiam:potiri oppido pleno : atq; opulento. Simul reliquis ciuitatibus urbis huius exemplo inferre terrorem:& id fieri celeriter prius quã auxilia occurrerent.Itaq; uſus ſingulari militũ ſtudio:eodem:quo uenerat die:poſt horam nonam oppidum altiſſimis mœnibus oppugnare aggreſſus:ante ſolis occaſum expugnauit. & ad diripiendum militibus conceſſit.ſtatimq; ab oppido caſtra mouit : & metropolim uenit:ſicut nuntios expugnati oppidi:famamq; antecederet.Metropolitæ eodem primũ uſi conſilio:iiſdẽ permoti rumoribus : portas clauſerunt:muroſq; armatis cõpleuerunt. Sed poſtea caſu ciuitatis cõpræhenſis ex captiuis cognito quos Cæſar ad murum ꝓducendos curauerat:portas aperuerunt : quibus diligentiſſime conſeruatis : collata fortuna Metropolitum cum caſu Gomphenſiũ:nulla Theſſaliæ fuit ciuitas:præter lariſſeos:qui magnis exercitibus Scipionis tenebantur:quin Cæſari pareret.atq; impata faceret.Ille ſegetis idoneũ locum in agris nactus:quia prope iam matura erant:ibi aduentum expectare Pompeii:ac oẽm rationẽ belli conferre conſtituit. Põpeius paucis poſt diebus in Theſſaliam peruenit:concionatuſq; apud cunctum exercitũ ſuis agit gratias.Scipionis milites cohortatur: ut parata iam uictoria prædæ ac præmioꝝ uelint eſſe participes.receptiſq; oĩbus in una caſtra legionibus: ſuum cum Scipione honorem partitur. Claſſicumq; apud eum cani:& alterum illi iubet prætorium tẽdi: auctis copiis Pompeii:

duobuſq; magnis exercitibus cõiunctis: priſtina oĩum confirmat̃ opi nio: & ſpes uictoriæ augetur adeo: ut quidqd intercederet temporis: id morari reditum in Italiam uideretur. & ſi quando quid Pompeius tar dius: aut conſyderatius faceret: unius eſſe negotium diei: ſed illum de lectari imperio: & conſulares: prætorioſq; ſeruoꝝ habere numero dice rent. Iamq; inter ſe palam de præmiis ac ſacerdotiis contendebant: in annoſq; conſulatum definiebant. alii domos bonaq; eoꝝ: qui in caſtris erant Cæſaris: petebant. magnaq; inter eos in cõſilio fuit cõtrouerſia: oporteret ne. L. Hirtii: quod is a Pompeio ad parthos miſſus eſſet: ꝓxi mis comitiis prætoriis abſentis rationẽ haberi. cũ eius neceſſarii fidẽ implorarent Pompeii: ut præſtaret: quod ꝓficiſcenti promiſiſſet: ne per eius auctoritatẽ deceptus uideretur. reliqui in labore pari: ac periculo: ne unus omnes antecederet: recuſarent. Iamq; de ſacerdotio Cæſaris Domitius: Scipio: Spinterq;. Q. Lentulus quottidianis cõtentionibus ad grauiſſimas uerboꝝ contumelias palam deſcenderũt. Cũ Lentulus ætatis honorem oſtentaret. Domitius urbanam gratiam dignitatẽq; iactaret. Scipio affinitate Pompeii confideret. Poſtulauit etiam. L. Afra nium. proditionis exercitus Actius Rufus apud Pompeiũ: quod geſtũ in Hiſpania diceret. &. L. Domitius in conſilio dixit: placere ſibi bello confecto: ternas tabulas dari ad iudicandũ iis: qui ordinis eſſent ſena torii. belloq; una cum ipſis non interfuiſſent. ſententiaſq; de ſingulis ferrent: qui Romæ remanſiſſent. quiq; inter præſidia Pompeii fuiſſẽt: neq; operam in re militari præſtitiſſent. unam fore tabellam: qui libe randos omni periculo cenſerent. Alteram: qui capitis dãnarent. Tertiã: qui pecunia mulctarent. Poſtremo omnes: aut de honoribus ſuis: aut de præmiis pecuniæ: aut de ꝓſequendis inimiciciis agebant. Nec qb9 rationibus ſuperare poſſent: ſed quẽadmodũ uti uictoria deberent: co gitabant. Re frumentaria præparata: confirmatiſq; militibus: & ſatis longo ſpatio temporis a Dyrrhachinis præliis intermiſſo: quod ſatis perſpectum habere uideret̃: tentandũ Cæſar exiſtimauit quidnã Pom peius propoſiti aut uoluntatis ad dimicandũ haberet. Itaq; ex caſtris exercitum eduxit. aciemq; inſtruxit: propius ſuis locis: pauloq; a caſtris Pompeii longius cõtinentibus uero diebus: ut ꝓgrederet̃: a caſtris ſuis collibuſq; pompeianis aciem ſubiiceret. quæ res in dies confirmatiorẽ eius efficiebat exercitũ. Superius tamen inſtitutũ in equitibus: quod demonſtrauimus: ſeruabat. ut quoniam numero multis partibus eſſet inferior: adoleſcentes atq; expeditos ex anteſignanis electos milites ad pernicitatẽ armis inter equites præliari iuberet: qui quottidiana cõſue tudine uſum quoq; generis prælioꝝ ꝑciperent. His erat rebus effectũ: ut equites mille aptioribus etiam locis. vii. millia pompeianoꝝ militũ: cum adeſſet uſus: ſuſtinere auderẽt. neq; magnopere eoꝝ multitudine

terrerentur. Nam etiam per eos dies prælium ſecundũ equeſtre fecit. atq; unum Allobrogem ex duobus : quos pfugiſſe ad Pompeiũ ſupra docuimus:cum quibuſdã interfecit. Pompeius caſtris in colle habitis: ad infimas radices montis aciem inſtruebat.ſemper ut uidebat̃ : expe ctans:ſi iniquis locis Cæſar ſe ſubiiceret.Cæſar nulla ratiõe ad pugnã elici poſſe Pompeium exiſtimans hanc ſibi cõmodiſſimã belli rationẽ iudicauit:uti caſtra ex eo loco moueret.ſempq; eſſet in itineribus:hoc ſperans:ut mouendis caſtris pluribuſq; adeundis locis:cõmodiore paſ ſim frumentaria re uteretur.ſimulq; in itinere : ut aliquã occaſionem dimicandi nãciſceretur : & inſolitum ad laborem Pompeii exercitum quottidianis itineribus defatigaret.His conſtitutis rebus : ſigno iam profectionis dato tabernaculiſq; incenſis : aĩaduerſum eſt paulo ante extra quottidianã conſuetudinem longius a uallo eſſe aciem Pompeii progreſſam:ut non iniquo loco poſſe dimicari uideretur. Tunc Cæſar ad ſuos:cum iam eſſet agmẽ in portis:differẽdũ eſt:inquit: iter in pre ſentia nobis:& de prælio cogitandũ.Sicut enim ſemper depopoſcim⁹: animo ſumus ad dimicandũ parati.non facile occaſionem poſtea repe riemus.Confeſtimq; expeditas copias educit.Põpeius quoq;: ut poſtea cognitum eſt:ſuoꝝ oĩum hortatu ſtatuerat prælio decertare.Nãq; etiã in conſilio ſuperioribus diebus dixerat:priuſq̃ concurrerent acies.fore ut exercitus Cæſaris pelleretur.Id cum eſſẽt plæriq; admirati.ſcio me: inquit:pœne incredibilẽ rem polliceri:ſed rationẽ conſilii mei accipite: quo firmiore animo in prælium prodeatis:perſuaſi equitibus noſtris: id quod mihi ſe facturos confirmauerunt: ut cum propius ſit acceſſũ: dextrum Cæſaris cornu ab latere aperto aggrederent̃:ut circũuenta ab tergo acie:prius pturbatum exercitũ expellerẽt: quã a nobis tælum in hoſtem iaceretur.Ita ſine periculo legionũ & pœne ſine uulnere bellũ conficiemus.Id autẽ difficile non eſt : cum tantũ equitatu ualeamus. ſimul denuntiauit:ut eſſent animo parati in prælium. & quoniã fieret dimicandi poteſtas:ut ſæpe cogitauiſſent: neuſu manuq; reliquorum opinionẽ fallerent.Hunc Labienus excepit : ut cum Cæſaris copias de ſpiceret:Pompeii conſilium ſũmis laudibus efferret:noli:inquit: exiſti mare Pompeii hunc eſſe exercitũ:qui Galliam Germaniãq; deuicerit. omnibus interfui præliis:neq; temere incognitam rem pronuntio per exigua pars illius exercitus ſupeſt.magna pars deperiit:quod accidere tot præliis fuit neceſſe:multos interim autũni peſtilentia in Italia con ſumpſit.multi domum diſceſſerunt.multi ſunt relicti incõtinenti.An non audiſtis ex iis:qui per cauſam ualitudinis remanſerunt: cohortes eſſe Brũduſii factas.Hæ copiæ:quas uidetis ex delectis horum annoꝝ: in citeriore Gallia ſunt refectæ.& plæræq; ſunt ex colonis trãſpadanis. Attamẽ quod fuit roboris duobus præliis Dyrrhachinis interiit.Hæc

cũ dixiſſet:iurauit ſe niſi uictoré in caſtra non reuerſurum. reliquoſq; ut idem facerent:hortatus eſt. Hoc laudans Pompeius idem iurauit. nec uero ex reliqs fuit quisq̃ qui iurare dubitaret. Hæc cũ facta eſſent in conſilio:magna ſpe & læticia oĩum diſceſſum eſt. & iam aĩo uicto riam pcipiebant:quod de re tanta & a tam perito imperatore nihil fru ſtra confirmari uidebat̃. Cæſar cum Pompeii caſtris appropinquaſſet: ad hunc modum aciem eius inſtructam aĩaduertit. Erant in ſiniſtro cornu legiones duæ traditæ a Cæſare initio diſſenſionis ex.S.C. quaꝝ una prima:altera tertia appellabat̃. In eo loco ipſe erat Pōpeius. mediã aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat. Cilicenſis legio coniun cta cum cohortibus Hiſpanis:quas traductas ab Eranio docuimus:in dextro cornu erant collocatæ. has firmiſſimas ſe habere Pompeius exi ſtimabat. Reliquos inter aciem mediã:cornuaq; interiecerat. numeroq; cohortes.cx.expleuerat. Hæc erant millia.lv.euocatoꝝ circiter duo:quæ ex beneſitiariis ſuperioꝝ exercituũ ad eum cõuenerant. quæ tota acie diſperſæ erant:reliquas cohortes.vii.caſtris: ꝓpinquiſq; caſtellis præſi dio diſpoſuerat. Dextrum cornu eius riuus qdam impeditis ripis mu niebat:quã ob cauſam cunctũ equitatũ: ſagittarios: funditoreſq; oẽs in ſiniſtro cornu obiecerat. Cæſar ſuperius inſtitutũ ſeruans decimã legionem in dextro cornu. nonam in ſiniſtro collocauerat. tam&ſi erãt Dyrrhachinis præliis uæhemẽter attenuatæ huic adiunxit ſic octauã: ut pœne unam ex duabus efficeret:atq; alterã alteri præſidio eſſe iuſſe rat. Cohortes in acie.lxxx.conſtitutas habebat:quæ hoĩum ſũma erat. M.xxii.cohortes duas in caſtris præſidio reliquerat. Siniſtro cornu An tonium. dextro.P.Syllam. media acie.Gn.Domitiũ præpoſuerat. Ipſe contra Pompeium cõſtitit. Simul his rebus aĩaduerſis: quas demõſtra uimus:timens:ne a multitudine equitũ dextrum cornu circũueniret̃: celeriter ex tertia acie ſingulas cohortes detraxit: atq; ex his quartam inſtituit. equitatuiq; oppoſuit. & quid fieri uellet:oſtẽdit. monuitq; eiꝰ diei uictoriam in eaꝝ cohortiũ uirtute cõſtare. ſimul tertiæ aciei totiq; exercitui imperauit:ne iniuſſu ſuo concurreret. Secum id fieri uellet: uexillo ſignum daturum. exercitum cum militari more ad pugnam co hortaretur:ſuaq; in eum perpetui tẽporis officia prædicaret:in primis cõmemorauit teſtibus ſe militibus uti poſſe: quanto ſtudio pacem pe tiſſet. quæ per Vatinium in colloquiis: quæ per.A.Claudium cum Sci pione egiſſet. Quibus modis ad Oricum cum Libone in mittendis le gatis contendiſſet. neq; ſe unq̃ abuti militum ſanguine. neq; remp. alterutro exercitu priuare uoluiſſe. hac habita oratione expoſcentibus militibus:& ſtudio pugnæ ardentibus:tuba ſignum dedit. Erat Craſti nus euocatus in exercitu Cæſaris: qui ſupiore anno apud eum primũ pilum in legione decima duxerat:uir ſingulari uirtute. hic ſigno dato:

ſequimini me:inquit:manipulares mei:qui fuiſtis:& ueſtro impatori: quã conſtituiſtis:operam date. Vnum hoc prælium ſupereſt: quo con fecto:& ille ſuam dignitatẽ: & nos noſtram libertatẽ recuperabimus. ſimul reſpiciens ad Cæſarem: faciam:inquit: hodie imperator : ut aut uiuo mihi:aut mortuo gratias agas.Hæc cũ dixiſſet primus ex dextro cornu procurrit : atq; eum milites electi circiter.cxx.uoluntarie eiuſdẽ centuriæ ſunt proſequuti . inter duas acies tantũ erat relictum ſpatii: ut ſatis eſſet ad concurſum utriuſq; exercitus.Sed Pompeius ſuis præ dixerat:neu Cæſaris impetum exciperẽt:neue ſe loco mouerent. aciẽq; eius diſtrahi paterent̃.idq; admonitu.G.Triarii feciſſe uidebat̃: ut pri mus excurſus:uiſq; militum infringeret̃:acieſq; diſtenderet̃ : atq; in ſuis ordinibus diſpoſiti:diſperſos adorirentur.leuiuſq; caſura pila ſpa bat in loco retentis militibus : quã ſi ipſi immiſſis tælis occurriſſent. Simul fore:ut duplicato curſu Cæſaris milites exiſtimarent̃: & laſſitu dine conficerentur:quod nobis quidem nulla ratione factum a Põpeio uidetur:propterea quod eſt quædam animi incitatio : atq; alacritas na turaliter innata oĩbus:qui ſtudio pugnæ incendunt̃. Hanc non repri mere ſed augere imperatores debent.neq; fruſtra antiquitus inſtitutũ eſt:ut ſigna undiq; cõcurrerent:clamorẽq; uniuerſi tollerent.quibus re bus & hoſtes terreri:& ſuos incitari exiſtimauerũt. Sed noſtri milites dato ſigno cum infeſtis pilis ꝑcurriſſent:atq; aĩaduertiſſent nõ occur ri a Pompeianis:uſu periti:ac ſuperioribus pugnis exercitati:ſua ſpõte curſum repreſſerunt:& ad medium fere ſpatium cõſtiterunt:ut nõ cõ ſumptis uiribus appropinquarent:ꝯparuoq; intermiſſo tẽporis ſpatio: ac rurſus renouato curſu pila miſerunt.celeriterq;: ut erat præceptum a Cæſare:gladios ſtrinxerunt.Neq; uero Pompeiani huic rei defuerũt. Nam & tæla miſſa exceperũt.& impetum legionum tulerunt. & ordi nes conſeruauerũt.piliſq; miſſis ad gladios redierunt. Eodem equites tempore a ſiniſtro Pompeii cornu intenti:ut erat imperatum:uniuerſi procurrerũt.omniſq; multitudo ſagittarioꝝ ſe profudit:quoꝝ impetũ noſter equitatus non tulit:ſed paulum loco motus ceſſit.eqteſq; Pom peiani hoc acrius inſtare & ſe turmatim explicare : aciemq; noſtram a latere apto circuire cœperunt.quod ubi Cæſar aĩaduertit:quartæ aciei: quã inſtituerat:ex cohortium numero dedit ſignum . Illi celeriter pro currerunt.infeſtiſq; ſignis tanta ui in Pompeii equites impetum fece runt:ut eoꝝ nemo conſiſteret . oẽſq; cõuerſi nõ ſolum loco excederẽt: ſed protinus incitati fuga montes altiſſimos peterẽt.quibus ſũmotis: omnes ſagittarii: funditoreſq; deſtituti inermes ſine præſidio interfe cti ſunt.Eodem impetu cohortes ſiniſtrum cornu oppugnãtes:& iam tum reſiſtẽtes:in aciẹ Pompeiana circũierunt.eoſq; a tergo ſũt adorti. Eodem tẽpore tertiam aciem Cæſar:quæ qeta fuerat. & ſe ad id tẽpus

loco tenuerat: procurrere iuſſit. Ita cum recentes atq; integri defeſſis ſucceſſiſſent:alii autē a tergo adorirentur:ſuſtinere Pompeiani non potuerunt.atq; uniuerſi terga uerterunt.Neq; uero Cæſarem fefellit:q̄n ab his cohortibus:quæ contra equitatū in quarta acie collocatæ eſſēt : initiū uictoriæ oriretur.ut ipſe in cohortādis militibus ꝓnuntiauerat. Ab his enim primū eq̄tat⁹ ē pulſus.Ab iiſdē factæ cædes ſagittarioꝝ atq; funditorum . Ab iiſdem acies Pōpeiana a ſiniſtra parte erat circūuēta atq; initiū fugæ factū.Sed Pōpeius ut equitatū ſuū pulſū uidit: atq; eā partē:cui maxīe confidebat:ꝑterritā aīaduertit:aliiſq; q̄maxime diffiſus:acie exceſſit . protinuſq; ſe in caſtra equo contulit:& iis centurionibus:quos in ſtatione ad prætoriam portam poſuerat:clare: ut milites exaudirent : tueamini inquit caſtra:& defendite diligenter:ſiquid durius acciderit:ego reliquas portas circūeo:& caſtroꝝ præſidia confirmo.Hæc cum dixiſſet:ſe in prætorium contulit:ſūmæ rei diffidens.& tamen euentū expectans . Cæſar Pompeianis ex fuga intra uallum cōpulſis: nullum ſpatiū perterritis dare oportere exiſtimans : milites cohortatus eſt:ut beneficio fortunæ uterentur.caſtraq; oppugnarēt. qui &ſi magno æſtu fatigati:nam ad meridiem res erat ꝑducta:tamen ad omnem laborem animo parati.imperio paruerūt:caſtra a cohortibus : quæ ibi præſidio erant:relictæ:induſtria defendebant:multo etiā acri⁹ a thracibus:barbariſq; auxiliis.Nam qui acie refugerant milites:& aīo perterriti:ac laſſitudine confecti:miſſis plæriq; armis:ſigniſq; militaribus:magis de reliqua fuga:quā de caſtroꝝ defenſione cogitabāt.Neq; uero diutius:qui in uallo conſtiterant:multitudinē tæloꝝ ſuſtinere potuerunt.ſed confecti uulneribus locum reliquerūt. Protinuſq; omnes ducibus uſi centurionibus:tribuniſq; militum in altiſſimos montes : qui ad caſtra pertinebant:confugerūt. In caſtris Pompeii uidere licuit trichilas ſtratas.magnum argenti pondus expoſitū. recentibus ceſpitibus. tabernacula conſtrata. L.etiam Lentuli : & nō nulloꝝ tabernacula protecta hædera multa præterea:quæ nimiam luxuriam:& uictoriæ fiduciā deſignarent.ut facile exiſtimari poſſet.Nihil eos de euentu eius diei timuiſſe:quin:non neceſſarias cōquirerent uoluptates . atq; ii miſerrimo ac potentiſſimo exercitui Cæſaris luxuriē obiiciebāt:cui ſemꝑ omnia ad neceſſarium uſum defuiſſent.Pompeius iam cū intra uallū noſtri uerſarentur equum nactus:detractis inſignibus imperatoris:decumana porta ſe ex caſtris eiecit.protinuſq; equo citato:lariſſam cōtendit.Neq; ibi cōſtitit.ſed eadem celeritate paucos ſuos ex fuga nactus: nocturno itinere non intermiſſo:comitatu equitum.xxx. ad mare ꝑuenit.nauemq; frumentariā conſcendit.ſæpe:ut dicebatur:querens tantū ſe opinionem fefelliſſe:ut a quo genere hoīum uictoriam ſperaſſet.ab eo initio fugæ facto pœne proditus uideretur.Cæſar caſtris potitus:a

militibus cōtendit.ne in præda occupati:reliq negotii gerēdi facultatē dimitterent:qua re impetrata : montem opere circūmunire inſtituit. Pompeiani:quod is mons erat ſine aqua:diffiſi ei loco:relicto monte: uniuerſi ſimul lariſſam uerſus ſe recipere cœperunt. qua re aīaduerſa Cæſar copias ſuas diuiſit. partemq; legionū in caſtris Pompeii remanere iuſſit:partem in ſua caſtra remiſit.quattuor ſecū legiones duxit: cōmodioreq; itinere Pompeianis occurrere cœpit. & progreſſus millia paſſuū.vi.aciem inſtruxit. qua re aīaduerſa Pōpeiani in quodam mōte conſtiterunt.Hunc montem flumen ſubluebat.Cæſar milites cohortatus eſt:&ſi totius diei cōtinenti labore erāt cōfecti.noxq; iam ſuberat: tamen munitione flumen a mōte ſecluſit:ne noctu Pompeiani aquari poſſent.quo ꝑfecto opere illi de deditiōe miſſis legatis agere cœperūt. pauci ordinis ſenatorii:qui ſe cum iis cōiunxerant:nocte fuga ſalutem petierunt.Cæſar prima luce oēs eos:qui in monte cōſederāt : ex ſuperioribus locis in planiciem deſcēdere:atq; ad terram arma ꝓiicere iuſſit: quod ubi ſine recuſatione fecerunt: paſſiſq; palmis proiecti ad terram flentes ab eo petierunt ſalutem:conſolatus conſurgere iuſſit.& pauca apud eos de lenitate ſua loquutus : quo minore eſſent timore omnes conſeruauit.militibuſq; ſuis cōmendauit:nequi eoꝝ uiolarentur. neu quid ſui deſyderarēt.Hac habita diligētia:ex caſtris ſibi legiones alias occurrere:& eas quas ſecum duxerat:inuicem reqeſcere : atq; in caſtra reuerti iuſſit.eodemq; die lariſſam peruenit.in eo prælio non amplius ducentos milites deſyderauit.ſed centuriones fortes uiros:circiter.xxx. amiſit.Interfectus eſt etiam fortiſſime pugnans craſtinus:cuius mentionem ſupra fecimus.gladio in os aduerſum coniecto. Neq; id fuit falſum:quod ille in pugnam ꝓficiſcens dixerat.Sic enim Cæſar exiſtimabat eo prælio excellētiſſimā uirtutem craſtini fuiſſe: optimeq; eum de ſe meritum iudicabat.Ex Pompeiano exercitu circiter millia.xv.cecidiſſe uidebantur.ſed in deditionē uenerunt amplius millia.xxiiii. nāq; etiam cohortes:quæ præſidio in caſtellis fuerant : ſeſe Syllæ ſimiliter dediderunt.multi præterea in finitimas ciuitates refugerunt. ſignaq; militaria ex prælio ad Cæſarem ſunt relata clxxx.& aquilæ.lviiii.L.Domitius ex caſtris in mōtem refugiens:cum uires eius laſſitudine defeciſſent:ab equitibus eſt interfectus.Eodem tēpore.D.Lællius cū claſſe ad Brunduſiū uenit:eademq; ratione:qua factū a Libone antea demonſtrauimus:Inſulam obiectam portui Brunduſino tenuit.Similiter Vatinius:qui Brunduſio præerat:teſtis inſtructiſq; ſcaphis elicuit: naues lællianas:atq; ex his longius ꝓductā unam quinqueremē: & minores duas in anguſtiis portus cepit. Itemq; per eqtes diſpoſitos aqua ꝓhibere claſſiarios inſtituit. Sed Lællius tēpore anni cōmodiore uſus ad nauigandum honerariis nauibus Corcyra Dyrrhachioq; aquam ſuis

ſupportabat. neq; a propoſito deterrebatᷣ. neq; ante prælium in Theſſalia factum: aut ignominia amiſſaꝝ nauium: aut neceſſariū reꝝ inopia: ex portu Inſulaq; expelli potuit. Iiſdem fere téporibus Caſſius cum claſſe Syrorum: & Phœnicum: Cilicum in Siciliam uenit. & cū eſſet Cæſaris claſſis diuiſa in duas partes: & dimidiæ parti præeſſet. P. Sulpitius præ tor: Libo ad fretum dimidiæ. M. Pompeius ad Meſſaná: prius Caſſius ad Meſſanam nauibus aduolauit: quá Pomponius de eius aduentu co gnoſceret. pturbatum q; eum nactus: nullis cuſtodiis: neq; ordinibus certis: magno uento & ſecúdo cóp'etas bonerarias naues: tæda: & pice: & ſtupa: reliquiſq; rebus: quæ ſunt aptæ ad incendia: in Pompeianam claſſem ímiſit: atq; oés naues incendit. xxxv. e quibus erát. xx. roſtratæ: tantuſq; eo facto timor inceſſit: ut cum eſſet legio præſidio Meſſanæ: uix oppidum defenderent. & niſi eo ipſo tépore quidam nuntii de Cæ ſaris uictoria per diſpoſitos equites eſſent allati: exiſtimabant plæriq; futurum fuiſſe: uti iam amitteretᷣ. Sed oportuniſſime nuntiis allatis: oppidum fuit defenſum. Caſſiuſq; ad Sulpitianá inde claſſem ꝓfectus eſt: Libonem applicatiſq; noſtris ad terram nauibus propter eundem timorem pari ut antea ratione egit. Caſſius ſecundum nactus uentū: bonerarias naues circiter. xl. præparatas ad incendium ímiſit: & flama ab utroq; cornu cópræbenſa: naues ſunt cóbuſtæ quinq;. Cūq; ignis magnitudine uenti latius ſerperet: milites: qui ex ueteribus legionibꝰ erant relicti præſidio nauibus: ex numero agroꝝ ignominiá non tule runt: ſed ſua ſponte naues cócenderunt: & a terra ſoluerunt: impetuq; facto in Caſſianam claſſem: quinqueremes duas: in quarum altera erat Caſſius: ceperunt. Sed Caſſius exceptus ſcapha refugit. Præterea duæ ſunt depræhenſæ triremes: neq; multo poſt de prælio facto in Theſſa lia cognitum eſt: ut ipſis Pompeianis fides fieret. Nam ante hoc tem pus fingi id a legatis amiciſq; Cæſaris arbitrabantᷣ. Quibus rebus co gnitis: ex his locis Caſſius cū claſſe diſceſſit. Cæſar oíbus rebꝰ relictis: perſequendū ſibi Pompeiū exiſtimauit: quaſcūq; in partes ex fuga ſe recepiſſet: ne rurſus copias cóparare alias: & bellum renouare poſſet. & quantúcunq; itineris equitatu efficere poterat: quottidie ꝓgrediebatᷣ: legionemq; unam minoribus itineribus ſubſequi iuſſit. Erat edictū Pompeii noíe Amphipoli propoſitū: uti oés eius prouinciæ iuniores græci: ciueſq; ro. iurandi cauſa cóuenirent. Sed utrum auertendæ ſuſpi cionis cauſa Pompeius ꝓpoſuiſſet: ut q̄diutiſſime longioris fugæ có ſilium occultaret: an nouis delectibus: ſi nemo premeret: Macedoniam tenere conaretur: exiſtimari non poterat. ipſe ad anchoram una nocte conſtitit. & uocatis ad ſe Amphipoli hoſpitibus: & pecunia ad neceſſa rios ſumptus irrogata: cognitoq; aduentu Cæſaris: ex eo loco diſceſſit. & Mitylenas paucis diebus uenit. biduum tépeſtate retétus: nauibuſq;

aliis additis actuariis in Ciciliam:atq; inde in Cyprum puenit. Ibi co gnoſcit cōſenſu oīum Antiocbenſiū:ciuiumq; ro. qui illic negotiaren tur:arcem ante captam eſſe: excludendi ſui cauſa : nuntioſq; dimiſſos ad eos:qui ſe ex fuga in finitimas ciuitates recepiſſe dicerētur: ne An tiocbiam adirent.id ſi feciſſent:magno eoꝝ capitis periculo futurum. Idem boc.L.Lentulo:qui ſupiore anno conſul fuerat.&.P. Lentulo cō ſulari:ac non nullis aliis acciderat Rbodi. Nam quicūq; ex fuga Pom peium ſequerent̃:atq; in Inſulā ueniſſent: oppido ac portu recepti nō erant:miſſiſq; ad eos nuntiis:ut ex bis locis diſcederent: contra uolun tatem ſuam naues ſoluerunt.Iamq; de Cæſaris aduentu fama ad ciui tates pferebatur.quibus cognitis rebus:Pompeius depoſito adeundæ Syriæ conſilio:pecunia ſocietatis ſublata:& a quibuſdā priuatis ſūpta: & æris magno pondere ad militarē uſum in naues impoſito:duobuſq; millibus boīum armatis:partim quos ex familiis ſocietatū delegerat. partim a negotiatoribus coegerat. quoſq; ex ſuis quiſq; ad banc rem idoneos exiſtimabat:Peluſium peruenit.ibi caſu rex erat Ptolemæus: puer ætate:magnis copiis cum ſorore Cleopatra gerens bellum.quam paucis ante mēſibus per ſuos ꝑpinquos atq; amicos regno expulerat: caſtraq; Cleopatræ non longo ſpatio ab eius caſtris diſtabant.Ad eum Pompeius miſit: ut pro boſpitio atq; amicicia patris Alexādria recipe retur:atq; illius opibus a calamitate tegeret̃.Sed qui ab eo miſſi erāt: confecto legationis officio:liberius cum militibus regis colloqui cœpe runt.Eoſq; bortari:ut ſuum officium Pompeio præſtarent. neue eius fortunam deſpicerent.In boc erant numero cōplures Pompeii milites: quos ex eius exercitu acceptos in Syria Gabinius Alexandriam tradu xerat.belloq; confecto apud Ptolemæum patrem pueri reliquerat.His tunc cognitis rebus: amici regis : qui propter ætatem eius in procura tione erant regni:ſiue timore adducti:ut poſtea prædicabant:ne ſollici tato exercitu regio.Pompeius Alexandriam:ægyptūq; occuparet: ſiue deſpecta eius fortuna: ut plærūq; in calamitate ex amicis inimici exi ſtunt:iis qui erant ab eo miſſi:palam liberaliter reſponderunt:eūq; ad regem uenire iuſſerunt.Ipſi clam conſilio inito: Acbillam præfectum regium ſingulari boīem audacia:&.L.Septimiū tri.militum ad interfi ciendum Pompeiū miſerunt.ab bis liberaliter ipſe appellatus:& quadā Septimii noticia productus: quod bello prædonum apud eum ordinē duxerat:nauiculā paruulā conſcendit cum paucis ſuis:& ibi ab Acbilla & Septimio interficitur.Item.L.Lentulus cōpræbendit̃ a rege:& in cu ſtodia necatur.Cæſar cum in Aſiam ueniſſet: reperibat.T.Appium co natū eſſe tollere pecunias ex Epbeſo ex Pbano Dianæ. eiuſq; rei cauſa Senatores oēs ex ꝓuincia uocaſſe: ut bis teſtibus ſūma pecuniæ utere tur.ſed interpolatū aduentu Cæſaris perfugiſſe.Ita duobus tēporibus

Ephesiæ pecuniæ Cæſar auxilium tulit. Item conſtabat Elide in téplo Mineruæ repetitis atq; enumeratis diebus: quo die prælium ſecundũ Cæſar fecit: ſimulacrum uictoriæ: quod ante ipſam Mineruam colloca tum erat: & ad ſimulacrum Mineruæ ſpectabat: ad ualuas ſe templi li menq; conuertiſſe. Eodem die Antiochiæ in Syria bis tantus exercitus clamor: & ſignoꝝ ſonus exauditus ẽ: ut in muris armata ciuitas diſcur reret. Hoc idem Ptolemaide accidit. pergami in occultis ac remotis té plis: quo præter ſacerdotes adire fas non eſt: quæ græci Adyta appellát: tympana ſonuerunt. Ité tralibus in téplo uictoriæ: ubi Cæſaris ſtatuã conſecrauerat: palma per eos dies in tecto inter coagméto lapidum ex pauimento extitiſſe oſtédebat̃. Cæſar paucos dies in Aſia moratus: cũ audiſſet Pompeiũ Cypri uiſum: cõiectás eum in egyptum iter habere propter neceſſitudines regni: reliquáq; eius loci opportunitaté: cum le gionibus: una quá ex Theſſalia ſe ſeq iuſſerat: & altera: quá ex Achaia a Fuſio legato euocauerat: equitibuſq; octingentis: & nauibus longis rhodiis decem: & Aſiaticis paucis: Alexandriá ꝑuenit. In his erát legio nibus hoium tria millia ducenti. Reliqui uulneribus ex præliis: & labo re: ac magnitudine itineris confecti conſequi non poterant. Sed Cæſar confiſus fama reꝝ geſtaꝝ: infirmis auxiliis ꝓficiſci non dubitauerat: omné ſibi locum tutum fore exiſtimans. Alexádriæ de Pompeii morte cognoſcit. atq; ibi primũ e naui egrediens clamorem militum audit. quos rex in oppido præſidii cauſa reliquerat. & concurſum ad ſe fieri uidet: quod faſces anteferrent̃. In hoc oĩs multitudo maieſtaté regiam minui prædicabat. Hoc ſedato tumultu: crebræ cõtinuis diebus ex cõ curſu multitudinis cõcitationes fiebát. cõpluresq; milites huius urbis oĩbus partibus interficiebant̃. quibus rebus aĩaduerſis: legiones ſibi alias ex Aſia adduci iuſſit: quas ex Pópeianis militibus confecerat. Ipſe enim neceſſario eteſiis tenebatur: qui nauigantibus Alexandria: ſunt aduerſiſſimi uenti. Interim controuerſias regum ad populum ro. & ad ſe quidem: ut ad conſulem pertinere exiſtimans: eo magis officio ſuo conuenire ſciebat: quod ſuperiori cõſulatu cũ patre Ptolemæo: & lege: & ſenatus con. ſocietas erat facta. oſtendit ſibi placere regẽ Ptolemæũ atq; ſororem eius Cleopatram exercitus: quos habebát: dimittere: & de controuerſiis iure apud ſe potius quá inter ſe armis decertare. Erat in procuratione regni propter ætatem pueri nutritius eius Eunuchus no mine Photinus. Is primũ inter ſuos queri: atq; indignari cœpit: Regẽ ad dicendam cauſam euocari. Deinde adiutores quoſdam conſcios ſui nactus ex regiis amicis exercitum a Peluſio clam Alexandriá euocauit. atq; eũdem Achillam: cuius ſupra meminimus: oĩbus copiis præfecit. Hunc incitatum ſuis: & regis inflatũ pollicitatioĩbus: quæ fieri uellet: litteris nuntiiſq; edocuit. in teſtamento Ptolemæi patris hæredes erát

ſcripti ex duobus filiis maior:& ex duabus ea:quæ ātecedebat:hæc uti
fierent:per oēs deos perq; fœdera:quæ Romæ feciſſet: eodē teſtamēto
Ptolemæus po.ro.obteſtabat̃. Tabulæ teſtamēti una per legatos eius
Romam erant allatæ:ut in ærario ponerentur:quæ cum propter publi
cas occupationes poni nō potuiſſent:apud Pōpeiū ſūt depoſitæ. Alteræ
eodem exemplo relictæ:atq; obſignatæ Alexandriæ ꝓferebant̃. De his
rebus cum ageretur apud Cæſarem:iſq; maxime uellet pro communi
amico atq; arbitro cōtrouerſias regū cōponere:ſubito exercitus regius
equitatuſq; oīs uenire Alexandriā nuntiat̃. Cæſari copiæ nequaq̃ erāt
tantæ:ut eis extra oppidum:ſi eſſet dimicandū:cōſideret.relinquebat̃:
ut ſe ſuis locis oppido teneret:conſiliūq; Achillæ cognoſceret. milites
tamē oēs in armis eſſe iuſſit:Regemq; hortatus eſt:ut ex ſuis neceſſa
riis:quos haberet maxime auctoritatis: legatos ad Achillan mitteret.
& quid eſſet ſuæ uoluntatis:oſtenderet. A quo miſſi Dioſcorides & Se
rapion:qui ambo legati Romæ fuerāt.magnāq; apud patrē Ptolemæū
auctoritatē habuerant:ad Achillan peruenerunt. quos ille cum in con
ſpectu eius ueniſſent:prius quā audiret:aut cuius rei cauſa miſſi eſſēt:
cognoſceret:corripi:ac interfici iuſſit. Quoꝝ alter accepto uulnere occu
patus per ſuos pro occiſo ſublatus:alter interfectus eſt:quo facto regē
ut in ſua poteſtate haberet:Cæſar effecit: magnāq; regiū nomē apud
ſuos auctoritatē habere exiſtimans. & ut potius priuato paucoꝝ & la
tronū conſilio:quā regio ſuſceptū bellū uideretur. Erant cum Achilla
copiæ:ut neq; numero:neq; genere hoīum; neq; uſu rei militaris con
temnendæ uiderētur. Millia enim uiginti in armis habebat: hi conſta
bant ex Gabinianis militibus:qui iam in cōſuetudine Alexādriæ uitæ
atq; licentiæ uenerant.& nomen diſciplināq; populi ro.didicerant.uxo
reſq; duxerant:ex quibus plæriq; liberos habebant.huc accedebant col
lecti ex prædonibus:latronibuſq; Syriæ Ciliciæq; prouinciæ: finitima
rumq; regionū. Multi præterea capitis damnati:exuleſq; conuenerant.
Fugitiuiſq; oībus noſtris certus erat Alexādriæ receptus: certaq; uitæ
condicio:ut dato noīe militum eſſent numero: quoꝝ ſiquis a domino
cōpræhenderet̃:conſenſu militum eripiebat̃:qui uim ſuoꝝ:quod in ſi
mili culpa uerſabantur:ipſi pro ſuo periculo defendebant. Hi regum
amicos ad mortem depoſcere. hi bona locupletum diripere: ſtipendii
augēdi cauſa. Regis domum obſidere: regno expellere alios:alios accer
ſere uetere quodam Alexandrini exercitus inſtituto cōſueuerant. Erant
præterea equitum millia duo:qui īueterauerāt. Hi oēs cōpluribus Ale
xandriæ bellis Ptolemæū patrem in regnum reduxerant. Bibuli filios
duos interfecerant. Bella cum ægyptiis geſſerant. Hunc uſum rei mili
taris habebant. His copiis uidens Achillas:paucitatēq; militū Cæſaris
deſpiciens occupabat Alexandriā. præterea oppidi partem:quam Cæſar

cum militibus tenebat: primo impetu domũ eius irrumpere conatus eſt. Sed Cæſar diſpoſitis per uias cohortibus:impetum eius ſuſtinuit: eodemq; tempore pugnatũ eſt ad portum:ac lõge maximã ea res attulit dimicationẽ. Simul enim deductis copiis cõpluribus uiis pugnabatur.& magna multitudine naues longas occupare hoſtes conabantur. Quaꝝ erant.l.auxilio miſſæ ad Pompeium.prælioq; in Theſſalia facto domum redierãt.Ille triremes oẽs:& quinqueremes aptæ: inſtructæq; oĩbus rebus ad nauigandũ.præter has.xxii.erant: quæ præſidii cauſa Alexandriæ eſſe conſueuerũt.conſtratæ oẽs:quas ſi occupaſſent: claſſe Cæſaris erepta.portũ:ac mare totũ in ſua poteſtate haberent.cõmeatu auxiliiſq; Cæſarem ꝓhiberent.Itaq; tanta eſt cõtentione actum:quãta agi debuit:cum ille celerem in ea re uictoriam:hicq; ſalutem ſuam cõſiſtere uiderent.Sed rem obtinuit Cæſar. oẽſq; eas naues & reliquas: quæ erant in naualibus:incendit.quod tã late tueri: & tã parua manu non poterat.confeſtimq; ad pharum nauibus milites expoſuit.pharus eſt in Inſula turris magna altitudine: mirificis operibus extructa:quæ nomen ab Inſula accepit. Hæc Inſula obiecta Alexandriæ portum efficit.Sed a ſuperioribus regionibus:in lõgitudinẽ paſſuum nongentoꝝ in mare iactis molibus anguſto itinere & ponte cũ oppido cõiungit̃. In hac ſunt Inſula domicilia egyptioꝝ:& uicus oppidi magnitudine: quæq; ubiq; naues:ſi imprudentia aut tẽpeſtate paululũ ſuo curſu deceſſerint:has more prædonum diripere cõſueuerũt.his autẽ inuitis: a quibus pharus tenetur:nõ poteſt eſſe ꝓpter anguſtias nauibus introitus in portum.hoc tum ueritus Cæſar hoſtibus in pugna occupatis: militibuſq; expoſitis Pharon appræhendit.atq; ibi præſidium poſuit. quibus eſt rebus effectum:uti tuto frumentũ:auxiliaq; nauibus ad eũ ſupportari poſſent.deduxit enim circum oẽs ꝓpinquas regiones: atq; inde auxilia euocauit.reliquis oppidi partibus ſic eſt pugnatũ:ut æquo prælio diſcederetur.& neutri pellerentur.Id efficiebant anguſtiæ loci: paucisq; utrinq; interfectis. Cæſar loca maxime neceſſaria complexus noctu premunit.Nec tractu oppidi pars erat regia exigua. in quã ipſe habitandi cauſa initio erat inductus.& theatrũ coniunctũ domui erat. quod arcis tenebat locum: adituſq; habebat ad portum: & ad reliqua naualia.has munitiones in ſequẽtibus auxit diebus:ut pro muro obiectas haberet:neu pugnare inuitus cogeretur. Interim filia minor Ptolemæi regis uacuam poſſeſſionẽ regni ſperans ad Achillan ſe ex regia traiecit.Vnaq; bellum adminiſtrare cœpit.ſed celeriter eſt inter eos de principatu controuerſia orta. quæ res apud milites largitiones auxit. Magnis enim iacturis ſibi quiſq; eorũ animos conciliabat. Hæc dum apud hoſtes geruntur: Photinus nutritius pueri: & procurator regni in parte Cæſaris cũ ad Achillã nũtios mitteret:hortaret̃q;:ne negotio

deſiſteret:neue:animo deficeret:indicatis: depræhenſiſq; internuntiis:
a Cæſare eſt interfectus . Hæc initia belli Alexandrini fuerunt .

A. HIRTII AVT OPII COMMENTARIORVM DE BELLO ALEXANDRINO LIBER QVARTVS.

b ELLO Alexandrino conflato:Cæſar e Rhodo atq; ex
Syria Ciliciaq; omnē claſſem accerſit. ex Creta ſagit
tarios:equites ab rege Nabatheoꝝ Malco euocat.tor
menta undiq; conquiri:& frumentum mitti: auxilia
adduci iubet.Interim munitiones quottidie opibus
augentur.atq; oēs oppidi partes :quæ minus firmæ
eſſe uiderentur:teſtudinibus atq; muſculis aptantur. ex ædificiis autē
per foramina in ꝓxima ædificia arietes īmittunt̃.quantūq; aut ruinis
deiicitur:aut per uim recipitur loci:in tantū munitiones proferuntur.
nam incendio fere tuta eſt Alexandria . quod ſine cōtignatione ac ma
teria ſunt ædificia.& ſtructuris:atq; fornicibus cōtinentur.tectaq; ſūt
rudere:aut pauimentis. Cæſar ſtudebat maxime : ut q̄anguſtiſſimam
partem oppidi:quā palus a meridie interiecta efficiebat:hanc operibus
uineiſq; agendis a reliqua parte urbis excluderet.illud expectās primū
ut cum eſſet in duas partes urbs diuiſa:acies uno conſilio atq; imꝑio
adminiſtraret̃. Deinde ut laborantibus ſuccurri : atq; ex altera oppidi
parte auxiliū ferri poſſet.In primis uero ut aqua pabuloq; abundaret :
quoꝝ alterius rei copiam exiguam : alterius nullam omnino facultatē
habebat:quodq; utrūq; palus large præbere poterat.Neq; uero Alexan
drinis in gerendis negotiis cūctatio ulla aut mora inferebatur . Nam
in oēs partes per quas fines ægypti regnumq; ꝑtinet:legatos cōquiſi
toreſq; delectus habendi cauſa miſerant. Nec minus in urbe maxime
armoꝝ erant inſtitutæ officinæ.Seruos præterea puberes armauerant:
quibus domini locupletiores : uictum quottidianū ſtipendiūq; præbe
bant.Hac multitudine diſpoſita munitiones ſemotaꝝ partiū tuebāt̃.
Veteranas cohortes uacuas in celeberrimis urbis locis habebant : ut
quacunq; regione pugnaretur : integris uiribus ad auxiliū ferendum
opponi poſſent.oībus uiis atq; angiportis undiq; triplicem uallū obdu
xerāt.Erat autē quadrato extructus ſaxo.nec minus quadraginta pedū
altitudinis habebat.quæq; partes urbis inferiores erant:has altiſſimis
turribus denoꝝ tabulatoꝝ munierant. Præterea alias ambulatorias to
tidem tabulatoꝝ confixerant ſubiectiſq; eis rotis funibus iumentiſq;
obiectis directis pluteis:in quācunq; erat uiſum partem : mouebant.
urbs fertiliſſima & copioſiſſima oīum reꝝ apparatus ſuggerebat. ipſi
homines ingenioſiſſimi atq; acutiſſimi:quæ a nobis fieri uiderant: ea

ſollertia efficiebāt:ut noſtri illoꝶ opera imitari uiderent̃.& ſua ſponte multa repiebant:unoq; tempore & noſtras munitiones infeſtabant:& ſuas defendebāt.atq; hæc principes in conſiliis cōcionibuſq; agitabāt: populū ro. paulatim in conſuetudinē eius regni uenire occupandi pau cis annis antea Gabinium fuiſſe in egypto . Pompeiū ſe ex fuga eodē recepiſſe: ac Cæſarem ueniſſe cum copiis : neq; morte Pompeii quicq̄ ꝓfectum:quo minus Cæſar apud ſe cōmoraret̃:quē ſi non expuliſſēt: futurū dicebant ex regno ꝓuinciam:idq; agendum mature. Nāq; eū intercluſum tēpeſtatibus ꝓpter anni tēpus recipe tranſmarina auxilia nō poſſe.Interim diſſenſione orta inter Achillā:qui ueterano exercitui præerat:& Arſinoen regis Ptolemæi minorem filiam:ut ſupra demon ſtratū eſt:cum uterq; utriq; inſidiaret̃: & ſūmam impii ipſe obtinere uellet:præoccupat Arſinoe per Ganymedem. Eunuchum nutritiū ſuū atq; Achillan īterficit.Hoc occiſo:ipſa ſine ullo ſocio & cuſtode omne impium obtinebat.exercitus Ganymedi traditur. hic ſuſcepto officio largitionē in milites auget.Reliqua pari diligentia adminiſtrat.Alexan dria eſt fere tota ſuffoſſa.ſpecuſq; habet ad nilum ptinentes: quibus aqua in priuatas domos inducitur: quæ paulatim ſpatio tēporis lique ſcit:ac ſubſidet.hac uti domini ædificioꝶ:atq; eoꝶ familiæ cōſueuerūt. Nam quæ flumine Nilo fert̃:adeo eſt limoſa atq; turbida: ut multos uarioſq; morbos efficiat.Sed ea plebs ac multitudo cōtenta eſt neceſſa rio:quod fons urbe tota nullus eſt.hoc tamē flumen in ea parte urbis erat:quæ ab Alexandrinis tenebatur. Quo facto eſt admonitus Gany medes poſſe noſtros aqua intercludi:qui diſtributi munitionū tuēdaꝶ cauſa uicatī ex priuatis ædificiis ſpecubus & puteis extracta aqua ute bantur.hoc ꝓbato conſilio:magnū ac difficile opus aggreditur. Inter ſeptis enim ſpecubus:atq; oībus urbis partibus excluſis: quæ ab ipſo tenebantur:aquæ magnā uim ex mari rotis ac machinationibus expri mere cōtendit.Hanc locis ſuperioribus fundere in partem Cæſaris nō intermittebat. Quāobrem ſalſior paulo præter conſuetudinē aqua tra hebatur ex primis ædificiis:magnāq; hoībus admirationē præbebat. Quam ob cauſam id accidiſſet.nec ſatis ſibi ipſi credebant.Cum ſe in feriores eiuſdem generis ac ſuperioris aqua dicerent uti:atq; antea cō ſueuerant: uulgoq; inter ſe conferebant: & deguſtando : quantum in ter ſe differrent aquæ : cognoſcebant. paruo uero tēporis ſpatio hæc ꝓpior bibi non poterat omnino. Illa inferior corruptior iam ſalſiorq; reperiebatur.quo facto dubitatione ſublata:tātus inceſſit timor:ut ad extremum caſum oēs deducti uiderent̃.Atq; alii morari Cæſarem dice rent:quin naues cōſcendere iuberet.Alii multo grauius extimeſcerent caſum:quod neq; celari Alexandrinis poſſent in apparanda fuga : cum hi tam paruo ſpatio ab ipſis neq; illis īminentibus atq; inſequētibus

ullus in naues receptus daret̃.Erat autẽ magna multitudo oppidanoꝝ
in parte Cæſaris:quã domiciliis ipſoꝝ non mouerat: quod ea ſe fidelẽ
palam noſtris eſſe ſimulabat:& diſceſſiſſe a ſuis uidebat̃:ut tum mihi
defendẽdi eſſent Alexandrini:quod neq; fallaces eſſent:neq; temerarii:
multa oratio fruſtra abſumeret̃.Cum uero uno tẽpore & natio eoꝝ &
natura cognoſcatur:aptiſſimũ eſſe hoc genus ad ꝑditionẽ nemo dubi
tare poteſt.Cæſar ſuoꝝ timorem cõſolatione & ratione minuebat.Nã
puteis foſſiſq; aquam dulcem poſſe reperiri affirmabat. Omnia enim
littora naturaliter aquæ dulcis uenas habere. quod ſi alia eſſet littoris
ægyptii natura:atq; oĩum reliquoꝝ:tamẽ quoniã mare libere tenerẽt:
neq; hoſtes claſſẽ haberent: ꝓhiberi ſeſe nõ poſſe quominus quottidie
aquã nauibus petere:uel a ſiniſtra parte a Pharetonio uel a detra Inſu
la:quæ diuerſæ nauigationes nunq̃ uno tẽpore aduerſis uentis præclu
deretur:fugæ uero nullum eſſe conſilium non ſolum iis:qui primã di
gnitatẽ haberent:ſed ne iis quidẽ:qui nihil:præterq̃ de uita cogitarẽt.
magno negotio impetus hoſtiũ aduerſos ex munitionibus ſuſtineri.
quibus relictis:nec loco:nec numero pares eſſe poſſent. dicebat autem
magnam moram & difficultatẽ aſcenſum in naues habere præſertim
ex ſcaphis.ſũmam eſſe contra in Alexandrinis uelocitatem: locoꝝq; &
ædificioꝝ noticiam.Hos præcipue in uictoria inſolentes:præcurſuros:
& loca excelſiora atq; ædificia occupaturos.ita fuga:nauibuſq; noſtros
ꝓhibituros: ꝓinde eius conſilii obliuiſcerent̃ : atq; omni ratione eſſe
uincendum cogitarent.Hac oratione apud eos habita:atq; oĩum men
tibus excitatis dat cẽturionibus negotiũ:ut reliquis operibus omiſſis:
ad fodiendũ puteos animũ conferant.neue quã partẽ nocturni tẽporis
intermittant. quo ſuſcepto negotio : atq; oĩum animis ad laborẽ inci
tatis:magna una nocte uis aquæ dulcis inuẽta eſt.ita operoſis Alexan
drinoꝝ machinationibus : maximiſq; conatibus non longi tẽporis la
bore occurſum eſt.Eo biduo legio.trigeſimaſexta ex dedititiis Pompe
ianis militibus cum frumento:armis:tælis:tormentis impoſitas in na
ues a Domitio Caluino ad littora Africæ paulo ſupra Alexandriam de
lata eſt.Hæ naues Euro:qui multos dies cõtinenter flabat: portum ca
pere ꝓhibebantur.Sed loca ſunt egregia oĩum illa regione ad tenẽdas
anchoras.hi cum diu retinerent̃:atq; aquæ inopia premerent̃:nauigio
actuario Cæſarem faciunt certiorẽ.Cæſar:ut per ſe conſilium caperet:
quid faciendũ uideretur:nauim conſcendit: atq; oẽm claſſem ſe ſequi
iuſſit.nullis noſtris militibus impoſitis: quod cum lõgius paulo diſce
deret:munitiones nudare nolebat.Cũq; ad eum locum acceſſiſſent:qui
appellatur Chæroneſus:aquandi cauſa:remiges in terrã expoſuit: nõ
nulli ex eo numero cum longius a nauibus prædatũ conceſſiſſent: ab
eq̃tibus hoſtiũ ſunt excepti: ex iis cognouerũt Cæſarẽ ipſum in claſſe

ueniſſe:nec ullos milites in nauibus habere. Qua re cõparata magnam
ſibi facultatẽ fortunam obtuliſſe benegerendæ rei crediderũt. Itaq; na
ues oẽs:quas paratas habuerant ad nauigandũ ꝓpugnatoribus inſtru
xerunt: Cæſariq; redeunti cum claſſe occurrerũt: qui duabus de cauſis
eo die dimicare nolebat:quod nullos milites in nauibus habebat:& ꝙ
poſt horam decimã diei res agebatur. nox autẽ allatura uidebatur ma
iorem fiduciam illis:qui locoꝝ fiducia cõfidebant ſibi etiam hortandi
ſuos auxiliũ defuturꝝ:quod nulla ſatis idonea eſſet hortatio: quæ neq;
uirtutem poſſet notare:neq; inertiam. quibus ex cauſis naues:quas po
tuit Cæſar:ad terram detraxit: quem in locum illos ſucceſſuros nõ exi
ſtimabat. erat una nauis rhodia in dextro Cæſaris cornu:longeq; ab re
liqs collocata. Hãc cõſpicati hoſtes nõ tenuerũt ſeſe. magnoq; impetu
quattuor ad eam cõſtratæ naues & complures apertæ cõtenderũt:cui
coactus eſt Cæſar ferre ſubſidium: ne turpiter in cõſpectu cõtumeliã
accciperet. quãq̃ ſiquid illi grauius accidiſſet:merito caſuꝝ iudicabat.
Prælium cõmiſſum eſt magna cõtentione rhodioꝝ:qui cum in oĩbus
dimicationibus & ſcientia & uirtute præſtitiſſent:tum maxime illo tẽ
pore totum honus ſuſtinere non recuſabant:nequod ſuoꝝ culpa detri
mentũ acceptũ uideretur. Ita prælium ſecundiſſimũ eſt factum. capta
eſt una hoſtiũ quadriremis. depreſſa eſt altera: alteraq; ꝑturbata. deĩde
omnes epibatis nudatæ: magna præterea multitudo in reliquis naui
bus ꝓpugnatoꝝ eſt interfecta·quod niſi nox prælium diremiſſet:tota
claſſe hoſtium Cæſar potitus eſſet. Hac calamitate ꝑterritis hoſtibus:
aduerſo uento leniter flante: naues honerarias Cæſar remulco uictrici
bus ſuis Alexandriam deducit:eo detrimento adeo ſunt fracti Alexan
drini:cum non iam uirtute ꝓpugnatoꝝ: ſed ſcientia claſſiarioꝝ ſe de
uictos uiderẽt. quibus & ſuꝑioribus locis ſubleuabant̃:ut ex ædificiis
defendi poſſent:& materiam cunctam obiicerent: quod noſtræ claſſis
oppugnationẽ etiam ad terram uerebant̃. Idem poſtea Ganymedes in
conſilio cõfirmauerat:ſeſe eas:quæ eſſent amiſſæ: reſtituturꝝ & nume
rum adaucturꝝ: magnaq; ſpe fiduciaq; ueteres reficere naues: accura
tiuſq; huic rei ſtudere:atq; inſeruire conſtituerũt. Ac tam&ſi amplius
ex nauibus longis in portu naualibuſq; miſerant: tamen reparandæ
claſſis cogitationẽ depoſuerunt. uidebant enim non auxilia Cæſaris:nõ
cõmeatus ſupportari poſſe:ſi claſſe ipſi ualerẽt. præterea nautici hoĩes
& urbis & regionis maritimæ quottidiano uſu a pueris exercitati ad
naturalem & domeſticũ uſum refugere cupiebant. & quantũ paruulis
nauigiis ꝑfeciſſent:ſentiebant. Itaq; omni ſtudio ad parandam claſſem
incubuerunt. Erant in oĩbus oſtiis portuũ nili: cuſtodiæ exigendi por
torii cauſa diſpoſitæ. naues ueteres erãt in occultis regiõis naualibus:
quibus multis annis ad nauigandum non erant uſi. Has reficiebant.

illas Alexandriam reuocabãt.deerant remi:porticus:gymnaſia publica ædificia detegebant.aſſeres remoꝝ uſum obtinebant. aliud naturalis ſollertia:aliud urbis copia ſubminiſtrabat.poſtremo non longam naui gationem parabant:ſed præſentis tẽporis neceſſitati ſeruiebant: & in ipſo portu cõfligendum uidebant.Itaq; contra oĩum opinionẽ quadri remes uigintiduas:quinqueremes quinq; cõfecerunt. ad has minores apertas cõplures adiecerunt.& in portu periclitati remigio.quid quæq; eaꝝ efficere poſſet:idoneos milites impoſuerũt:ſeq; ad confligendum oĩbus rebus parauerunt. Cæſar rhodias naues nouem habebat. Nam decẽ miſſis:una in curſu littore ægyptio defecerat pontias octo.lyceas quinq;:ex Aſia.xii.ex his erant q̃nqueremes:& quadriremes.x.reliquæ infra hanc magnitudinẽ & plæreq; apertæ.tamen uirtute militũ confi ſus:cognitis hoſtium copiis:ſe ad dimicandũ parabat.Poſtq̃ eo uentũ eſt:ut ſibi uterq; eoꝝ cõſideret:Cæſar Pharon claſſe circũuehit̃. aduer ſaſq; naues hoſtibus conſtituit.In dextro cornu Rhodias collocat:in ſi niſtro ponticas.Inter has ſpatium q̃ngentoꝝ paſſuum reliquit: quod ſatis eſſe ad explicãdas naues uidebatur. Poſt hunc ordinẽ reliquas na ues ſubſidio diſtribuit:quã quiſq; ſequatur:& cui ſubueniat:cõſtituit: atq; imperat.Non dubitanter Alexandrini claſſem ꝓducũt:atq; inſtru unt.In fronte collocant.xxii.reliquas ſubſidiarias in ſecundo ordine cõ ſtituũt. Magnũ præterea numerũ minoꝝ nauigioꝝ & ſcaphas decem producunt cum malleolis ignibuſq;.ſiquid ipſa multitudo:& clamor: & flama:noſtris terroris afferre poſſent. Erant inter duas claſſes uada tranſitu anguſto:quæ pertinent ad regionem Africæ:ſatiſq; diu inter ipſos eſt expectatũ:a quibus tranſeũdi fieret initium.Proptereaq; eis: qui tranſiiſſent ad explicandã claſſem & ad receptũ: ſi durior accidiſſet caſus:expeditiores fore uidebãt̃. Rhodiis nauibus præerat Euphranor animi magnitudine ac uirtute magis cum noſtris hoĩbus: quã cum græcis cõparandus.Hic ob notiſſimã ſcientiam:animiq; magnitudinẽ delectus eſt ab rhodiis:qui imperiũ claſſis obtineret: qui ubi Cæſaris animum auertit:uideris:inquit:Cæſar uereri:ſi hæc uada primus naui bus intraueris:ne prius dimicare cogaris:quã reliquã claſſem poſſis ex plicare:nobis rem cõmitte.nos prælium ſuſtinebimus. Neq; tuum iu dicium fallemus:dum reliqui ſubſequant̃.Hos quidem diutius in no ſtro cõſpectu gloriari:magno nobis & dedecori & dolori eſt.Cæſar illũ adhortatus: atq; oĩbus laudibus ꝓſequutus dat ſignum pugnæ: pro greſſas ultra uadum quattuor rhodias naues circũſiſtunt Alexandrini: atq; in eas impetum faciunt.Suſtinent illi: atq; arte ſollertiaq; ſe expli cant:ac tantum doctrina potuit:ut in diſpari numero nulla tranſuerſa hoſti obiiceret̃.nullius naues decederent:ſed ſemꝑ uenientibus aduer ſæ occurrerẽt.Interim ſũt reliquæ ſubſequutæ. Tũ neceſſario diſceſſũ

ab arte eſt:ꝑpter anguſtias loci atq; omne certamé in uirtute cōſtitit. Neq; uero Alexandriæ fuit quiſq̄ aut noſtroꝝ aut oppidanoꝝ:qui aut in opere aut in oppugnatione occupatū animū haberet.quin altiſſima tecta peteret.Minime auté erat par prælii certamen.Noſtris enim pulſis neq; terra:neq; mari effugium dabatur uictis.oīaq; uictoribus erát futura in incerto.Illi ſi ſuperaſſent nauibus:oīa tenerent.ſi inferiores fuiſſent:reliquam fortunam piclitarentur.Simul illud graue ac miſeꝝ uidebatur:per paucos de ſūma ac de ſalute oīum decertare. Quorum ſiquis aut aīo aut uirtute ceſſiſſet:reliquis etiam eſſet cauendū : qbus pro ſe pugnandi facultas non fuiſſet. Hæc ſuperioribus diebus ſæpe numero Cæſar ſuis expoſuerat:ut hoc maiori aīo contenderent : quod oīum ſalutem ſibi cōmendatam uiderent.eadem ſibi quiſq; contubernalem amicum notum proſequens erat obteſtatus ne ſuam atq; oīum ſalleret opinioné:quoꝝ iudicio delectus ad pugnam ꝓficiſceret̃. Itaq; hoc aīo eſt decertatum: ut neq; maritimis nauticiſq; ſollertia atq; ars præſidium ferret. neq; numero nauium præſtantibus multitudo prodeſſet. neq; flexi ad uirtuté ex tanta multitudine hoſtium uiri uirtuti noſtroꝝ poſſent adæquari. Capiunt̃ hoc prælio.x.biremes cum defenſoribus remigibuſq;:& deprimunt̃ tres : noſtris incolumibus oībus : reliqui ꝓpinquam fugam ad oppidum capiunt.quas ꝓtexerūt ex molibus:atq; ædificiis īminentibus.& noſtros adire propius ꝓhibuerunt. Hoc ne ſibi ſæpius accidere poſſet.omni ratione Cæſar cōtendendum exiſtimauit:ut Inſulam molemq; ad Inſulam ptinétem in ſuam redigeret poteſtaté.pfectis enim magna ex parte munitionibus:& oppidū: & illam:& urbem uno tépore téptari poſſe confidebat. quo capto conſilio cohortes.x.& læuis armaturæ electos: quos idoneos ex equitibus Gallis arbitrabat̃:in nauigia minora ſcaphaſq; imponit: inq; alteram Inſulæ partem diſtinendæ manus cauſa cum cōſtratis nauibus aggreditur:præmiis magnis ꝓpoſitis:qui primi Inſulam cepiſſent.ac primo impetū noſtroꝝ pariter ſuſtinuerūt.Vno enim tépore & ex tectis ædificioꝝ ꝓpugnabant.& littora armati defendebant.quapropter aſpitate loci non facilis noſtris aditus dabatur: & ſcaphis nauibuſq; longis.v. mobiliter & ſcienter anguſtias loci tuebantur. Sed ubi locis primum cognitis:uadiſq; pertétatis:pauci noſtri in littore cōſtiterunt:atq; hos ſunt alii ſubſequuti:cōſtanterq; in eos:qui in littore æquo inſtiterát: impetum fecerunt:oés pharitæ terga uerterunt. His pulſis: cuſtodia portus relicta:ad littora & uicū applicauerūt: ſeq; ex nauibus ad tuenda ædificia eiecerunt.neq; uero diutius ipſi ex munitione ſe continere potuerunt.Erat non diſſimile Alexandriæ genus ædificioꝝ:ut minora maioribus conferant̃.turreſq; editæ & coniunctæ muris locū obtinebát. neq; noſtri aut ſcalis aut cratibus aut reliqs rebus parati uenerát

ad oppugnandū:ſed terrore hoībus mentem cōſiliūq; eripit. & mēbra debilitat:ut tūc accidit.qui ſe in æquo loco ac plano pares eſſe confide bant:iidem perterriti fuga ſuorum & cæde paucorum triginta pedum altidudine in ædificiis conſtare auſi nō ſunt. ſeq; per molem in mare præcipitauerūt: & octingentoꝶ paſſuum interuallo ad oppidum enata uerunt:multi tamen ex his capti:interfectiq; ſunt.Sed numerus capti uoꝶ omnino fuit ſexcenti.Cæſar præda militibus conceſſa:ædificia di ripi iuſſit.caſtellumq; ad pontem:qui propior erat Pharo: cōmuniuit: atq; ibi præſidium poſuit.Hunc fuga pharitæ reliquerant:certiorē illū propioremq; oppido Alexandrini tuebant̃. ſed cum poſtero die ſimili ratione aggreditur:quod his obtentis duobus:oēm nauigioꝶ excurſū & repētina latrocinia ſublatum iri uidebant̃.Iāq; eos:qui præſidio eū locum tenebant:tormentis e nauibus ſagittiſq; depulerant.atq; in op pidum redegerant.& cohortiū trium inſtar in terram expoſuerāt.Non enim plures cōſiſtere anguſtiæ loci patiebant̃.reliquæ copiæ in naues ſtationem obtinebant:quo facto imperat pontem aduerſus hoſtē præ uallari.& qua exitus nauibus erat fornice extructo:quo fons ſuſtineba tur:lapidibus impleri:atq; obſtrui.quoꝶ altero opere effecto: nulla oīo ſcapha egredi poſſet:altero inſtituto:oēs Alexādrinoꝶ copiæ ex oppido ſe eiecere:& contra munitiones pontis latiore loco cōſtiterūt.Eodemq; tempore quæ cōſueuerant nauigia: per pontes ad incēdia honerariaꝶ emittere ad molem conſtituerūt.Pugnabat̃ a noſtris ex ponte:ex mole ab illis exq; area:quæ erat aduerſus pontem: & ex nauibus contra mo lem.In his rebus occupato Cæſare:militeſq; hortāte:remigū magnus numerus & claſſiarioꝶ ex longis nauibus noſtris in molem ſe eiecit. Pars eoꝶ ſtudio ſpectandi ferebatur.Pars etiam cupiditate pugnandi. hi primū nauigia hoſtium lapidibus ac fundis a mole repellebant. ac multum ꝓficere multitudine tæloꝶ uidebantur. Sed poſtq̄ ultra eum locum ab latere eoꝶ aperto auſi ſunt egredi ex nauibus: Alexandrini pauci ut ſine ſignis certiſq; ordinibus ſineratione ꝓdierāt:ſic temere in naues refugere cœperunt. Quoꝶ fuga incitati Alexandrini plures ex nauibus egrediebant̃.noſtroſq; acrius ꝑturbatos inſequebantur.Si mul qui in nauibus longis remanſerant:ſcalas rapere: naueſq; a terra repellere ꝓperabant:ne hoſtes nauibus potirent̃. quibus oībus rebus perturbati milites noſtri:cohortiū trium; qui in ponte ac prima mole conſtiterāt:cum poſt ſe clamorem exaudirent: fugam ſuoꝶ uiderent: magnam uim tæloꝶ aduerſi ſuſtinerent:ueriti: ne ab tergo circūueni rentur:& diſceſſu nauium omnino reditu intercluderent̃: munitionē in pontem inſtitutam reliquerunt. & magno curſu incitati ad naues contenderūt.Quoꝶ pars ꝓximas nacta naues multitudine hominum atq; honere depreſſa eſt.pars reſiſtens:& dubitans:quid eſſet capiendū

conſilii:ab Alexandrinis interfecta eſt. Non nulli feliciore exitu expeditas ad ancboras naues conſequuti incolumes diſceſſerũt. Pauci eleuati ſcutis:& animo ad conandũ nixi:ad ꝓxima nauigia adnatarũt. Cæſar quoad potuit cobortando ſuos ad pontem & munitiones contendere: eodem in periculo uerſatus eſt. Poſtq̃ uniuerſos cædere aĩaduertit: in ſuum nauigium ſe recepit. quo multitudo boĩum inſequuta cũ irrum peret:neq; adminiſtrandi:neq; repellendi a terra facultas daretur:fore: quod accidit:ſuſpicatus:ſeſe ex nauigio eiecit:atq; ad eas:quæ longius conſtiterant:naues adnatauit. Hinc ſuis laborãtibus ſubſidio ſcaphas mittens non nullos cõſeruauit. Nauigium quidẽ eius multitudine depreſſum militum una cum boĩbus interiit. Hoc prælio deſyderati ſũt ex numero legionarioꝝ militum circiter. cccc. & paulo poſt eũ numerũ claſſiarii:& remiges. Alexandrini eo loco caſtellum magnis munitionibus:multiſq; tormentis confirmauerũt. atq; egeſtis ex mari lapidibus libere ſunt uſi poſtea ad mittenda nauigia. Hoc detrimẽto milites noſtri tantũ abfuerunt:ut ꝑturbarentur:ſed incenſi potius: atq; incitati magnas acceſſiones fecerint in operibus boſtium expugnandis. In præliis quottidianis quandocũq; ſors obtulerat procurrentibus & erũpentibus Alexãdrinis manum compræbendẽdi multũ operibus & ardẽtibus ſtudiis militum. Nec diuulgata Cæſaris bortatio ſubſequi legionum aut laborem aut pugnandi poterat cupiditatẽ:ut magis deterrendi:& cõtinendi a ꝑiculoſiſſimis eſſent dimicationibus: quã incitandi ap pugnandũ Alexandrini:cum romanos & ſecundis rebus cõfirmari: & aduerſis incitari uiderent:neq; ullum belli tertium caſum noſſent: quo poſſent eſſe firmiores:ut cõiectura conſequi poſſumus:aut admoniti a regis amicis:qui in Cæſaris erãt præſidiis:aut ſuopte cõſilio per occultos nuntios regis probato:legatos ad Cæſarem miſerũt:ut dimitteret regem:tranſireq; ad ſuos pateret. Paratã enim oẽm multitudinẽ eſſe cõfectam tædio puellæ fiduciario regno damnatione crudeliſſima Ganymedis:facere id:quod rex imperaſſet. Quo ſi auctore in Cæſaris fidem amiciciamq; uentum eſſent nullius ꝑiculi timorẽ multitudini fore impedimẽto:quo minus ſe dederent. Cæſar &ſi fallacem gentem ſemperq; alia cogitantẽ alia ſimulantẽ bene cognitã babebat:tamẽ petentibus dare ueniam utile eſſe ſtatuit. Quod ſi quo facto ſentirẽt ea: quæ poſtularent manſuꝝ in fidem:dimiſſum regem credebat. Sin id: quod magis illoꝝ naturæ cõueniebat:ducem ad bellum gerendũ regẽ babere uellent:ſplendidius atq; boneſtius ſe contra regem: quã contra cõuenaꝝ:ac fugitiuoꝝ manum bellum eſſe geſtuꝝ. Itaq; regem cobortatus ut cõſuleret regno paterno: parceret præclariſſimæ patriæ: quæ turpibus incẽdiis & ruinis eſſet deformata. Ciues ſuos primũ ad ſanitatem reuocaret deinde conſeruaret fidem populo ro. ſibiq; præſtaret:

cum ipſe tantũ ei crederet:ut ad hoſtes armatos eum mitteret: dextra dextram tenens dimittere cœpit adultum iam ætate puerũ. At regius animus diſciplinis fallaciſſimis eruditus ne a gentis ſuæ moribus de generaret:flæns orare contra Cæſaré cœpit:ne ſe dimitteret. Nõ enim regnum ipſum ſibi conſpectu Cæſaris eſſe iucundius. Cõpreſſis pueri lachrymis Cæſar ipſe cõmotus:celeriter ſi illa ſentiret:fore eum ſecum affirmans dimiſit. Ille ut ex carceribus in liberũ curſum emiſſus:adeo contra Cæſarem acriter bellum gerere cœpit:ut lachrymas:quas in col loquio ꝓiecerat:gaudio uideretur ꝓfudiſſe. Accidiſſe hæc cõplures Cæ ſaris legati:amici centuriones militeſq; lætabant̃:quod nimia bonitas eius fallaciis pueri deluſa fuerit : quaſi id Cæſar bonitate tantũ addu ctus & non ꝓrudẽtiſſimo cõſilio feciſſet: cũ duce aſſumpto Alexãdrini nihilo ſe infirmiores factos ac languidiores romanos aĩaduerterent. Eludentibuſq; militibus regis ætatem atq; infirmitaté magnũ doloré acciperent:neq; ſe quicq̃ ꝓficere uiderent: rumoreſq; exiſterét magna Cæſaris præſidia:terreſtri itinere Syria Ciliciaq; adduci quod nõdum auditũ Cæſari erat. Cõmeatũ:qui noſtris mari ſupportabat̃: intercipe ſtatuerunt. Itaq; expeditis nauigiis : locis idoneis ad Canopum in ſta tione:diſpoſitis nauibus:inſidiabantur noſtris cõmeatibus. Quod ubi Cæſari nuntiatum eſt:claſſem iubet expediri atq; inſtrui. Præficit huic Tyberium Neronem:ꝓficiſcunt̃ in ea claſſe Rhodie naues:atq; in his Euphranor: ſine quo nulla unq̃ dimicatio maritima parum etiam feli citer cõfecta eſt. At fortuna:quæ plærũq; eos:quos plurimis beneficiis ornauit:ad durioré caſum reſeruat ſuperioꝝ tépoꝝ diſſimilis : Euphra norem ꝑſequebatur. Nam cum ad Canopum uentum eſt inſtructaq; utrinq; claſſis eſſet:& cõflixiſſet:& ſua conſuetudine Euphranor prius prælium cõmiſiſſet:& illic triremem hoſtium ꝑforaſſet:ac demerſiſſet: proximam longius inſequutus:parum celeriter inſequentibus reliqs : circũuentus ab Alexandrinis eſt. cui ſubſidium nemo tulit. ſiue quod in ipſo ſatis præſidii pro uirtute ac felicitate eius putarent eſſe: ſiue ꝙ ipſi ſibi timebant. Itaq; unus ex oĩbus eo prælio bene rem geſſit. ſolus cum ſua quadriremi uictrice periit. Sub id tempus Mithridates Perga menus magnæ nobilitatis domi:ſciẽtiæq; in bello:& uirtutis: fidei di gnitatiſq; in amicicia Cæſaris miſſus in Syriam Ciliciãq; initio belli Alexandrini ad auxilia acceſſenda cum magnis copiis:quas celeriter & propenſiſſima ciuitatũ uoluntate & ſua diligentia cõfecerat:itinere pe deſtri:quo cõiungitur ægyptus:Syriæ Peluſium adducit. Idq; oppidũ firmo præſidio occupatum ab Achilla ꝓpter opportunitaté loci. Nãq; tota ægypt⁹ maritimo acceſſu Pharo:pedeſtri Peluſio uelut caſtris mu nita exiſtimatur. repente magnis circũdatũ copiis: multiplici præſidio pertinaciter ꝓpugnantibus & copiarum magnitudine : quas integras

uulneratis defeſſiſq; ſubiiciebat:& pſeuerantia cōſtantiaq; oppugnan di:quo die eſt aggreſſus:in ſuam redegit poteſtatē.præſidiūq; ibi ſuū collocauit.Inde re bene geſta ad Cæſarē contendit.oēſq; eas regiones: per quas iter faciebat auctoritate ea:quæ plærunq; adeſt uictori: placa rat:atq; in amiciciam Cæſaris redegerat. Locus eſt fere regionū illarū nobiliſſimus:non longe ab Alexandria:qui noīatur Delta:quod nomē a ſimilitudine litteræ cepit.Nam pars quædam flumini Nili deriuata inter ſe duobus itineribus paulatim mediū inter ſe ſpatiū relinquens diuerſiſſimo ad littus interuallo a mari adiūgitur.Cui loco cum appro pinquare Mithridatē rex cognouiſſet: & tranſeundū ei flumen ſciret: magnas aduerſus eum copias miſit.quibus uel ſuperari : deleriq; Mi thridatem uel ſine dubio retinere poſſe credebat queādmodū aūt opta bat eū uinci:ſic ſatis habebat interclusum a Cæſare ſe retineri . Quæ primæ copiæ flumen a Delta tranſire : & Mithridati occurrere potue runt:prælium cōmiſerunt.feſtinantes præripere ſubſequentibus uicto riæ ſocietatē. Quoꝝ impetum Mithridates magna cum prudētia con ſuetudine noſtra caſtris uallatis ſuſtinuit.Cum uero incaute atq; inſo lenter ſuccedere eos munitionibus uideret:eruptione undiq; facta ma gnum numerū interfecit. quod niſi locoꝝ noticia reliqui ſe texiſſent : partimq; in naues:quibus flumen tranſierant:recepiſſent:funditus de leti eſſent.qui ut paululum ab illo timore ſe recrearunt:adiunctis iis : qui ſubſequebant̃:rurſus Mithridatem oppugnare cœperunt. Mittit̃ a Mithridate nūtius Cæſari:qui rem geſtam pferret.cognoſcit ex ſuis hæc eadem accidiſſe.ita pœne ſub idem tēpus & rex ad opprimendum Mithridatē ꝓficiſcitur: & Cæſar ad recipiendū celeriore fluminis Nili nauigatiōe eſt uſus:in qua magnā & paratam claſſem habebat.Cæſar eodem itinere uti noluit:ne nauibus in flumine dimicaret Sed circun uectus eo mari:quod Africæ partis eſſe dicitur:ſicuti ſupra demonſtra uimus:prius tamen regis copiis occurrit:quā is Mithridatem aggredi poſſet:eumq; ad ſe uictorem incolumi exercitu recepit.Cōſederat cum copiis rex loco natura munito:quod erat ipſe excelſior : planicies ex oī bus partibus ſubiecta.Tribus autē ex lateribus uariis genere munitio nibus tegebatur.Vnum latus erat adiectum flumini Nilo . alterū ædi tiſſimo loco ductum in partem caſtroꝝ obtinebat.Tertium palude cin gebat̃.Inter caſtra regis & Cæſaris iter flumen intercedebat anguſtū altiſſimis ripis:quod in Nilum effluebat. Aberat autē ab regis caſtris millia paſſuum circiter ſeptē. Rex cum hoc itinere uenire Cæſarē com periſſet:equitatū oēm expeditoſq; delectos pedites ad id flumen miſit: qui tranſitu Cæſarem prohiberent: & eminus ex ripis prælium impar inirent.Nullum enim proceſſum uirtus habebat:aut periculū ignauia ſubibat.quæ rex incendit dolore milites eqteſq; noſtros.ꝙ tandiu pari

prælio cum Alexãdrinis certaretur. Itaq; eodem tẽpore eqtes Germani diſperſi uada fluminis quærentes partim demiſſioribus ripis flumen tranarũt. & legionarii magnis arboribus exciſis: quæ lõgitudĩe utrãq; ripam cõtingerent ꝓiectis: repentinoq; aggere iniecto: flumen tranſie runt. quoꝝ impetum adeo ꝑtimuerunt hoſtes: ut in fuga ſpem ſalutis collocarent. Sed id fruſtra. nãq; ex ea fuga pauci ad regem refugerunt pœne omni reliqua multitudine interfecta. Cæſar re præclariſſime ge ſta: cum ſubitum aduentũ ſuum iudicarent magnũ terrorẽ Alexandri nis iniectuꝝ: protinus uictor ad regis caſtra cõtendit. Hæc cum & ope magno uallata: & loci natura munita aduerteret: cõfertamq; armatoꝝ multitudinẽ collocatamq; in uallo uideret: laſſos itinere: ac præliando milites ad oppugnanda caſtra ſuccedere noluit. Itaq; non magno inter uallo relicto ab hoſte caſtra poſuit. Poſtero die caſtellum: quod rex in proximo uico non longe a ſuis caſtris munierat: brachiiſq; cum opere caſtroꝝ cõiunxerat: uici obtinendi cauſa Cæſar aggreſſus oĩbus copiis expugnat. Non quod id minori numero militũ conſequi difficile factu putaret. ſed ut ab ea uictoria ꝑterritis Alexãdrinis ꝓtinus caſtra regis oppugnaret. Itaq; eo curſu: quo refugientes Alexãdrinos ex caſtello in caſtra ſunt milites inſequuti: munitionibus ſucceſſerunt: acerrimeq; eminus præliari cœperunt. duabus ex partibus aditus oppugnationis noſtris dabatur. una: qua liberum acceſſum habere demõſtraui. altera: quæ mediocre interuallum inter caſtra & flumen Nilum habebat. ma xima & electiſſima Alexandrinoꝝ multitudo defendebat eam partem: quæ facillimum aditum habebat. plurimũ autẽ proficiebant hoſtes in repellendis uulnerandiſq; noſtris: qui in regione fluminis Nili propu gnabãt. diuerſis enim tælis noſtris figebant̃: aduerſi ex uallo caſtroꝝ: aduerſiq; ex flumine: in quo multæ naues inſtructæ funditoribus & ſagittariis noſtros impugnabant. Cæſar cũ uideret milites acrius præ liari non poſſe: nec tamen multum profici propter locoꝝ difficultatẽ. cunq; aĩum aduerteret excelſiſſimũ locum caſtroꝝ relictũ eſſe ab Ale xandrinis: quod & per ſe munitus eſſet: & ſtudio partim pugnandi: par tim ſpectandi decurriſſent in eum locum: in quo pugnabat̃: cohortes illo circũire caſtra: & ſũmum locum aggredi iuſſit: hiſq; Carfulenum præfecit & animi magnitudine & rei militaris ſcientia uiꝝ præſtantẽ. quo ut uentũ eſt: paucis defendẽtibus munitionẽ: noſtris contra militi bus acerrime pugnantibus: diuerſo clamore & prælio ꝑterriti Alexan drini trepidantes in oẽs partes caſtroꝝ diſcurrere cœperũt. quoꝝ ꝑtur batione noſtroꝝ animi adeo ſunt incitati: ut pœne eodem tempore ex oĩbus partibus primi tamen æditiſſimũ locum caſtroꝝ caperẽt. ex quo decurrentes: magnã multitudinẽ hoſtiũ interfecerũt. quod periculum plæriq; Alexandrini fugientes aceruatim ſe de uallo præcipitauerũt in

eam partem:quæ flumini erat adiūcta. hoꝝ primis in ipſa foſſa muni tionis magna ui oppreſſis cæteri faciliorem fugam habuerunt.Cōſtat fugiſſe ex caſtris regem ipſum:receptūq; in nauē.& multitudine eoꝝ: qui ad ꝓximas naues adnatabāt:demerſo nauigio:periſſe:re feliciſſime celerrimeq; geſta Cæſar magnæ uictoriæ fiducia ꝓxīo terreſtri itinere Alexandriā cum eqtibus cōtendit.Atq; ea parte oppidi uictor introiit: quæ præſidio hoſtium tenebatur.Neq; eum conſilium ſuum fefellit. quin hoſtes eo prælio audito:nihil iam de bello eſſēt cogitaturi.dignū aduenies fructum uirtutis & animi magnitudinis tulit.Omnis enim multitudo oppidanoꝝ:armis ꝓiectis munitiōibuſq; ſuis relictis:ueſte ea ſumpta:qua ſupplices dominantes deprecari conſueuerunt:ſacriſq; oībus prælatis: quoꝝ religione precari offenſos iratoſq; animos regū erant ſoliti:aduenienti Cæſari occurrerūt.ſeq; ei dediderunt. Cæſar in fidem receptos conſolatus: per hoſtium munitiones in ſuam partem oppidi magna gratulatione uenit ſuoꝝ: qui non tantū bellū ipſum ac dimicationē:ſed etiam talem aduentum eius felicem fuiſſe lætabant̃. Cæſar ægipto atq; Alexandria potitus reges cōſtituit:quos Ptolemæus teſtamento ſcripſerat:atq; obteſtatus erat po.ro.ne mutarentur. Nam maiore ex duobus pueris:Rege amiſſo:minori tradidit regnū. maiori ex duabus filiis Cleopatræ:quæ manſerat in fide:præſidiiſq; eius.mi norem Arſinoen:cuius noīe diu regnaſſe impotenter Ganymedem do cuimus:deducere ex regno ſtatuit.nequa rurſus noua diſſenſio: prius quā diuturnitate cōfirmarentur regis imperia:per hoīes ſeditioſos na ſceretur.legione ueterana ſexta ſecum deducta:cæteras ibi reliquit:quo firmius eſſet eoꝝ regnum:& imperium. qui neq; amorē ſuoꝝ habere poterant:quod fideliter ꝑmanſerant in Cæſaris amicicia:neq; uetuſta tis auctoritatē paucis diebus reges cōſtituti. ſimul ad impꝑii noſtri di gnitatem utilitatēq; publicā ꝑtinere exiſtimabat:ſi ꝑmanerent in fide reges:præſidiiſq; eos noſtris eſſe tutos. & hos ſi eſſent ingrati poſſe: hiſdem præſidiis coerceri.Sic rebus oībus confectis & collocatis: ipſe itinere terreſtri ꝓfectus eſt in Syriam.Dum hæc in ægypto geruntur: Rex Deiotarus ad Domitium Caluinum:cui Cæſar Aſiam finitimaſq; prouincias adminiſtrandas tradiderat:uenit oratum ne Armeniam mi norem regnum ſuum:neue Cappadociā regnū Ariobarzanis poſſideri: uaſtariq; pateret̃ a Pharnace.quo malo niſi liberarent̃ impata ſe face re pecuniamq; promiſſam Cæſari non poſſe perſoluere. Domitius nō tantum ad explicandos ſumptus rei militaris: cum pecuniā neceſſariā eſſe iudicaret:ſed etiam turpe populo ro.& Cæſari uictori:ſibiq; īfame eſſe ſtatueret:regna ſocioꝝ atq; amicoꝝ ab externo rege occupari:nun tios confeſtim ad Pharnacem miſit:Armenia Cappadociaq; decederet: neue occupatione belli ciuilis populi ro.ius maieſtatēq; tēptaret.Hanc

denuntiationē:cum maiorem uim habere exiſtimaret: ſi ꝓpius eas re giones cum exercitu acceſſiſſet:ad legiones ꝓfectus: unam ex tribus .xxxvi.ſecum ducit . duas in ægyptum ad Cæſarem mittit litteris eius euocatas.Quaꝝ altera in bello Alexandrino non occurrit:quod itinere terreſtri per Syriam erat miſſa.Adiungit.Gn.Domitius legioni.xxxvi. duas a Deiotaro : quas ille diſciplina atq; armatura noſtra complures annos cōſtitutas habebat.equiteſq; c ētum:totidemq; ab Ariobarzane ſumit.mittit.P.Sextium:ad.G.Prætorium Quæſtorē:ut legionē addu ceret:quæ ex tumultuariis militibus in ponto confecta erat.Q.q; Paci ſcium in Cilicia ad auxilia accerſenda.quæ copiæ celeriter omnes iuſſu Domitii conuenerunt. Interim legati a Pharnaci reſponſum referunt Cappadocia ſe deceſſiſſe.Armeniam minorē ſe recepiſſe:quam paterno noīe iure obtinere deberet.Deniq; eius regni cauſa integra Cæſari ſer uaretur . Paratum enim ſe facere quod is ſtatuiſſet.P. Domitius cum aīaduertiſſet eum Cappadocia deceſſiſſe non uoluntate adductum ſed neceſſitate:quod facilius Armeniam defendere poſſet : ſubiectam ſuo regno:quā Cappadociā longius remotā:quodq; oēs tres legiones addu cturum Domitiū putaſſet. Ex qbus cum duas ad Cæſarem miſſas au diſſet:audaciuſq; in Armenia ſubſtitiſſet:pſeuerare cœpit:ut eo quoq; regno decederet.Neq; enim aliud ius eſſe Cappadociæ atq; Armeniæ: nec iuſte eum poſtulare: ut in Cæſaris aduentu res integra differret̃ . Id enim eſſe integrum:quod ita eſſet:ut fuiſſet.His reſponſis datis:cū iis copiis:quas ſupraſcripſi:ꝓfectus eſt in Armeniā.lociſq; ſupioribus iter facere inſtituit.Nam ex ponto a Comanis iugum æditū ſilueſtræ pertingens in Armeniā minorē : quo Cappadocia finitur ab Armenia cuius itineris hæ erant certæ opportunitates.quod in locis ſupioribus nullus impetus repentinus accidere hoſtium poterat.& quod Cappado cia his iugis ſubiecta magnam cōmeatus copiā erat ſubminiſtratura. Cōplures interī legationes Pharnaces ad Domitiū mittit:quæ de pace agerent.regiaq; munera Domitio ferrent.ea conſtanter oīa aſpernaba tur.nec quicq̃ ſibi fore antiquius:quā dignitatē populi ro. & regna ſo cioꝝ recuperare legatis reſpondebat. magnis & cōtinuis itineribus cō fectis:cum aduentaret ad Nicopolin:quod oppidū in Armenia minore poſitū eſt plano loco: montibus tamen altis ab duobus lateribus obie ctis ſatis magno interuallo ab oppido remotis:caſtra poſuit lōge a Ni copoli circiter milli a paſſuum ſeptem.Quibus ex caſtris cum locus an guſtus ac impeditus eſſet tranſeundus: Pharnaces in inſidiis delectos pedites oēſq; pœne diſpoſuit equites : Magnam autē multitudinē pe coris intra eas fauces diſſipari iuſſit.paganoſq; & oppidanos in his lo cis obuerſari : ut ſiue amicus ſiue inimicus Domitius eas anguſtias trāſiret:nihil de inſidiis ſuſpicaret̃.cum in agris & pecora & homines

aīaduerteret uerſari:tanq̄ amicoꝝ aduētu greges.Sin uero ut in hoſtiū fines uenirent:præda diripienda milites diſſiparentur . Diſpſiq; cæde rentur.Hæc cum adminiſtraret:nunq̄ tamen intermittebat:legatos de pace atq; amicicia mittere ad Domitium. cum hoc ipſo crederet eum facilius decipi poſſe.At cōtra ſpes pacis Domitio in eiſdem caſtris mo randi attulit cauſam.Ita Pharnaces miſſa ꝓximi tēporis occaſione:cū uereretur:ne cognoſcerent̃ inſidiæ:ſuos in caſtra reuocauit.Domitius poſtero die:ꝓpius Nicopolin acceſſit.caſtraq; oppido cōtulit.quæ dum muniunt noſtri:Pharnaces aciem inſtruxit ſuo more atq; inſtituto.In fronte enim ſimplici directa acie cornua trinis firmabantur ſubſidiis: eadem ratione mediæ collocabant̃ acies duobus dextra ſiniſtraq; inter uallis ſimplicibus ordinibus inſtructis:ꝑfecit inceptum caſtroꝝ opus Domitius:parte copiaꝝ pro uallo inſtructa.ꝓxima nocte Pharnaces in terceptis tabellariis: qui de Alexandrinis rebus litteras ad Domitium ferebant:cognoſcit Cæſarem magno in periculo uerſari . flagitareq; a Domitio:ut q̄primum ſibi ſubſidia mitteret.ꝓpiuſq; ipſe Alexandriā per Syriam accederet.quā cognita re Pharnaces uictoriæ loco ducebat: ſi trahere tēpus poſſet:cum diſcedēdū celeriter Domitio putaret.Itaq; ab oppido qua facillimū acceſſum & æquiſſimū ad dimicandū noſtris uidebat:foſſas duas directas:non ita magno medio interuallo relicto : quattuor pedum altitudinis in eum locum deduxit.quo longius cōſti tuerat ſuam nō ꝓducere aciē.Inter has foſſas aciem ſemꝑ inſtruebat. equitatum autē ab lateribus oēm extra foſſam collocabat.qui neq; ali ter utilis eſſe poterat.& multum numero anteibat noſtrū equitatum . Domitius autē cum Cæſaris magis ꝑiculo quā ſuo cōmoueretur:neq; ſe tuto diſceſſurum arbitraret̃:ſi cōdiciones:quas reiecerat:rurſus appe teret:aut ſine cauſa diſcederet:ex ꝓpinquis caſtris in aciem exercitum eduxit.triceſimāſextam legionē in dextro cornu collocauit. ponticā in ſiniſtro.Deiotari legiones in mediā aciem contulit: quibus tamen an guſtiſſimum frontis reliquit interuallū.reliquis cohortibus in inſidiis collocatis.ſic utrinq; acie inſtructa ꝓceſſum eſt ad dimicandū. Signo ſub idem tempus ab utroq; dato:cōcurritur acriter.uarieq; pugnatur. Nam triceſimaſexta legio cum extra foſſam in equitatū regis impetū feciſſet:adeo ſecundum prælium fecit:ut mœnibus oppidi ſuccederet: foſſamq; tranſiret:aduerſuſq; hoſtes aggrederet̃ . At pontica ex altera parte legio cum paululū auerſa hoſtibus ceſſiſſet: foſſam autē circuire acies ſecundo conata fuiſſet:ut aperto latere aggrederet̃ hoſtē: in ipſo tranſitu foſſæ cōfixa:& oppreſſa eſt.Deiotari uero legiones uix impetū ſuſtinuerūt.Ita uictrices regis copiæ cornu ſuo dextro mediaq; acie cō uerterunt ſe ad triceſimāſextā legionē : quæ tamen fortiter uincentiū impetum ſuſtinuit.magnis copiis hoſtium circundata:præſentiſſimo

aío pugnans in orbem ſe recepit ad radices montium: quo Pharnaces inſequi ꝑpter iniqtatē loci noluit. Ita pōtica legiōe pœne tota amiſſa: magna parte Deiotari militum interfecta: triceſimaſexta legio in loca ſe ſupiora cōtulit. non amplius ducentis qnquaginta deſyderatis: Ceciderunt eo prælio ſplendidi ac illuſtres uiri non nulli equites romani. Quo tamen incōmodo Domitius accepto: reliquias exercitus diſſipati collegit. itineribuſq; tutis per Cappadociā in Aſiā ſe recepit. Pharnaces rebus ſecundis elatus: dum de Cæſare ea: quæ optabat: ſparet: pontum oībus copiis occupauit. Ibiq; & uictor: & crudeliſſimus rex: cū ſibi fortunam paternā feliciore euentu deſtinaret: multa oppida expugnauit. bona ciuium romanoꝝ: ponticoꝝq; diripuit. ſupplicia cōſtituit in eos: qui aliquā formæ atq; ætatis cōmendationē habebāt: eaq;: quæ morte eſſent miſeriora: pontūq; nullo defendente: paternū regnū ſe recepiſſe gloriās obtinebat. Sub id tēpus in Illyrico eſt incōmodum acceptum: quæ ꝓuincia ſupioribus menſibus retenta non tantum ſine ignominia: ſed etiam: cum laude erat. Nanq; eo miſſus æſtate cum duabus legionibus Cornificius Cæſaris Quæſtor Proprætore: quanq̄ erat ꝓuincia minime copioſa ad exercitus alendos: & finitimo bello ac diſſenſionibus uaſtata & confecta: tamen prudentia ac diligentia ſua magnam curā ſuſcipiebat: nequo temere ꝓgredereť: & recepit: & defendit. Nāq; & caſtella complura locis æditis poſita: quoꝝ opportunitas caſtellanos impellebat ad decurſiones faciendas & bellum inferendū: expugnauit. eaq; præda milites donauit. Quæ &ſi erat tenuis: tamē in tanta deſpatione erat grata: præſertim uirtute parta. & cū Octauius ex fuga Pharſalici prælii magna claſſe in illum ſe ſinum cōtuliſſet: paucis nauibus Hiandreſtinoꝝ: quoꝝ ſemper in remp. ſingulare conſtiterat officium: diſpſis Octauianis nauibus: erat potitus: ut uel claſſe dimicare poſſet. adiunctis captiuis nauibus ſocioꝝ. & cum diuerſiſſima parte orbis terrarum. Gn. Pōpeium uictor Cæſar ſequereť: cōpluresq; aduerſarios in Illyricum ꝑpter Macedoniæ ꝓpinquitatē: ſe reliquis ex fuga collectis: compuliſſe audiret. litteras ad Gabinium mittit: uti cum legionibus tyronum: quæ nuper erant cōſcriptæ: ꝓficiſcereť in Illyricum. coniunctiſq; copiis cum Cornificio: ſiquod periculū ꝓuinciæ inferreť: depelleret. Sin ea non magnis copiis tuta eſſe poſſet: in Macedoniā legiones adducerent. Oēm enim illam partem regionēq; uiuo. Gn. Pōpeio bellū inſtauraturā eſſe credebat. Gabinius ut in Illyricum uenit: hyberno tēpore anni ac difficili ſiue copioſiorē ꝓuinciam exiſtimans: ſiue multū fortunæ uictoris Cæſaris tribuens: ſiue uirtute & ſcientia ſua cōfiſus: quibus ſæpe in bellis piclitatus: magnas res & ſecundas ductu auſuq; ſuo geſſerat. neq; ꝓuinciæ facultatibus ſubleuabatur: quæ partim erat exinanita: partim infidelis. neq; nauibus intercluſo mari tēpeſtatibus

cc̄meatus ſupportari poterat:magniſq; difficultatibus coactus non ut uolebat:ſed ut neceſſe erat:bellum gerebat.ita cum duriſſimis tēpeſta tibus ꝓpter inopiā caſtella expugnare cogeretur.crebra incōmoda acci piebat.adeoq; eſt a Barbaris contēptus:ut Salonam ſe recipiēs in oppi dum maritimū:quod ciues romani fortiſſimi fideliſſimiq; incolebāt: in agmine dimicare ſit coactus. Quo prælio duobus millibus militū amplius amiſſis cēturionibus.xxxviii.tribunis.iiii. cum reliquis copiis Salonam ſe recepit.Summaq; ibi difficultate reꝝ oīum preſſus paucis menſibus morbo periit.cuius & infelicitas uiui.& ſubita mors in ma gnam ſpem Octauium adduxit ꝓuinciæ potiundæ. quē tamē diutius in rebus ſecundis:& fortuna:quæ plurimū in bellis poteſt:diligentiaq; Cornificii:& uirtus Vatinii uerſari paſſa non eſt. Vatinius Brunduſii cum eſſet:cognitis rebus:quæ geſta erāt in Illyricum:cum litteris Cor nificii:ad auxilium prouinciæ ferendū euocaretur:&.M.Octauium au diret:cū Barbaris fœdera ꝑcuſſiſſe: cōpluribuſq; locis noſtroꝝ tyronū & militū oppugnare præſidia:partim claſſe per ſe: partim pedeſtribus copiis per barbaros:&ſi graui ualitudine affectus uix corporis uiribus aīum ſequebatur:tamē uirtute uicit incōmodū naturæ. difficultateſq; hyemis:& ſubitæ præparationis. Nam cū ipſe paucas in portu naues longas haberet:litteras in Achaiam ad Calenum miſit:uti ſibi claſſem mitteret.quod cum tardius fieret:quā periculū noſtroꝝ flagitabat:qui ſuſtinere impetū Octauii non poterāt:nauibus actuariis:quaꝝ nume rus:erat ſatis magnus: magnitudine ſatis iuſta ad præliandum roſtra ipſe impoſuit.Has adiunctas nauibus longis:& numero claſſis aucto militibus ueteranis impoſitis:quoꝝ magnā copiam habebat:ex oībus legionariis:qui numero ægroꝝ relicti erant Brunduſii: cum exercitus in Græciam tranſportarent̃:ꝓfectus eſt in Illyricum: maritimaſq; nō nullas ciuitates quæ defecerant:Octauioq; ſe tradiderant: partim reci piebat:partim remeantes in ſuo conſilio:præteruehebat̃:nec ſibi illius rei morā neceſſitatēq; iniungebat:quin q̄celerrime poſſet:ipſum Octa uium ꝑſequeret̃. Hunc oppugnantē Epidaurū terra mariq;:ubi noſtꝝ erat præſidium:aduentu ſuo diſcedere ab oppugnatione coegit. præſi diumq; noſtrum recepit.Octauius enim cum Vatiniū claſſem magna ex parte confectam ex nauiculis actuariis habere cognouiſſet:confiſus ſua claſſe ſubſtitit ad inſulam Thauridem:qua regione Vatinius inſe quens nauigabat.non quod Octauium ibi reſtitiſſe ſciret:ſed quod eū longius ꝓgreſſum inſequi decreuerat.Cū ꝓpius Thauridē acceſſiſſet: diſtenſis ſuis nauibus quod & tēpeſtas erat turbulenta: & nulla ſuſpi cio hoſtis acceſſiſſet:repente aduerſum ad ſe uenientē nauem:antēnis ad medium malū demiſſis inſtructā ꝓpugnatoribus aīaduertit.Quod ubi cōſpexit: celeriter uela ſubduci demittiq; antēnas iubet & milites

armari.& uexillo ſublato:quo oppugnandi dabat ſignum: quæ primæ naues ſubſequebant̃:idẽ ut facerent:ſignificabat.parabāt ſe uatiniani repente oppreſſi:parati deīceps Octauiani ex portu ꝓcedebāt. Inſtruit̃ utrinq; acies:ordine diſpoſita magis Octauiana:paratior militum aīs uatiniana. Vatinius cum aīaduerteret neq; nauiū ſe magnitudīe neq; numero parẽ eſſe futuræ dimicationi:fortunæ rem cōmittere maluit. Itaq; primus ſua qnqueremi in quadriremẽ ipſius Octauii impetum fecit.celerrime fortiſſimeq; cōtra illo remigante naues aduerſæ roſtris concurrūt adeo uæhementer:ut nauis Octauiana roſtro diſcuſſo ligno contineret̃.cōmittitur acriter reliquis locis prælıū:cōcurrit̃q; ad duces maxime.nam cum ſuo quiſq; auxilium ferret:magnū cominus in anguſto mari prælium factū eſt.Quantoq; cōiunctis magis nauibus cōfligendi poteſtas dabatur:tanto ſupiores erant uatiniani:qui admiranda uirtute ex ſuis nauibus in hoſtium naues trāſilire non dubitabāt. & dimicatione æquata:longe ſupiores uirtute rem feliciter gerebant: deprimitur ipſius Octauii quadriremis:multi præterea capiuntur.aut roſtris perforatæ merguntur.ꝓpugnatores Octauiani pertim in nauibus iugulantur.partim in mare præcipitantur.Ipſe Octauius ſe in ſcapham confert:in quā plures cōfugerant.depreſſa ſcapha:uulneratus tamen adnatat ad ſuum Myoparonem eo receptus.cum prælium nox dirimeret:tẽpeſtate magna uelis ꝓfugit: ſequunt̃ hunc ſuæ naues non nullæ:quas caſus ab illo piculo uendicarat. At Vatinius re bene geſta receptui cecinit:ſuiſq; oibus incolumibus in eum ſe portum recepit: quo ex portu claſſis octauiana ad dimicandū ꝓceſſerat.Capit ex eo prælio pẽtiremem unam:triremes duas:dyerotas octo.cōpluresq; remiges octauianos.poſteroq; ibi die fuit:dum ſuas captiuasq; naues reficeret. poſt diem tertium cōtendit in inſulam Iſſam: quod eo ſe recepiſſe ex fuga credebat Octauiū. Erat mæum nobiliſſimū regionū eaꝝ oppidū coniunctiſſimūq; Octauio:quo ut ꝑuenit: oppidani ſupplices ſe Vatinio dediderūt.Cōperitq; ipſum Octauiū:paruis pauciſq; nauigiis uento ſecundo regione Græciæ petiſſe:inde ut Siciliam: deinde ut Africā caperet.Ita breui ſpatio re præclariſſime geſta:ꝓuincia recepta: & Cornificio reddita:claſſe aduerſarioꝝ ex illo toto ſinu expulſa:uictor ſe Brūduſium incolumi exercitu & claſſe recepit.His aūt tẽporibus: quibus Cæſar ad Dyrrhachium Pompeiū obſidebat:& Palæopharſali rem feliciter gerebat: Alexandriæq; cum ꝑiculo magno tum etiam maiore ꝑiculi fama dimicabat.Caſſius Longinus in Hiſpania proprætore ꝓuinciæ ulterioris obtinendæ cauſa relictus:ſiue cōſuetudine naturæ ſuæ: ſiue odio quod in illam ꝓuinciam ſuſceperat: Quæſtor ex inſidiis ibi uulneratus:magnas odii ſui fecerat acceſſiones.quod uel ex cōſcientia ſua:cum de ſe mutuo ſentire ꝓuinciam crederet:uel mutuis ſignis &

teſtimoniis eoꝝ:qui difficulter odia diſſimulant:aīaduertere poterat:& compenſare offenſioné ꝓuinciæ:exercitus amouere cupiebat. Itaq; cū primum in unum locum exercitum cōduxit: ſeſtertia.C.militibus eſt pollicitus.nec multo poſtq̄ in Luſitania medobregam oppidum:montemq; berminium expugnaſſet.quo medobregenſes confugerant: ibi imperator appellatus:iterum ſeſtertiis.C.milites donauit.multa præterea & magna præmia ſingulis cōcedebat:quæ ſpecioſum reddebāt præſentem exercitus amorem.Paulatim tamen & occultæ militarem diſciplinam:ſeueritatéq; minuebant. Caſſius legionibus in hyberna diſpoſitis ad ius dicendū Cordubam ſe recepit.Contractūq; in ea æs alienū grauiſſimis boneribus ꝓuinciæ cōſtituit exoluere. & ut largitionis poſtulat conſuetudo per cām liberalitatis ſpecioſam:plura largitori querebantur.pecuniæ locupletibus īperabant̃.quas Longinus ſibi expenſas ferri:non tantum patiebatur:ſed etiam cogebat.in gregem locupletiū: ſimultatū cauſæ tenues cōiiciebantur. neq; ullum genus quæſtus aut magni & euidentis:aut minimi & ſordidi prætermittebat̃:quo dom⁹ & tribunal imꝑatoris uacaret.nemo erat.qui modo aliquam iacturam facere poſſet:quin aut uadimonio teneretur:aut inter reos referret̃.Ita etiam magna ſollicitudo ꝑiculoꝝ ad iacturas & detrimenta rei familiaris adiungebant̃.Quibus de cauſis accidit:ut cum Longinus imꝑator eadem faceret:quæ fecerat quæſtor. Similia rurſus de morte eius prouinciales cōſilia inirent. Hoꝝ odium cōfirmabāt non nulli familiares eius:qui cum in illa ſocietate uerſarent̃ rapinaꝝ. nihilominus tamen oderant eum in cuius noīe peccabant.ſibiq; quod rapuerant: acceptū ferebant.quod interciderat:aut erat interpolatum Caſſio aſſignabant. quintam legioné nouam conſcribit.augetur odium: & ex ipſo delectu & ſumptu additæ legionis cōplentur equitum tria millia: maximiſq; onerantur impenſis.nec prouinciæ datur ulla requies.Interim litteras accepit a Cæſare:ut in Africam exercitum traiiceret: perq; Mauritaniá ad fines numidiæ ꝑueniret quod magna.Gn. Pompeio Iuba rex miſerat auxilia:maioraq; miſſurus exiſtimabat̃. q̄bus litteris acceptis inſolenti uoluntate efferebatur:quod ſibi nouaꝝ prouinciaꝝ & fertiliſſimi regni tanta oblata eſſet facultas. Itaq; ipſe in Luſitania ꝓficiſcitur ad legiones accerſendas:auxiliaq; adducenda. certis boībus dat negotiū: ut frumentū naueſq; centum præpararent̃:pecuniæq; deſcriberentur: atq; imperarentur.nequa res cum rediſſet:moraretur.reditus eius fuit celerior oīum opinione.non enim labor aut uigilantia cupienti præſertim aliq̄d Caſſio deerat.exercitu coacto in unum locum:caſtris ad Cordubam poſitis:pro contione militibus exponit:quas res Cæſaris iuſſu gerere deberet.polliceturq; iis cum in Mauritaniá traieciſſet: ſeſtertia ſe daturū Quintá fore in Hiſpania legioné.ex contione ſe Cordubam

recepit.eoq; ipſo die meridiana bora cum in Baſilicam iret:quidam Mi nutius Silo cliens.L.Racilii libellum:quaſi a liquid ab eo poſtularet ut miles:ei tradidit.deinde poſt Raciliū nam is latus Caſſii tegebat:quaſi reſponſum ab eo peteret:celeriter dato loco:cum ſe inſinuaſſet:ſiniſtra corripit eum:dextraq; bis ferit pugione.clamore ſublato:fit a cõiuratis impetus uniuerſis.Minutius Flaccus ꝓximum gladio traiicit lictoré. Hoc interfecto:Caſſium legatū uulnerat.Ibi.T.Vaſius &.L. Mergilio ſimili cõfidentia Flaccum municipem ſuum adiuuant.Erant enim oés Italicenſes.ad ipſum Longinū.L.Licinius Squillus inuolat. Iacentéq; læuibus ſauciat plagis.concurritur ad Caſſium defendendū. Semper enim Verrones compluresq; euocatos cum tælis babere cõſueuerat: a quibus cæteri intercluduntur.qui ad cædem faciendã ſubſequebãtur. quo in numero fuit Calphurnius Saluianus & Manilius.Tuſculus Mi nutius inter ſaxa:quæ iaciebantur:in itinere fugiés opprimitur.& rela to ad domum Caſſio ad eum deducitur.Racilius in ꝓximã ſe domum familiaris ſui confert:dum certum cognoſceret: confectus ne Caſſius eſſet.L.Laterenſis:cum id non dubitaret:accurrit letus in caſtra:militi bus uernaculis & ſecundæ legionis:quibus odio ſciebat præcipue Caſ ſium eſſe:gratulatur.Tollitur a multitudīe tribunal.prætor appellatur. Nemo enim aut in prouincia natus:aut uernaculæ legionis miles:aut diuturnitate iam factus prouincialis.quo in numero erat ſecūda legio: non cum omni ꝓuincia cõſenſerat in odio Caſſii.Nam legiones trige ſimam & uigeſimãprimam paucis menſibus in Italia ſcriptas. Cæſar attribuerat Longino.Quinta legio ibi nuꝑ erat confecta.Interim nun tiatur laterenſi uiuere Caſſium.quo nuntio dolore magis permotus:q̃ animo perturbatus:reficit celeriter ſe:& ad Caſſium uiſendum profici ſcitur. Re cognita trigeſima legio ſigna Cordubam infert ad auxiliū ferendū imperatori ſuo.Facit boc idem uigeſimaprima. Subſequitur bas quinta.Cum duæ legiones reliquæ eſſent in caſtris: ſecundarii ue riti ne ſoli relinquerent̃:atq; ex eo qd ſenſiſſent:indicaretur: ſecuti ſūt factū ſuperioꝝ.permanſit in ſententia legio uernacula:nec ullo timore de gradu deiecta eſt.Caſſius eos:qui noīati erant conſcii cædis : iubet compræbendi.Legioné quintam in caſtra remittit : cobortibus.xxx.re tentis.Inditio Minutii cognoſcit.L.Raciliū &.L.Laterenſem:& Anniū Scapulam maxime dignitatis & gloriæ:prouincialé boīem:ſibiq; tam familiaré:quã laterenſem:in eadem fuiſſe cõiuratione.Nec diu morat̃ dolorem ſuum:quin eos interfici iubeat.Minutiū libertis tradit excru ciandum.Item Calpburniū Saluianum:qui profitetur indicium:coniu ratoꝝq; numerum auget:uerum ut quidam exiſtimant : ut non nulli queruntur: coactus.Iiſdem cruciatibus affectus a.L.Mergilio : Sqllus noīat plures:quos Caſſius interfici iubet : exceptis iis : qui ſe pecunia

redemerunt.Nam palam ſeſtertiis decem cum Calphurnio paciſcitur: & cum.Q.Sextio qnquaginta.Qui ſi maxime nocentes ſunt mulctati: tamẽ periculum uitæ:dolorq; uulnerum: pecunia remiſſus: crudelitatẽ cũ auaricia certaſſe ſignificabat. Aliquot poſt diebus litteras a Cæſare miſſas accepit.quibus cognoſcit Pompeium in acie uictum. amiſſis co piis fugiſſe.Qua re cognita:mixtã dolore uoluptatẽ capiebat.uictoriæ nuntius læticiam exprimebat. confectũ bellum licentiam tẽpoꝝ inter cludebat.Sic erat dubius animi:utrũ nihil timere:an oĩa licere mallet. Sanatis uulneribus:accerſit oẽs qui ſibi pecunias expenſas tulerant.ac ceptaſq; eas iubet referri:quibus parum uidebat̃ impoſuiſſe honeris: ampliorem pecuniã imperat. Quem autẽ Romæ delectum inſtituit: quoſq; ex oĩbus cõuentibus coloniiſq; conſcriptos trãſmarina militia perterritos ad ſacramenti redemptionẽ uocabat.Magnũ hoc fuit uecti gal.maius tamen creabat odium.His rebus confectis: totum exercitũ luſtrat.Legiones:quas in Africa ducturus erat:& auxilia mittit ad Tra iectum.Ipſe claſſem:quã parabat:ut inſpiceret:Hiſpalim accedit. ibiq; moratur.proptereaq; edictum tota prouincia ꝓpoſuerat: ut quibus pe cuniis imperaſſet:neq; cõtuliſſent:ſe adirent.Quæ euocatio uæhemen ter oẽs turbauit.Interim.L.Titius:qui eo tempore tr.mil. legionis uer naculæ fuerat:nuntiat fama legionem trigeſimã: quã.Q. Caſſius lega tus ſimul ducebat cum ad oppidum leptim caſtra haberet:ſeditione fa cta:cẽturionibus aliquot occiſis:qui ſigna tolli nõ patiebãt̃: diſceſſiſſe & ad ſecundam legionẽ contendiſſe.quæ ad fretum alio itinere duceba tur.Cognita re noctu cum v.cohortibus.xxyiii.egreditur. mane perue nit.Ibi eum diem ut quid ageretur:reſpiceret moratus.Carbonam con tendit.Hic cum legiones trigeſima & uigeſimaprima:& tres cohortes ex ſecunda legione:& quinta legio totuſq; cõueniſſet equitatus: audit quattuor cohortes a uernaculis oppreſſas ad obuculam: cum his ad ſe cundam ꝑueniſſe legionẽ.oẽſq; ibi ſe cõiunxiſſe &.T. Torium italicen ſem ducem delegiſſe.Celeriter habito conſilio:Marcellum Cordubam: ut eam in poteſtate retineret.Q.Caſſium legatũ Hiſpalim mittit.Pau cis ei diebus affert̃ conuentũ cordubenſem ab eo defeciſſe.Marcellũq; aut uoluntate:aut neceſſitate adductum:nanq; id uarie nuntiabat̃:con ſentire cum cordubẽſibus.duas cohortes legionis quintæ: quæ fuerãt Cordubæ in præſidio:idem facere. Caſſius his rebus incenſus mouet caſtra.& poſtero die ſegouiam ad flumen ſilicenſe uenit. ibi habita cõ tione:militum temptat animos:quos cognoſcit non ſua: ſed Cæſaris abſentis cauſa ſibi fidiſſimos eſſe.nullumq; periculum deprecaturos: dum per eos Cæſari prouincia reſtitueret̃.Interim Torius ad Cordubã ueteres legiões adducit.ac ne diſſenſionis initium natum.ſeditioſa mi litum ſuaq; uideretur natura.Simul ut cõtra.Q.Caſſium: qui Cæſaris

nomine maioribus uiribus uti uidebatur: æque potentem opponeret dignitatem. Gn. Pompeio ſe prouinciam recuperare uelle palam dictitabat. Et forſitan etiã hoc fecerit odio Cæſaris: & amore Põpeii: cuius nomẽ multum poterat apud eas legiones: quas. M. Varro obtinuerat. Sed id qua mente cõmotus fecerit: cõiectura ſciri poteſt. Certe hoc præ ſe Torius ferebat. Milites adeo fatebant̃: ut. Gn. Pompeii nomẽ in ſcutis inſcriptum haberent. eiq; frequens legionum cõuentus obuiã prodit: Neq; tantũ uiroꝝ: ſed etiam matrũfamilias ac prætextatoꝝ. deprecaturq; ne hoſtili aduentu Cordubam diriperent. Nam ſe cõtra Caſſiũ cõſentire. cum oĩbus contra Cæſarem ne facere cogerent̃: orare. Tantæ multitudinis precibus: & lacbrymis exercitus cõmotus: cum uideret ad Caſſium pſequendum nihil opus eſſe. Gn. Pompeii noĩe & memoria. tãq; oĩbus Cæſarianis: quã Pompeianis Longinũ eſſe in odio: neq; ſe cõuentum: neq;. M. Marcellum cõtra Cæſaris cauſam poſſe perducere: nomen Pompeii ex ſcutis detraxerũt. Marcellũ qui ſe Cæſaris cauſam defenſurum ꝓfitebatur: ducem aſciuerunt. prætoremq; appellarunt. & ſibi conuentũ adiunxerunt. caſtraq; ad Cordubam poſuerunt. Caſſius eo biduo circiter quattuor millia paſſuum a Corduba citra flumen Betim in oppidi conſpectu loco excelſo facit caſtra. Litteras ad regem Bogudem in Mauritaniam: & ad. M. Lepidum ꝓcons. in Hiſpaniam citeriorem mittit: ſubſidio ſibi prouinciæq; Cæſaris cauſa q̃primum ueniret. ipſe hoſtili modo cordubenſium agros uaſtat. ædificia incendit. Cuius rei deformitate atq; indignitate legiones: quæ Marcellũ in ducem ceperant: ad eum cõcurrerunt: ut in aciem educerentur: orant. Priuſq; confligendi ſibi poteſtas fieret quã cum tanta contumelia nobiliſſimæ cariſſimæq; poſſeſſiones cordubenſium in cõſpectu ſuo rapinis: ferro: flamaq; conſumerent̃. Marcellus cum confligere miſerrimũ putaret: quod & uictoris & uicti detrimentũ ad eundem Cæſarem eſſet redũdaturum: neq; ſuæ poteſtatis eſſet: legiones Betim traducit: atq; aciem inſtruit. Cũ Caſſius contra pro caſtris ſuis aciẽ inſtruxiſſet loco ſupiore: cauſa interpoſita: quod is in æquum non deſcenderet: Marcellus militibus pſuadet: ut ſe in caſtra recipiãt. Itaq; copias reducere cœpit. Caſſi⁹ quo bene ualebat: Marcellũq; infirmũ eſſe ſciebat. aggreſſus equitatu legionarios ſe recipiẽtes: cõplures nouiſſimos in fluminis ripis interfecit: cum hoc detrimento quid trãſitus fluminis uitii difficultatiſq; haberet: cognitum eſſet. Marcellus caſtra Betim tranſfert. crebroq; uterq; legiones in aciem educit. neq; tamen confligitur ꝓpter locoꝝ difficultates. Erat copiis pedeſtribus multo firmior Marcellus. habebat enim ueteranas: multiſq; præliis expertas legiones. Caſſius fidei magis quã uirtuti legionis confidebat. Itaq; cum caſtra caſtris collocata eſſent: & Marcellus locum idoneũ caſtello cepiſſet: quo prohibere aqua caſſianos

poſſet: Longinus ueritus ne genere quodam obſidionis clauderetur: in regionibus alienis:ſibiq; infeſtis:noctu ſilentio ex caſtris ꝓficiſcit̃: celeriq; itinere ulam cõtendit.quod ſibi fidele eſſe oppidum credebat. ibiq; adeo cõiuncta poni t mœnibus caſtra:ut eſt loci natura. nãq; ula in ædito mõte poſita eſt. ut ipſa munitione urbis undiq; ab oppugnatione tutus eſſet.Hunc Marcellus inſeqtur:& q̃proxime poteſt ulam: caſtra caſtris confert.locoꝝq; cognita natura:quo maxĩe rem deducere uolebat:neceſſitate eſt adductus:ut neq; cõfligeret:cuius ſi rei facultas eſſet:reſiſtere incitatis militibus non poterat: neq; uagari Caſſium latius pateretur:ne plures ciuitates ea paterent̃:quæ paſſi erãt cordubenſes.Caſtellis idoneis locis collocatis operibuſq; in circuitu oppidi cõtinuatis:ulam Caſſiumq; munitionibus clauſit.quæ priusq̃ pficerentur Longinus oẽm ſuum equitatũ emiſit:quod ſibi uſui fore credebat: ſi pabulari frumentariq; Marcellum non pateretur.Magno autẽ impedimento ſi clauſus obſidione & inutilis neceſſarium conſumeret frumẽtum.Paucis diebus litteris Caſſii acceptis:Rex Bogud cũ copiis uenit. adiungitq; ei legionem: quã ſecum adduxerat.cõplureſq; cohortes auxiliarias hiſpanoꝝ.nanq; ut in ciuilibus diſſenſionibus accidere cõſueuit:ita tẽporibus illis in Hiſpania non nullæ ciuitates rebus Caſſii ſtudebãt:plures Marcello fauebant.Accedit cũ copiis Bogud ad exteriores Marcelli munitiones.pugnatur utrinq; acriter. crebroq; ut accidit fortuna ſæpe ad utrũq; transferente uictoriã. nec tamen unq̃ ab opibus depellitur Marcellus.Interim Lepidus ex citeriore ꝓuincia cum cohortibus legionariis trigintaquinq;:magno numero equitum:& reliquoꝝ auxilioꝝ uenit:ea mente ulam:ut ſine ullo ſtudio tantũ contentionem Caſſii Marcelliq; cõponeret.Huic uenienti ſine dubitatione Marcellus ſe credit:atq; offert.Caſſius contra ſuis ſe tenet præſidiis.ſiue eo quod plus ſibi iuris deberi:quã Marcello exiſtimabat:ſiue eo quod ne præoccupatus animus Lepidi eſſet obſequio aduerſarii:uerebatur. ponit ad ulam caſtra Lepidus.neq; habet a Marcello quicq̃ diuiſi.ne pugnaret̃: interdicit.ad exeundũ Caſſium inuitat.fidẽq; ſuam in re omni interponit.Cum diu dubitaſſet Caſſius:quid ſibi faciendũ: qdue Lepido eſſet credendum:neq; ullum exitum conſilii ſui repiret: ſi pmaneret in ſententia poſtulat uti munitiones diſiicerentur.ſibiq; liber exitus daret̃. non tantum inducias facerent:ſed prope iam conſtituta opera cõplanarent.cuſtodiæq; munitionũ eſſent deductæ.Auxilia regis in id caſtellũ Marcelli.quod ꝓximũ erat regiis caſtris:neq; opinantibus oĩbus:ſi tamen in oĩbus fuit Caſſius:nam de huius cõſciẽtia dubitabat̃:impetũ fecerunt.cõpluereſq; ibi milites oppreſſerũt.quod niſi celeriter indignatione & auxiliis Lepidi prælium eſſet diremptũ:maior calamitas eſſet accepta.Cum iter Caſſio patefactũ eſſet: caſtra Marcellus cum Lepido

coniungit. Lepidus eodem tēpore Marcelluſq; Curdubā cum ſuis ꝓfi
ciſcitur a Corduba Narbonem.Sub idem tēpus Trebonius ꝓcōſul ad
ꝓuinciam obtinendam uenit.De cuius aduentu:ut cognouit Caſſius:
legiones:quas ſecum habuerat:equitatūq; in hyberna diſtribuit . Ipſe
oībus ſuis rebus celeriter correptis malacam contendit . ibiq; aduerſo
tēpore nauigandi naues conſcendit:ut ipſe prædicabat:ne ſe Lepido &
Trebonio & Marcello cōmitteret.& amici eius dictitabant:ne per eam
ꝓuinciam minore cum dignitate iter faceret.cuius magna pars ab eo
defecerat:ut cæteri exiſtimabāt:ne pecunia illa ex infinitis rapinis con
fecta in poteſtatē cuiuſq̄ ueniret . Progreſſus hyberna ſecunda tempe
ſtate:cum in Iberum flumen noctis uitandæ cauſa ſe contuliſſet:inde
paulo uæhemētiore tēpeſtate nihilo ꝑiculoſius ſe nauigatuꝝ credens:
ꝓfectus aduerſis fluctibus occurrentibus oſtio fluminis in ipſis fauci
bus:cum neq; flectere nauē ꝓpter uim fluminis:neq; directam tantis
fluctibus tenere poſſet:demerſa naui periit. Cum in Syriam Cæſar ex
ægypto ueniſſet:atq; ab his qui Roma uenerant ad eum:cognoſceret:
litteriſq; urbanis aīaduerteret multa Romæ male & inutiliter admini
ſtrari:neq; ullam partē reip.ſatis cōmode geri : quod & cōtentionibus
tribunitiis ꝑnitioſæ ſeditiones orirentur:& ambitione atq; indulgētia
tribunoꝝ militum:& qui legionibus præerant : multa contra morem
conſuetudinēq; militarem facerent:quæ diſſoluendæ diſciplinæ ſeueri
tatiſq; eſſent:eaq; oīa flagitare aduentum ſuum uideret:tamen præfe
rendum exiſtimabat : quas in prouincias regioneſq; ueniſſet : eas ita
relinquere conſtitutas:ut domeſticis diſſenſionibus liberarent̃.Iura le
geſq; acciperent.& externoꝝ hoſtium metū deponerent.Hæc in Syria
Cilicia Aſia celeriter ſe confectuꝝ ſperabat : quod hæ prouinciæ nullo
bello premebantur. In Bithynia ac ponto plus honeris uidebat impen
dere ſibi.non enim exceſſiſſe ponto Pharnacem audierat.neq; exceſſuꝝ
putabat:cum ſecundo prælio eſſet uæhementer inflatus : quod contra
Domitium Caluinū fecerat.cōmoratus uere in oībus ciuitatibus:quæ
maiores ſunt dignitate : præmia benemeritis & uiritim & publice tri
buit.de controuerſiis ueteribus cognoſcit:ac ſtatuit reges.leges. dyna
ſtas prouinciæ:finitimoſq; oēs:qui ad eū cōcurrerant:receptos in fidē:
condicionibus impoſitis prouinciæ tuendæ ac defendendæ dimittit.&
ſibi & populo ro.amiciſſimos.Paucis diebus in ea ꝓuincia cōſumptis:
Sex.Cæſarem amicum & neceſſarium ſuum legionibus Syriæq; præfi
cit.Ipſe eadem claſſe:qua uenerat ꝓficiſcitur in Ciliciā:cuius ꝓuinciæ
ciuitates oēs euocat Tarſum . quod oppidum fere totius Ciliciæ nobi
liſſimum fortiſſimumq; eſt . ibi rebus oībus prouinciæ & finitimarū
ciuitatum conſtitutis: cupiditate proficiſcendi ad bellum non diutius
moratur.magniſq; itineribus per Cappadociā cōfectis:biduū Mazace

moratus uenit Comana: uetuſtiſſimũ & ſanctiſſimum in Cappadocia
Bellonæ templum: quod tanta religione colitur: ut ſacerdos eius deæ
maieſtate:imperio: & potẽtia ſecundus a rege cõſenſu gentis illius ba
beatur. Id homini nobiliſſimo Nicomedi Bithynio adiudicauit:qui re
gio Cappadocum genere ortus:ꝓpter aduerſam fortuuã maioꝝ ſuorũ:
mutationẽq; generis iure minime dubio:uetuſtate tamen intermiſſo:
ſacerdotiũ id repetebat. Fratrem autẽ Ariobarzanis Ariaratem:cũ bene
meritus uterq; eoꝝ de rep.eſſet:ne aut regni hæreditas Ariaratem ſolli
citaret:aut hæres regni terreret:Ariobarzani attribuit:qui ſub eius im
perio ac ditione eſſet:ipſe iter cœptũ ſimili uelocitate conficere cœpit.
cum propius pontum fineſq; gallogræciæ acceſſiſſet:Deiotarus tetrar
cha gallogræciæ tunc quidem pœne totius: quod ei neq; legibus neq;
moribus conceſſum eſſet:& cæteri tetrarchæ cõtendebant: Sine dubio
autẽ rex Armeniæ minoris ab ſenatu appellatꝰ:depoſitis regiis inſigni
bus:neq; tantum priuato ueſtitu:ſed etiam reoꝝ habitu ſupplex ad Cæ
ſarem uenit oratũ:ut ſibi ignoſceret:quod in ea parte poſitus terrarũ:
quæ nulla præſidia Cæſaris habuiſſet:exercitibus imperiiſq; in.Gn.Põ
peii caſtris fuiſſet.neq; enim ſe iudicem debuiſſe eſſe controuerſiarum
populi ro.ſed parere præſentibus ĩperiis.Contra quẽ Cæſar cũ plurima
ſua cõmemoraret officia:quæ cõſul ei decretis publicis tribuiſſet: cũq;
defenſionem eius nullam poſſe excuſationẽ ſuæ imprudentiæ recipere
coarguiſſet quod homo tantæ prudentiæ ac diligentiæ ſcire potuiſſet:
ubi quis urbem Italiamq; teneret : ibi ſenatus populuſq; ro.ibi reſp.
eſſet.Quis deinde poſt.L.Lentulum.M.Marcellum conſul eſſet: ſed ta
men ſe cõcedere id factum ſupioribus ſuis beneficiis.ueteri hoſpitio :
atq; amiciciæ:dignitati:ætatiq; hoĩs:precibus eoꝝ qui frequentes con
curriſſent hoſpites atq; amici Deiotari ad deprecandũ.De cõtrouerſiis
tetrarchaꝝ poſtea ſe cognituꝝ eſſe dixit.regium ueſtitum ei reſtituit.
Legionem autẽ eam:quã ex genere ciuium ſuoꝝ Deiotarus natura di
ſciplinaq; noſtra conſtitutam habebat:equitatũq; omnẽ ad bellum ge
rendum adduci iuſſit.Cum in pontum ueniſſet:copiaſq; oẽs in unum
locum coegiſſet:quæ numero atq; exercitatiõe belloꝝ mediocres erãt :
excepta enim legione ſexta:quã ſecum adduxerat Alexandria ueteranã:
multis meritis laboribus piculiſq; functã : multiſq; militibus partim
difficultate itineꝝ ac nauigationũ:partim crebritate belloꝝ adeo dimi
nutam:ut minus mille hoium in ea eſſet:reliquæ erant tres legiones:
una Deiotari:duæ:quæ in eo prælio:quod.Gn. Domitium feciſſe cum
Pharnace ſcripſimus:fuerant.Legati a Pharnace miſſi Cæſarẽ adeunt.
atq; in primis deprecantur:ne eius aduentus hoſtilis eſſet. Facturum
enim oĩa Pharnacem quæ imperata eſſent:maximeq; cõmemorabant:
nulla Pharnacem auxilia contra Cæſarem Pompeio dare uoluiſſe: cum

Deiotarus : qui dediſſet: tamen ei ſatiſfeciſſet. Cæſar reſpondi ſe fore
æquiſſimum Pharnaci:ſiquæ polliceret̃:repreſentaturus eſſet. monuit
auté:ut ſolebat:mitibus uerbis legatos: ne aut Deiotarum ſibi obiice
rent:aut nimis eo gloriarent̃ beneficio:quod auxilia Pompeio non mi
ſiſſent.nam ſe neq; libentius facere quicq̃:quá ſupplicibus ignoſcere.
neq; prouinciarꝝ publicas iniurias cōdonare iis poſſe: qui non fuiſſent
in ſe officioſi.Id ipſum quod cōmemoraſſet officium utilius Pharnaci
fuiſſe:qui prouidiſſet:ne uinceretur:quá ſibi:cui dii ímortales uictoriá
tribuiſſent. Ita ipſe magnas & graues iniurias ciuium romanoꝝ : qui
in ponto negotiati eſſent:quoniam in integrum reſtituere non poſſet:
concedere Pharnaci.Nam neq; interfectis amiſſam uitam:neq; exectis
uirilitaté reſtituere poſſe.quod quidem ſuppliciū grauius morte ciues
romani ſubiſſent.Ponto uero decederet confeſtim . familiaſq; publica
noꝝ remitteret.cæteraq; reſtitueret ſociis ciuibuſq; romanis:quæ pœ
nes eū eſſent. Si bene feciſſet iam tūc ſibi mitteret munera ac dona :
quæ bene rebus geſtis impatores ab amicis accipere conſueſſent. Mi
ſerat enim Pharnaces coronam auream.His reſponſis datis.legatos re
miſit.At Pharnaces oīa liberaliter pollicitus cū feſtinanté ac properan
tem Cæſarem ſperaret:libentius etiam crediturum ſuis promiſſis:quá
res pateretur : quo celerius honeſtiuſq; ad res magis neceſſarias ꝓfici
ſceret̃ :nemini enim erat ignotū: plurimis de cauſis ad urbem Cæſaré
reuocari:lentius agere.decedendi diem poſtulare longiorem.pactiones
īterponere.in ſūma fruſtrari.Cæſar cognita calliditate hoīs quod aliis
temporibus natura facere conſueuerat:tunc neceſſitate fecit adductus:
ut celerius oīum opinione manū conferret . Zela eſt oppidū in ponto
poſitum:ipſum ut in plano loco ſatis munitum: tumulus enim natu
ralis uelut manu factus:excelſiore undiq; faſtigio ſuſtinet murum.Cir
cumpoſiti ſunt huic oppido magni multiq; interciſi uallibus colles :
quoꝝ æditiſſimus:qui propter uictoriam Mithridatis: & infelicitatem
Triarii:detrimentūq; exercitus noſtri:ſuperioribus locis atq; itineribus
pœne coniunctus oppido: magnam in illis partibus habet nobilitaté .
nec multo longius millibus paſſuum tribus abeſt ab zela. Hunc locū
Pharnaces ueteribus paternorum felicium caſtrorum refectis opibus
copiis omnibus ſuis occupauit . Cæſar cum ab hoſte millia paſſuum
quinq; caſtra poſuiſſet . uideretq; eas ualles quibus regia caſtra muni
rentur.eodem interuallo ſua caſtra muniturus.ſi modo ea loca hoſtes
priores non cepiſſent:quæ multo erant ꝓpiora regis caſtris: aggerem
comportari iubet intra munitiones.Quo celeriter collato: proxima no
cte uigilia quarta:legionibus oībus expeditis impedimétiſq; in caſtris
relictis.prima luce non opinantibus hoſtibus ipſum locū cepit.In quo
Mithridates ſecundū bellum aduerſus Triarium fecerat . Hunc omné

comportari aggerē e caſtris.ſeruitiaq; agi iuſſit: ne quis ab ope miles
diſcederet: cum ſpatio non amplius mille paſſuū intercisa uallis caſtra
hoſtium diuideret ab opere incepto Cæſaris caſtroꝝ.Pharnaces cum id
repente prima luce aīaduertiſſet : copias ſuas oēs pro caſtris inſtruxit:
quas interpoſita tanta locoꝝ iniquitate:conſuetudine magis puulgata
militari:credebat inſtrui Cæſar uel ad opus ſuum tardandū:quo plures
in armis tenerentur:uel ad oſtentationē regiæ fiduciæ: ne munitione
magis:quā manu defendere locum Pharnaces uideretur.deterritus nō
eſt:quo minus prima acie ꝓ uallo inſtructa: reliqua pars exercitus op⁹
faceret.At Pharnaces impulſus ſiue loci felicitate:ſiue auſpiciis: & reli
gionibus inductus:quibus obtēperaſſe eum poſtea audiebamus : ſiue
paucitate noſtroꝝ:qui in armis erant cōperta:cum more operis quotti
diani:magnam illoꝝ ſeruoꝝ multitudinē:quæ aggerem portabat:mili
tes eſſe crediđiſſet:ſiue etiam ueterana fiducia exercitus ſui : quē cum
legione.xxii.in acie conflixiſſe.& uiciſſe legati eius gloriabanť. ſiue cō
temptu exercitus noſtri.quem pulſum a ſe Domitio duce ſciebat:inito
conſilio dimicandi:deſcendere prærupta ualle cœpit . Cuius aliquādiu
Cæſar irridebat inanem oſtētationē.& eo loco militum cobortationē:
quē in locum nemo ſanus hoſtis ſubiturus eſſet.Cum interim Pharna
ces eodem gradu quo in prælium deſcenderat:uallem aſcendere aduer
ſus arduum collem inſtructis copiis cœpit . Cæſar incredibili eius uel
temeritate:uel fiducia motus:neq; opinās:imparatuſq; oppreſſus eodē
tēpore milites ab operibus uocat.arma capere iubet.legiones opponit.
aciem inſtruit.Cuius rei ſubita trepidatio magnum terrorē attulit:no
ſtris nondum ordinibus inſtructis:falcatæ regiæ quadrigæ permixtos
milites pturbant.quæ tamen celeriter multitudine tæloꝝ opprimunť.
Inſequitur has acies hoſtium.& clamore ſublato confligit multū adiu
uante natura loci.plurimū deoꝝ īmortalium benignitate:qui cū oībus
caſibus bellis interſunt:tum præcipue eis:quibus nihil ratione potuit
adminiſtrari.Magno atq; acri prælio facto:cōminus dextro cornu quo
ueterana legio erat collocata: initium uictoriæ natum eſt . ex ea parte
cum in procliui detruderenť hoſtes . Multo tardius ſed tamen iiſdem
diis adiuuantibus:ſiniſtro cornu mediaq; acie totæ ꝓfligantur copiæ
regis:quæ q̃facile ſuberant iniquum locum:tam celeriter gradu pulſæ
premebanť loci iniquitate.Itaq; multis militibus partim interfectis :
partim ſuoꝝ ruina oppreſſis:qui uelocitate effugere poterant:armis ta
men proiectis: uallem trāſgreſſi nihil ex loco ſupiore inermes ꝓficere
poterant.At noſtri uictoria elati ſubire iniquum locum:munitioneſq;
aggredi nō dubitarūt.Defendentibus autē his cohortibus caſtra:quas
Pharnaces præſidio reliquerat:celeriter caſtris hoſtium ſunt potiti. In
terfecta multitudīe omni:aut capta ſuoꝝ:Pharnaces cū paucis eqtibus

profugit.Cui niſi caſtrorum oppugnatio facultatẽ attuliſſet liberius profu giendi:uiuus in Cæſaris poteſtatẽ adductus eſſet. Tali uictoria totiens uictor Cæſar incredibili eſt lætitia affectus:quod maximũ bellũ tanta celeritate confecerat.quodq; ſubiti periculi recordatio eſt lætior : quod uictoria facilis ex difficillimis rebus acciderat. Ponto recepto : præda omni regia militibus condonata:poſtero die cũ expeditis eqtibus ipſe proficiſcitur.Legionẽ ſextam decedere ad præmia: atq; bonores accipi endos in Italiam iubet. Auxilia Deiotari domũ remittit.duas legiones cum Cælio Minutio in ponto reliqt.Ita per Gallogræciam Bitbyniãq; in Aſiam iter facit.oĩumq; earum prouinciarum de controuerſiis cognoſcit : & ſtatuit.Iura in tetrarchas:reges:ciuitates diſpoſuit. Mitbridatẽ Per gamenum quo rem feliciter celeriterq; geſtam in ægypto ſupra ſcripſi mus regio genere ortum:diſciplinis etiam regiis educatum:nam eum Mitbridates rex Aſiæ totius propter nobilitatẽ pergamo paruulum ſecũ aſportauerat in caſtra.multoſq; tenuerat annos. Regem Boſpbori con ſtituit:quod ſub imperio Pbarnacis fuerat. prouinciaſq; populi ro.a bar baris atq; inimicis regibus:interpoſito amiciſſimo rege:muniuit.Eidẽ tetrarchiã legibus gallogræcorum:iure gentis & cognationis adiudicauit occupatã:& poſſeſſam paucis ante annis a Deiotaro. Neq; tamen usq̃ diutius moratus ẽ:quã neceſſitas urbanarum ſeditionũ pati uidebat᷑.Re bus feliciſſĩe celerrimeq; cõfectis.ĩ Italiã celerius oĩum opinioẽ uenit.

A. HIRTII AVT OPII COMMENTARIORVM DE BELLO AFRICO LIBER QVINTVS.

c AESAR itineribus iuſtis confectis nullo die inter miſſo ad.xiiii.kal.Ianuarias Lilybæum peruenit. ſta timq; oſtendit ſeſe naues uelle cõſcendere:cum non amplius legionem tyronum baberet unam. eqteſq; uix ſexcentos. Tabernaculũ ſecundũ littus ipſum cõ ſtituit:ut prope fluctus uerberaret.Hoc eo conſilio fe cit:neqs more quicq̃ fere ſparet:& ut oẽs in dies boraſq; parati eſſẽt. Incidit per id tempus:ut tẽpeſtates ad nauigandũ idoneas nõ baberet. Nibilo tamen minus in nauibus remiges militeſq; continere.& nullã prætermittere occaſionẽ profectiõis.cum præſertim ab incolis eius pro uinciæ nuntiarent᷑ aduerſariorum copiæ.equitatus infinitus.legiones re giæ tres.læuis armaturæ magna uis.Scipionis decem.elepbanti centũ uiginti.claſſeſq; eſſe cõplures:tamen non deterrebat᷑ animo.& ſpe con fidebat.Interim in dies & naues longe adaugeri.& bonerariæ cõplures eodem concurrere.& legiones tyronum cõuenire.In bis ueterana legio quinta.equitum ad duo millia.legionibus collectis ſex.& eqtũ duobus

millibus.ut quæq; prima legio uenerat:in naues longas imponebat̃ .
equites auté in bonerarias.ita maioré parté nauium antecedere iuſſit.
& Inſulam petere Aponianá:quæ eſt a Lilybæo.Ibiq; cōmoratus bona
paucoꝝ uændit publice. Deinde Allieno prætori: qui Siciliam obtine
bat:de oībus rebus præcipit: & de reliquo exercitu celeriter imponédo.
Datis mandatis conſcendit ad.vi.kal.Ianuar. & reliquas naues ſtatim
eſt cóſequutus.Ita uento certo celeriq; nauigio uectus:poſt dié quartá
cum longis paucis nauibus in cóſpectum Africæ uenit.Nam neq; bo
nerariæ reliquæ præter paucas uento diſperſæ:atq; errabundæ diuerſa
loca petierunt.clupeam claſſe præteruebitur.deinde Neapolin. cóplura
præterea caſtella:& oppida nó longe a mari relinqt.Poſtq̄ adrumetum
acceſſit:ubi præſidium erat aduerſarioꝝ:cui præerat.G.Conſidius: & a
clupa ſecúdum oram maritimá cum equitatu adrumeti Gn.Piſo cum
mauris circiter tribus millibus apparuit. Ibi pauliſper Cæſar ante por
tum cōmoratus:dum reliquæ naues cóuenirét:exponit exercitú.Cuius
numerus in præſentia fuit peditum tria millia. equitum centúqnqua
ginta.Caſtriſq; ante oppidum poſitis:ſine iniuria cuiuſq̄ conſedit : co
bibetq; oés a præda.Oppidani interim muros armatis complent.ante
portam frequentes conſidunt ad ſe defendendú: quoꝝ numerus duaꝝ
legionum intus erat.Cæſar circum oppidú uectus natura loci pſpecta:
redit in caſtra.Non nemo culpæ eius imprudentiæq; aſſignabat:quod
neq; circum loca gubernatoribus præfectiſq;:quid peterent:præcepat.
neq; ut more ipſius conſuetudo ſupioribus téporibus fuerat: tabellas
ſignatas dederat:ut in tépore bis plectis locum certú peterét uniuerſi.
quod minime Cæſaré fefellerat.Nam neq; ullum portú terræ Africæ:
quo claſſes decurrerent : pro certo tutum ab boſtium præſidio fore ſu
ſpicabatur . Sed fortuitu oblatam occaſioné egreſſus aucupabatur.L.
Plancus interim legatus petit a Cæſare:ut ſibi daret facultaté cum Có
ſidio de pace agédi:ſi poſſet aliqua ratione perduci ad ſanitatem.Itaq;
data facultate litteras cóſcribit.& eas captiuo dat pferendas ad oppidú
ad Conſidium.Quo ſimul atq; captiuus perueniſſet:litteraſq;: ut erat
mandatum:Conſidio porrigere cepiſſet:priuſq̄ acciperet ille:unde inqt
iſtas:?Tum captiuus uenio a Cæſare.Tunc Conſidius.Vnus eſt: inqt :
Scipio imperator boc tépore populi romani. Deinde in conſpectu ſuo
captiuum interfici iubet.Litteraſq; nondum plectas:ſicut erant ſigna
tæ:dat bomini certo ad Scipioné pferendas.Poſtq̄ una nocte & die ad
oppidum conſumpta:neq; reſponſum a Conſidio dabatur. neq; ei reli
quæ copiæ ſuccurrebát.neq; equitatu abundabat.& ad oppidum oppu
gnandum non ſatis copiaꝝ babebat.& eas tyronú neq; primo aduétu
cóuulnerari exercitum uolebat:& oppidi egregia munitio : difficiliſq;
ad oppugnandú erat aſcenſus:& nuntiabant̃ auxilia magna equitatus

cõmorantiũ claſſem inciderent imprudentes uela in altum dederunt: ac diu multũq; iactati:tandẽ multis poſt diebus ſiti inopiaq; confecti ad Ceſarem peruenerũt .Quibus legionibus expoſitis memor in italia priſtinæ licentiæ militaris:ac rapinarum certoꝝ hominũ paruulam mõ cauſulam nactus Cæſar:ꝙ Auienus trib. mil.x.legionis nauẽ cõmeatu familia q; ſua atq; iumentis occupauiſſet.neq; militem unũ ab ſicilia ſuſtuliſſet:Poſtero die de ſuggeſto conuocatis omnium legiouum tri bunis ceuturionibuſq;: Maxime uellem inquit homines ſuæ peculan tiæ nimiæq; libertatis aliquãdo finem feciſſent.meæq; lenitatis:mode ſtiæ:patientiæq; rõnem habuiſſent. Sed quoniã ipſi ſibi neq; modum neq; terminũ conſtituũt:quo cæteri diſſimiliter ſe gerant: egometipſe documentum more militari conſtituam.Quapropter.G.Auiene:quod in italia milites po:romani cõtra rem pub.inſtigaſti:rapinaſq; per mu nicipia feciſti quodq; mihi reiq; pub.inutilis fuiſti:& ꝓ militibus tuã familiam iumentaq; in naues impoſuiſti:tuaq; opera militibuſq; tem pore neceſſario reſpublica caret.ob eas res ignominæ cauſa ab exercitu meo te remoueo:hodieq; ex africa abeſſe: & quãtum potes ꝓficiſci iu beo.Itemq; te.A.Fontei:ꝙ tribunus militum ſeditioſus maluſq; ciuis fuiſti:te ab exercitu dimitto.Tuſci Saliene.T.Aliene.M.tyro.G.Cluſiãe cum ordines in meo exercitu benefitio non uirtute conſequuti:ita uos geſſeritis:ut neq; bello fortes:neq; pace boni aut utiles fueritis:& ma gis in ſeditione:concitandiſq; militibus aduerſariorũ noſtrorũ impera toris q̃ pudoris modeſtiæq; fueritis.ſtudioſiores: indignos uos eſſe ar bitror:qui in meo exercitu ordines ducatis. miſſoſq; facio . & quantũ poteſtis abeſſe ex africa iubeo.Itaq; tradidit eos centuriõibus:& ſingu lis non amplius ſingulos additis ſeruis: in naui imponendos ſeparatim curauit.Getuli interim perfugæ: quos cum litteris mandatiſq; a Cæſa re miſſos ſupra docuimus:ad ſuos ciues peruẽiũt:quoꝝ auctoritate fa cile adducti: Cæſariſq; nomĩe perſuaſi:a rege Iuba deſciſcunt:celeriter q; cuncti arma capiunt.contraq; regem facere non dubitant. Quibus rebus cognitis Iuba:diſtentus triplici bello:neceſſitateq; coactus:de ſu is copiis quas contra Cæſarem adduxerat: ſex cohortes in fines regni ſui mittit.quæ eſſent præſidio contra getulos.Cæſar brachiis perfectiſ ꝓmotiſq; uſque eo.ut tælum ex oppido abiici non poſſet:caſtra mũit. baliſtis ſcorpionibuſq; crebris ante frontem caſtrorũ contraq; oppidũ collocatis: defenſores muri deterrere non intermittit. Eaſq; quinq; le giões ex ſuperioribus caſtris deducit.Qua facultate oblata: illuſtriores notiſſimiq; conſpectum amicorum propinquorũq; efflagitabant:atq; inter ſe colloquebantur.quæ res quid utilitatis haberet:Cæſarem non fallebat:Nanq; getuli ex equitatu regio nobiliores : equitũq; præfecti quoꝝ partes cũ Mario ante manſerãt: eiuſq; beneficio agris finibuſq;

donati poſt Syllæ uictoriam: ſub Hyempſalis regis erāt dati poteſtate: occaſione data: nocte iam luminibus accenſis: cū equis calonibuſq; ſu is circiter mille pfugiunt in Cæſaris caſtra: quæ erant in campo pxīe uzittæ locata: Quod poſtquam Scipio & qui cū eo erant: cognouerūt: cū cōmoti ex tali incōmodo eſſent fere per id tēpus. M. Aquiniū cum G. Saſerna colloquentem uiderunt. Scipio mittit ad Aquinium nil atti nere eū cum aduerſariis colloqui. Cum autē nihilominus eius ſermo nem nuntius ad ſe referret: diceretq; ut reliqua: quæ uellet: perageret: uiator poſtea ab Iuba ad eū eſt miſſus: qui diceret audiente Saſerna: uetat te rex colloqui. Quo nuntio perterritus: diſceſſit. Et dicto audiēs fuit regi:: Vſu ueniſſe hoc ciui romano miror. & ei qui a populo ro. ho nores accepiſſet: incolumi patria fortuniſq; omnibus: Iubæ barbaro potius obediētem fuiſſe: quā aut Scipionis obtemperaſſe nuntio: aut Cæſaris: eiuſdem partis ciuibus incolumen reuerti malle. Atq; etiam ſuperioribus Iubæ factum non in. M. Aquinium hominem nouū par uumq; ſenatorem: ſed in Scipionem hominem illa familia: dignitate: honoribuſq; præſtantem. Nam cū Scipio ſagulo purpureo ante regis aduentū uti ſolitus eſſet: dicitur Iuba cum eo egiſſe non oportere illū eodē uti ueſtitu: atq; ipſe uteret͛. Itaq; factū ē illico: ut Scipio ad alliū ſeſe ueſtitum tranſferret: & Iubæ homini ſuperbiſſimo inertiſſimoq; obtemparet. Poſtero die ūiuerſas hominū copias de caſtris oībus dedu cunt: & ſup aliū quendā excelſū natura locū nō lōge a Cæſaris caſtris aciē cōſtituūt: atq; ibi conſiſtūt. Cæſar itē pducit copias. celeriterq; hiſ īſtructis: āte ſuas munitiōes quæ erāt in campo cōſtituit. Sine dubio exiſtimās ultro aduerſarios: cū tā magnis copiis auxiliiſq; regis eſſent præditi: promptiuſq; proſil uiſſent: ante ſe cocurſuros: ppiuſq; ſe acceſ ſuros: & equo circūuectus legioneſq; cohortatus: ſigno dato: acceſſum hoſtium aucupabatur. Ipſe enim a ſuis munitionibus longius nō ſine ratione procedebat: quod in oppido uzitta: quod Scipio tenebat: hoſtiū erant cohortes armatæ: Eidē aūt oppido ad dextrū latus eius cornu erat oppoſitum. Verebaturq; ne ſi prætergreſſus eſſet ex oppido: eruptione facta: ab latere eum adorti conciderent. Præterea hæc quoq; eum cauſa tardauit: ꝙ erat locus qdam perimpeditus ante aciē Scipionis: quē ſuis impedimēto ad ultro occurrendum fore exiſtimabat. Nō arbitror eſſe prætermittēdū quemadmodū exercitus utriuſq; fuerūt in aciē īſtructi. Scipio hoc modo aciem direxit. collocabat in fronte ſuas & Iubæ legio nes. poſtea aūt numidas in ſubſidiaria acie ita extenuatos: & in longi tudinem directos ut pcul ſimplex eſſe acies a legionariis militibus ui deretur. In cornibus aūt duplex eſſe exiſtimabatur. elephantos dextro ſiniſtroq; cornu collocauerat: æqualibus inter eos īteruallis interiectis. Poſt aūt elephantos armaturas leues: nūidaſq; ſubſtituerat auxiliarios

Eqtatū frænatum uniuerſum in ſuo dextro cornu diſpoſuerat. Sīīſtrū enim cornu oppido uzitta claudebatur . Neq; erat ſpatium equitatus explicādi Poſtea numidas leuiſq; armaturæ infinitam multitudinē ad dextrā partē ſuæ aciei oppoſuerat:fere interiecto nō minus mille paſſuū ſpatio:& ad collis radices magis appulerat : longiuſq; ab aduerſariorū ſuiſq; copiis ꝓmouebat.Id hoc conſilio ut cum acies duæ inter ſe con curriſſent:initio certaminis paulo longius eius equitatus circunuētus ex improuiſo clauderet multitudīe ſua exercitū Cæſaris :atq; perturba tum iaculis cōfigeret.Hæc fuit ratio Scipionis ea die præliandi . Cæſa ris aūt acies hoc modo fuit collocata:ut ab ſiniſtro eius cornu ordiar : & ad dextū eius ꝑueniam:habuit in ſiniſtro cornu legionē nonam & octauam . In dextro cornu trigeſſimā & uigeſſimāoctauam . quartāde cimā decimātertiam:triceſimamtertiaā & uiceſimāſextam in media a cie. Ipſum autem dextrum cornu ſecunda acie fere in earum legionū parte cohortium collocauerat . Præterea ex tyronū legionibus paucas adiecerat. Tertiam autem aciem in ſiniſtrum ſuum cornu contulerat. & uſq; ad aciei ſuæ mediam legionē porrexerat:& ita collocauerat: uti ſuum dextrum:latus munitionibus adiuuaretur. Siniſtrum autē equi tatus hoſtium multitudine reſiſtere poſſet: eodēq; ſuū omnem contu lerat equitatum:& ꝙ ei parum confidebat: præſidio his eqtibus legio nem quintam permiſerat:leuēq; armaturā inter equites interpoſuerat: Sagittarios uarie paſſimq; locis certis maxīeq; in cornibus collocaue rat.Sic utrorūq; exercitus inſtructi:non plus paſſuum trecentoꝝinteri ecto ſpatio:quod forte ante id tempus acciderat nūquam:quin dimica retur:a mane uſq; ad horam decimā diei perſtiterunt.Iamq; Cæſar dū exercitum recludere ītra munitiōes ſuas cœpiſſet:ſubito uniuerſus eq tatus ulterior numidaꝝ getulorumq; ſine frænis ad dextram partē ſe mouere:ꝓpiuſq; Cæſaris caſtra: quæ erant in colle:ſe conferre cœpit . Frenati autem Labieni equites in loco permanere:legiōeſq; diſtinere . Cum ſubito pars equtatus Cæſaris cum leui armatura contra getulos in iuſſu ac temere longius progreſſi:paludēq; tranſgreſſi: multitudinē hoſtium ſuſtinere pauci nō potuerunt.Leuiq; armatura deſerti ac pul ſi conuulneratiq;: uno equite amiſſo:multis equis ſauciis leuis arma turæ uigintiſex occiſis:ad ſuos refugerunt.Quo ſecundo equeſtri præ lio facto:Scipio lætus in caſtra nocte copias deduxit. Quod proprium gaudium bellantibus fortuna tribuere non decreuit.Nāq; poſtero die Cæſar cum parte equitatus ſui leptim frumenti gratia miſit.In itine re prædatores equites numidas:getuloſq; ex improuiſo adorti circiter centum partim occiderūt:partim uiuoꝝ potiti ſunt.Cæſar interī quot tidie legiōes in campum deducere aduerſariorūq; ex curſionibus iter efficere non intermittit.Scipio item munitiones contra facere:& iugo

ne a Cæſare excluderetur:adproperare. Ita duces utriq; & in opibus oc cupati erãt:& nihilominus equeſtribus prælìis inter ſe quottidie dimi cabant. Interim Varus claſſem: quã antea uticæ hyemandi gratia ſub duxerat:cognito legionis ſeptimæ & octaue ex ſicilia aduentu:celeriter deducit:ibiq; getulis remigibus epibatiſq; complet ĩſidiandiq; gratia ab utica progreſſus:adrumentũ cum quinquagintaqnq; nauibus pue nit. Cuius aduẽtu inſcius Cæſar. L. Ciſpium cũ claſſe. xxvii. nauium ad thapſim uerſus: in ſtationẽ præſidii gratia cõmeatuſq; ſui mittit. Itẽq; Q. Aquilam cum tredecim nauibus longis adrumẽtum eadem de cau ſa præmittit. Ciſpius quo erat miſſus:celeriter peruenit. Aquila tempe ſtate iactatus: cum claſſe ꝓpius promũtorium ſuperare nõ potuit: Atq; angulũ quendã tutũ a tẽpeſtate nactus:cum claſſe ſe longius a proſpe ctu remouit. Reliqua claſſis in ſalo ad lepti egreſſis remigibus:paſſim q; in littore uagantibus:partim in oppido uictus ſui mercandi gratia ꝓgreſſis uacua a deſẽſoribus ſtabat. Quibus rebus Varus ex perfugis cognitis: occaſionẽ nactus: uigilia ſecũda adrumento ex cothone egreſ ſus:primo mane leptim cũ uniuerſa claſſe uectus : naues bonerarias : quæ longius a portu in ſalo ſtabant:incendit. & pentiremes duas:quæ longius erant:uacuas a defenſoribus nullo repugnãte cepit. Cæſar inte rim celeriter per nũtios in caſtris cũ opera circuiret:certior factus:quæ aberant a portu millia paſſuũ. vi. equo amiſſo : omiſſis omnibus reb⁊ celeriter peruenit leptim. ibiq; moratus õnes ut ſe naues conſequerẽt primum ipſe nauigiolum paruũ conſcendit:in curſu Aquilã multitu dine nauigioꝝ perterritum atq; trepidantem nactus: hoſtium claſſem ſequi cœpit. Interim Varus celeritate Cæſaris : audaciaq; motus cum uniuerſa claſſe conuerſus:nauibus adrumẽtum uerſus fugere conten dit. quem Cæſar in millibus paſſuum quattuor conſecutus. recuperata qnq; remi cum omnibus ſuis epibatis:atq; etiam hoſtiũ cuſtodibus. cxxx. in ea naue captis: triremem hoſtiũ ꝓximam quæ in repugnando erat cõmorata:bõuſtam remigum:epibatarumq; cepit. Reliquæ naues hoſtiũ ꝓmontoriũ ſuperarunt: atq; adrumentum in cothonem ſe uni uerſæ contulerũt. Cæſar eodem uento ꝓmuntoriũ ſuperare non potu it, atq; in ſalo in anchoris ea nocte cõmoratus: prima luce adrumentũ accedit. ibiq; nauibus bonerariis quæ erant extra cothonem : incẽſis omnibuſq; reliquis aliis:aut ſubductis:aut in cothonem cõpulſis:pau lis per cõmoratus. ſi forte uellent claſſe dimicare:rurſus ſe recepit in ca ſtra. In ea naue captus eſt. P. Veſtrius eques romanus:&. P. Ligarius Afranius:quem Cæſar in hiſpania cũ reliquis dimiſerat:& poſtea ſe ad Põpeium contulerat: inde ex prelio effugerat in africam:& ad Varum uenerat. Quẽ ob periurii perfidiã Cæſar iuſſit necari. P. Veſtiũ autẽ : quod eius frater romæ pecuniam impatam numerauerat: & quod ipſe

cauſam Cæſaris ꝓbauerat:ſed Naſidii claſſe:captū cū ad necē duceret:
beneficio Vari eſſe ſeruatum:poſtea facultatē ſibi nullam datam tran
ſeundi ignouit.Eſt in africa cōſuetudo incolaꝝ:ut in agris ī omnibus
fere uillis ſub terra ſpecus condendi frumenti gratia clam babeant:
atq; id propter bella maxīe hoſtiumq; ſubitum aduentum præparent.
Qua de re Cæſar certior per indicem factus:tertia uigilia legiōes duas
cū equitatu mittit a caſtris ſuis millia paſſuū decem:atq; inde magno
numero frumenti bonuſtos recepit in caſtra .Quibus rebus cognitis
Labienus ꝓgreſſus a ſuis caſtris millia paſſuū .vii. per iugum & collē
per quem Cæſar pridie iter fecerat:ibi caſtra duaꝝ legionū facit : atq;
ipſe quottidie exiſtimans Cæſarem eodē ſæpe frumentandi gratia cō
meatuꝝ:cum magno equitatu leuiq; armatura inſidiaturus locis ido
neis conſedit Cæſar interī de inſidiis Labieni ex ꝑfugis certior factus
paucos dies ibi cōmoratus:dum hoſtes quottidiāo inſtituto : ſæpe idē
faciendo in neglientiā adducerentur:ſubito mane imperat porta decu
mana legiones ſe octo ueteranas cum parte equitatus ſequi.atq; equi
tibus præmiſſis:neq; opinātes inſidiatores:ſubito in cōuallibus laten
tes:leui armatura concidit circiter.d.reliquos in fugam turpiſſimā cō
iecit . Interim Labienus cum uniuerſo equitatu fugientibus ſuis ſup
petias occurrit.Cuius uim multitudinēq; cum equites pauci cæſariani
ſubſtinere non poſſent:Cæſar inſtructas legiones hoſtium copiis oſtē
dit.Quo facto ꝑterrito Labieno:ac retardato : ſuos equites recepit ico
lumes.Poſtero die Iuba numidas eos qui loco amiſſo fuga ſe receperāt
in caſtra:in cruce omnes ſuffixit. Cæſar interī quoniā frumēti inopia
premebatur:copias omnis in caſtra concludit:atq; præſidio leptæ : ru
ſpinæ Acbillæ relicto:Criſpo Aaquilæq; claſſe tradita:ut alter ad rumē
tum: alter tapſum mari obſideret : ipſe caſtris incenſis quarta noctis
uigilia acie inſtructa impedimētis in ſiniſtra parte collocatis: ex eo lo
co ꝓficiſcitur:& peruenit ad oppidum agar:quod a getulis ſæpe antea
oppugnatum:ſummaq; ui per ipſos oppidāos erat defenſū.ibi in cam
po caſtris unis poſitis:ipſe frumātētum circum uillas cum parte eqta
tus ꝓfectus:magno inuento bordei:olei:uini: fici numero:pauco triti
ci:atq; recreato exercitu: rediit in caſtra. Scipio interī cognito Cæſaris
diſceſſu:cum uniuerſis copiis per iugum Cæſarē ſubſequi cœpit: atq;
ab eius caſtris millia paſſuum.vi.longe trinis caſtris diſpartitis copiis
conſedit:oppidum erat zetta quod aberat a Scipione millia paſſuum.x
ad eius regionem & partem caſtrorū collocatum.a Cæſare aūt diuerſū
ac remotū:quod erat ab eo lōge millia paſſuū.xviii.Huc Scipio legiōes
duas frumētandi gratia miſſit.Quod poſtquam Cæſar ex perfugis co
gnouit : caſtris ex campo in collem ac tutiora loca collocatis: atq; ibi
præſidio relicto: ipſe quarta uigilia egreſſus præter hoſtiū caſtra ꝓfici

ſcitur cum copiis:& oppido potitur. Legiones Scipionis cōperit lōgius in agris frumentari:& cum eo contendere conaretur:aīaduertit copias hoſtiū iis legionibus occurrere ſuppetias:quæ res eius impetū retarda uit. Itaq; capto. G. Biotio Regino equite ro. Scipionis familiariſſīo:qui ei oppido præerat:&. P Atrio equite romano de conuentu uticēſi:& ca melis:xxii. regis adductis:præſidio ibi cū oppido legato relicto: ipſe ſe recipe cœpit ad caſtra. Cum iam nō longe a caſtris Scipionis abeſſet: quæ eum neceſſe erat prætergredi:Labienus Afraniuſq; cūomni eqta tu leuiq; armatura ex inſidiis adorti:agmini eius extremo ſe offerūt. atq; ex collibus primis exitunt. Quod poſt q̄ Cæſar animaduertit equi tibus ſuis hoſtium in oppoſitis ſarcinas: legionarios in aceruū iubet comportare:atq; celeriter ſigna hoſtibus inferre. quod poſtq̄ cœptū eſt fieri: primo impetu legionis eqtatus : & leuis armatura hoſtiū nullo negotio loco pulſa & deiecta eſt de colle. Cum iam Cæſar exiſtimaſſet hoſtes pulſos:deterritoſq; fiem laceſſēdi facturos: & iter cœptū pgere cœpiſſet: Iterum celeriter ex ꝓximis collibus erumpūt numidæ læuis armaturæ mirabili uelocitate ꝓmpti:qui iter equites pugnabāt:& una pariterq; cum equitibus accurrere:& refugere cōſueuerāt. Cum hoc ſæ pius facerent:& iulianos ꝓficiſcentes inſequerentur:& refugerent. ſtā tes ꝓpius nō accederent:& ſingulari genere pugnæ uterentur. eoſque iaculis cōuulnerare ſatis eſſe crederēt. Cæſar intellexit nihil aliud illos conari:niſi ut ſe cogerent caſtra in eo loco ponere: ubi omnino aquæ nihil eſſet:ut exercitus eius ieiunus:qui a quarta uigilia uſq; ad horā decimā diei nihil guſtaſſet:ac iumenta ſiti perirent: Cum iam ad ſolis occaſſum eſſet:& nō totos cētum paſſus in horis quattuor eſſet ꝓgreſ ſus:equitatu ſuo ꝓpter equorū interitū extremo agmine remoto:legio nes inuicem ad extremum agmen euocabat. itauim hoſtium placide leniterq; procedens per legiōariū militē cōmodius ſuſtinebat. Interim equitum numidaꝝ copiæ dextra ſiniſtraq; per colles currere: coronæq; in modū cingere multitudine ſua Cæſaris copias. pars agmē extremū ſequi:Cæſariani interim non amplius tres aut quattuor milites ueterāi cū ſe cōuertiſſent.& pila uiribus contorta in numidas infeſtos congeſ ſiſſent: amplius duorum millium ad unum terga uertebant. ac rur ſus ad aciem paſſim cōuerſis equis ſe colligebant. atq; in ſpatio conſe quebantur.& iacula in legiōarios cōiicebāt. Ita Cæſar modo ꝓcedēdo: modo reſiſtendo:tardius itinere confecto:noctis hora prima omnes ſu os ad unū in caſtris ſautiis.x. factis reduxit. Labienus circiter.ccc. amiſ ſis:multis uulneratis:ac defeſſis inſtando oībus:ad ſuos ſe recepit. Sci pio iterim legiones ꝓductas cum elephātibus:quos ante caſtra in acie terroris gratia in conſpectu Cæſaris collocauerat: reducit in caſtra Cæ ſar cōtra eiuſmodi hoſtiū genera:copias ſuas nō ut imperator exercitū

ueteranũ:uictoréq; maximis geſtis:ſed ut laniſta tyrones gladiatoreſq; condocet facere: quo pede ſe reciperent ab hoſt e. & quemadmodũ ob uerſi aduerſarios:& in quantulo ſpatio reſiſterent: modo ꝑcurrerent: modo recederét:cõminaréťq; impetũ:ac ꝑpe æquo loco & quéadmodũ tæla mitterét:præcepit:mirifice aũt hoſtiũ læuis armatura anxiũ exerci tũ noſtrum atq; ſollicitũ babebat.quia & eqtes deterrebat.præliũ inire ꝑpter equoꝝ interitũ:ꝙ eius iaculis interficiebant.& legionariũ militẽ defatigabát propter uelocitatem.Grauis enim armaturæ miles ſimul atq; ab bis inſectatus cõſtiterat.ĩ eoſq; impetũ fecerat:illi ueloci curſu facile periculũ uitabát. Quibus ex rebus Cæſar uæbemẽter cõmotus: quia quodcũq; prælium quotiés erat cõmiſſum:equitatu ſuo ſine legi onario milite boſtiũ eqtatui leuiq; armaturæ:eoꝝ nullo modo par eſſe poterat. Sollicitabatur autem bis rebus: ꝙ nõdum boſtiũ legiones co gnouerat.& quonammodo ſubſtinere poſſet ab eoꝝ equitatu leuiq; ar matura:quæ erat mirifica:ſi legiones quoq; acceſſiſſent. Acedebat eti am bæc cauſa:ꝙ elepbantoꝝ magnitudo: multitudoq; militũ animos detinebat in terrore. Cui uni rei tamẽ inuenerat:remedium. Nanq; ele pbantos in italiam tranſportari iuſſerat:quos & miles noſſet:ſpeciẽq; & uirtutẽ bæſtiæ cognoſceret.& cui parti corporis eius tælũ facile adigi poſſet. bõneratuſq; ac loricatus elepbantus cũ eſſet:quæ pars eius cor poris nuda ſine tegmine relinqueretur: ut eo tæla coniicerent. Præte rea ut iumenta bæſtiarum odorem ſtridorem:ſpetiem: conſuetudine captarum non reformidarent.quibus ex rebus largiter erat cõſecutus. Nam & milites bæſtias manibus pertractabant. earumq; tarditatem cognoſcebant. equiteſque in eos pila præpilata coniiciebant. atque in conſuetudinem equos ipſarum bæſtiarum adduxerant. Ob bas cauſas:quas ſupra cõmemoraui:ſollicitabatur Cæſar:tardiorq; & conſi deratior erat factus: & ex priſtina bellandi cõſuetudine:celeritateq; ex ceſſerat. Nec miꝝ copias enim babebat in gallia bellare conſuetas locis campeſtribus:atq; contra gallos bomines apertos:minime inſidioſos: qui per uirtutem non per dolum dimicare conſuerũt. Tum autẽ erat ei laborandum:ut cõſuefaceret milites boſtium dolos inſidias: artificia cognoſcerent:quid ſequi:quid uitare cõueniret. Itaq; quo bæc celerius conciperent: dabat operam:ut legiões nõ in uno loco contineret:ſed ꝑ cauſam frumentandi buc illuc raptaret. Ideo quod boſtium copias ab ſe ſuoq; ueſtigio nõ diſceſſuras exiſtimabat. Atq; poſt diẽ tertiũ ꝑdu ctas accuratius ſuas copias ſicut inſtruxerat:boſtium caſtra prætergreſ ſus æquo loco inuitat ad dimicandũ. Poſtquã eos abborrere uidet:redu cit ſub ueſperũ legiões in caſtra. Legati interĩ ex oppido Vacca:quod finitimum fuit zettæ: cuius Cæſarem potitum eſſe demonſtrauimus ueniunt. petunt & obſecrát: ut ſibi preſidiũ mittat. ſe res cõplures:

quæ utiles bello ſunt: adminiſtraturos. Per id tépus de eoꝝ uoluntate ſtudioq; erga. Cæſarem tranſfuga ſuos ciues facit certiores. Iubam regem celeriter cum opiis ſuis anteq̄ Cæſaris præſidiũ eo:ꝑueniret : ad oppidũ cucurriſſe:atq; aduueniente multitudine crcũdata eo potitum. omnibuſq; eius oppidi incolis ad unũ interfectis: dediſſe oppidũ diripiendum:delendũq; militibus: Cæſar interim luſtrato exercitu:ad xii. Kal apriles:poſtero die ꝓductis uniuerſis copiis:proceſſus a ſuis caſtris millia paſſuum.v: a Scipione circiter duum milliũ interiecto ſpatio in acie conſtitit. Poſtq̄ ſatis diuq; aduerſarios a ſe ad dimicandũ ĩuitatos: ſuper ſedere pugnæ animaduertit : reducit copias . poſtero die caſtra mouet atq; iter ad oppidũ ſarſuram:ubi Scipio numidarum habuerat præſidium:frumentumq; comportauerat:ire contendit. Quod ubi Labienus animaduertit:cum equitatu leuiq; armatura agmen eius extremũ carpere cœpit. Atq; ita lyxarum mercatorũq; qui plauſtris merces portabant:interceptis ſarcinis:addito animo ꝓpius audatiuſq; accedit ad legiones. quod exiſtimabat milites ſub bonere ac ſub ſarcinis defatigatos pugnare non poſſe. quæ res Cæſarem non fefellerat. Nanq; expeditos ex ſingulis legionibus tricenos milites eſſe iuſſerat. Itaq; eos in eqtatum Labieni immiſſos:turmis ſuorum ſuppetias mittit. Tum Labienus conuerſis equis ſignoꝝ cõſpectu ꝑterritus:turpiſſime contédit fugere:multis eius occiſis:cõpluribus uulneratis . Milites legionarii ad ſuaſe recipiũt ſigna : atq; iter ĩcœptũ ire cœperunt. Labienus ꝑ iugum ſummũ collis dextroſus ꝓcul ſubſequi non deſtitit. Poſtq̄ Cæſar ad oppidum ſarſuram uenit:in ſpectantibus aduerſariis:interfecto præſidio Scipionis: cũ ſuis auxilium ferre non auderent: fortiter repugnante P. Cornelio Scipione euocato:qui ibi preerat:atq; a multitudine circũuento:interfectoq; oppido potitur Atq; ibi frumento exercitui dato:poſtero die ad oppidũ tiſdram ꝑuenit:in quo Conſidius per id tempus fuerat:cũ grandi præſidio:cohorteq; ſua gladiatoꝝ . Cæſar oppidi natura ꝑſpecta:atq; inopia ab oppugnatiõe eius deterritus:ꝓtinus ꝓfectus circiter millia paſuũ quattuor ad aquam fecit caſtra : atq; inde quarta uigilia egreſſus:redit rurſus:ad ea caſtra quarto die : quæ ad agar habuerat. Idem facit Scipio:atq; in antiqua caſtra copias reducit. Thabenenſes interim:qui ſub ditiõe & poteſtate Iubæ eſſe cõſueſſent: in extrema eius regni regione maritima locati: interfecto regio præſidio legatos ad Cæſarem mittũt. Rem male geſtá docent. petũt:orátq; : ut ſuis fortũis præſto:quod benemeriti eſſent:auxilium ferret. Cæſar eoꝝ conſilio ꝓbato. M. Criſpum tribunũ cum cohorte & ſagittariis : tormentiſq; q̄pluribus præſidio thabenam mittit. Eodem tempore ex legionibus omnibus milites:q aut morbo impediti:aut cõmeatu dato: cum ſignis non potuerant ante tráſire in africam:ad millia quattuor:

eqtes.cccc.funditores ſagitariiq;.cc.uno cōmeatu Cæſari occurrerunt. Itaq; cum his copiis & omnibus legionibus eductis:ſicut erat inſtructus.viii millibus paſſuū a ſuis caſtris ab Scipionis uero quattuor millibus paſſuū longe cōſtitit in campo. Erat oppidum infra caſtra Scipionis nomine tegea:ubi præſidium equeſtre circiter.cccc.habere conſuerat.Eo equitatu dextra ſiniſtraq; directo ab oppidi lateribus:ipſe legionibus ex caſtris eductis:atq; iugo inferiore inſtructis:nō lgōius fere mille paſſus ab ſuis munitioībus ꝓgreſſus:in acie conſtitit.Poſtq̄ diutius in uno loco Scipio commorabat̄ : & tempus diei in ocio cōſumebatur:Cæſar equitū turmas ſuoꝝ iubet in hoſtium equitatū:qui ad oppidum in ſtatione erat:facere īpreſſioné.Leuéq; armaturam ſagittarios funditoreſq; eodem ſummittit.Quod ubi cœptum eſt fieri : & equis cōcitatis iulliani impetū feciſſēt:Placidius ſuos equites exporrigere cœpit in longitudiné : ut haberent facultaté turmis iulianis circūfūdi & nihilomīus fortiſſime acerrimeq; pugnare. Quod ubi Cæſat animaduertit:trecentos quos ex legionibus habere expeditos cōſuerat:ex ꝓxīa legione:quæ ei præſidio in acie conſtiterat:iubet equitatui ſuccurrere. Labienus interim ſuis equitibus auxilia equeſtria mittere.ſauciiſq; ac defatigatis in tegros:recētioribuſq; uiribus eqtes ſubminiſtrare. Poſt q̄ equites iuliani.cccc.uim hoſtium:ad quattuor millia numero ſuſtiēre non poterant.& a leui armatura numidaꝝ uulnerabantur:minutatīq; cedebantur. Cæſar alteram alam mittit : qui ſatagentibus celeriter occurrerent.Quo facto ſui ſublati uniuerſi in hoſtes impreſſioē facta: in fugam aduerſarios dederūt.multis occiſis:compluribus uulneratis inſequuti tria millia paſſuū:uſq; in colles hoſtibus adactis: ſe ad ſuos recipiunt.Cæſar in horam.x.cōmoratus ſicut erat inſtructus:ſe ad ſua caſtra recepit omnibus incolumibus.In quo prælio Placidius grauiter pilo p acſſidem caput ictus : cōplureſq; duces ac fortiſſimi quiq; interfecti uulneratiq; ſunt.Poſtq̄ nulla conditione cogere aduerſarios poterat:ut in æquum locum deſcenderent:legionūq; periculum faceret:neq; ipſe ꝓpius hoſtem caſtra pōere ꝓpter aquæ penuriam ſe poſſe animaduerteret:aduerſarios non eoꝝ uirtute confidere ſed aquarū inopia fretos deſpicere ſe ītellexit. Pridie nonas apriles tertia uigilia egreſſus ab agar.xvi millia paſſuum nocte ꝓgreſſus: ad tapſum ubi Virgilius cum grandi præſidio præerat:caſtra ponitoppidūq; eo die cricūmunire cœpit.locaq; idonea opportunaq; cōplura præſidiis occupare ne hoſtes intrare ad ſe loca interiora capere poſſent. Scipio interim cognitis Cæſaris conſiliis:ad neceſſitatem adductus dimicādi: ne per ſuū dedecus fidiſſimos ſuis rebus thapſianos:& Virgilium amitteret:cōfeſtī Cæſarem per ſuperiora loca conſequutus millia paſſuū octo a thapſo binis caſtris conſedit: Erat ſtagnum ſalinaꝝ: inter quod & mare anguſtiæ

quædam non amplius mille & quingentos paſſus ītererāt:quas Scipio intrare & thapſianis auxilium ferre conabatur:quod futuꝝ Cæſaré nõ fefellerat.Nanq; pridie in eo loco caſtello munito:ibiq; trino præſidio relicto:ipſe cum reliquis copiis lu natis caſtris thapſum operibus circũ mũiuit.Scipio interī excluſus ab incepto itinere: ſupra ſtagnũ poſtero die & nocte cõfecta:celo albeſcente nõ longe a caſtris præſidioq;:quod ſupra cõmemorauimus mille quingentos paſſus ad mare uerſus con tendit:& caſtra mũire cœpit.Quod poſtq̃ Cæſari nuntiatũ eſt:milites ab opere deductos caſtris præſidio Aſperrante ꝓ conſule cũ legionibus duabus relicto:ipſe cũ expedita copia in eũ locum citatim contendit: claſſiſq; parte ad thapſum relicta : reliquas naues iubet poſt hoſtium tergũ q̃ maxīe ad littus appelli:ſignumq; ſuũ obſeruare:quo ſigno da to:ſubito clamore facto:ex īprouiſo hoſtibus auerſis incuterent ter rorem:ut ꝑturbati ac ꝑterriti reſpicere poſt terga cogerētur:Quo poſt quā Cæſar uenit:& aīaduertit aciem ꝓ uallo Scipionis cõtra elephãtos dextro ſiniſtroq; cornu collocatá:& nihilominus ꝑtem militum caſtra non ignauiter mũire:Ipſe acie tripliciter collocata: legiõe decima ſecũ daq; dextro cornu.octaua & nona ſiniſtro oppoſitis quinq; legionibus in quarta acie ad ipſa cornu a qnis cohortibus cõtra bæſtias collocatis ſagitariis:fũditoribus in utriſq; cornibus diſpoſitis: leuiq; armatura inter equites interiecta:ipſe pedibus circũ milites concurſás: uirtuteſq; ueteranoꝝ præliaq; ſupiora cõmemorans:blãdeq; appellás animos eoꝝ concitabat.Tyrones aũt qui nũq̃ in acie dimicaſſent: hortabatur ut ue teranoꝝ uirtutem emularentur: eorumq; famá nomen locumq; uicto ria parta cuperent poſſidere.Itaq; circũeundo exercitum animaduertit hoſtes circa uallũ trepidare:atq; ultro citroq; pauidos cõcurſare. & mo do ſe inter portas recipere:modo inconſtãter immoderateq; ꝓdire.Cũ q; idem a pluribus animaduerti cœptum eſſet: ſubito legati euocatiq; obſecrare Cæſarem:ne dubitaret ſignum dare.Victoriá ſibi ꝓpriam a diis īmortalibus portendi. Dubitãte Cæſare atq; eorũ ſtudio cupidita tiq; reſiſtente:Sibiq; eruptiõe pugnari non placere clamitante:& etiam atq; etiam acié ſuſtentãte:ſubito dextro cornu ī iuſſu Cæſaris tubicen a militibus coactus canere cœpit. Quo facto ab uniuerſis cohortibus ſigna in hoſtem cœpere inferri.Cum centuriones pectore aduerſo reſi ſterent:uiq; cõtinerent milites ne iniuſſu imperatoris cõcurrerent.nec quicq̃ ꝓficerent.Quod poſtq̃ Cæſar intellexit:incitatis militũ animis reſiſti nullo modo poſſe:Signo felicitatis dato:equo admiſſo ī hoſtem contra principes ire contendit. A dextro interim cornu funditores ſa gittariiq; concita tæla in elephantos frequentes iniiciũt. quo facto be ſtiæ ſtridore fundaꝝ ſaxoꝝ plumbiq; ꝑterritæ:ſeſe conuertere:& ſuos poſt ſe frequẽtes ſtipatoſq; ꝓterere:& ī portas ualli ſemifactas rurere

contendūt. Item Mauri equites:qui in eodem cornu:elephantis erant præſidio:deſerti:principeſq; fugiūt. Ita celeriter beſtiis circuitis:legiões uallo hoſtium ſunt potitæ:& paucis acriter repugnātibus interfectis: reliqui concitati in caſtra:unde pridie erant egreſſi:cōfugiunt. Non ui detur eſſe prætermittendū.de uirtute militis ueterani quintæ legiõis: nam cum in ſiniſtro cornu elephantus uulnere ictus:& dolore concita tus:in lixam inermé impetum feciſſet:eumq; ſub pede ſubditū:deíde genu innixus:pondere ſuo:ꝓboſcide erecta:uibrantiq;:ſtridore maxío premeret:atq; enecaret:miles hoc non potuit pati: quin ſe armatū be ſtiæ offerret.qué poſtq̄ elephantus ad ſe tælo íſeſto uenire aíaduertit: relicto cadauere:milité ꝓboſcide circundat:atq; in ſublime extollit ar matū.Qui in eiuſmodi piculo cum conſtanter agendum ſibi uideret: gladio proboſcidé:quo erat circūdatus:cedere:quantū uiribus poterat: non deſtitit.quo dolore adductus elephantus:milite abiecto: maximo cum ſtridore curſuq; conuerſus ad reliquas beſtias ſe recepit. Interim Thapſo:qui erant præſidio:ex oppido eruptioné porta maritima faciūt & ſiue ut ſuis ſubſidio ſuccurrerét:ſiue ut oppido deſerto fuga ſaluté ſibi pararent:egrediūtur. Atq; ita per mare umbilici fine ingreſſi:terrá petebant. Qui a ſeruitiis pueriſq;:qui in caſtris erant:lapidibus piliſq; ꝓhibiti terram attingere:rurſus ſe in oppidum receperūt. Interim Sci pionis copiis ꝓſtratis:paſſimq; toto campo fugiétibus: confeſtí Cæſa ris legiones conſequi:ſpatiumq; non dare colligendi:qui. Poſtq̄ ad ea caſtra:quæ petebant:pfugerūt:ut refectis caſtris:rurſus ſeſe defédérét: ducem aliquem reqrunt:quem reſpicerent. Cuius auctoritate inpioq; rem gererent:qui poſtq̄ aduerterunt:neminem ibi eſſe præſidio:ꝓtin⁹ armis abiectis:in regia caſtra fugere cōtendūt. Quo poſtq̄ peruenerūt: ea quoq; ab iulianis teneri uident. Deſperata ſalute in quodá colle con ſiſtunt. atq; armis dimiſſis ſalutationem more militari faciūt.quib⁹ miſeris ea res ꝑuo præſidio fuit.nanq; milites ueterani ira & dolore í cenſi:non modo ut parcerent hoſti: poterant adduci: ſed etiam ex ſuo exercitu illuſtres urbanos: quos actores appellabant: cōplures aut uul nerarūt:aut interfecerunt. In quo numero fuit Tullius Rufus Quæſto rius:qui pilo traiectus cōſulto a milite interiit. Item Pompeius Rufus brachiū gladio ꝑcuſſus:niſi celeriter ad Cæſaré accurriſſet: interfectus eſſet. Quo facto complures equites romāi ſenatoreſq; perterriti ex præ lio ſe receperūt:ne militibus: qui ex tanta uictoria licentiá ſibi aſſum pſiſſent: immoderate peccandi impunitate propter maxías res geſtas ab ipſis quoq; interficerentur. Itaq; oés Scipionis milites:cum fidem Cæſaris implorarent:inſpectante ipſo Cæſare:& a militibus deprecan te:uti eis parcerent:ad unū ſunt interfecti. Cæſar trinis caſtris potitus occiſiſq; hoſtium decemmillibus:fatigatiſq; compluribus: ſe recepit

quinquaginta militibus amiſſis:paucis ſauciis:in caſtra. Statim ex iti nere ante oppidũ thapſum conſtitit: elephantoſq; ſexaginta quattuor ornatos armatoſq; cum turribus ornamẽtiſq; capit.Captos ante oppi dum inſtructos conſtituit.Id hoc cõſilio:ſi poſſet Virgilius:quiq; cum eo obſidebantur: rei male geſtæ ſuorumq; inditio a ꝑtinatia deduci. Deinde ipſum Virgiliũ appellauit.inuitauitq; ad deditionem: ſuãq; le nitatem & clæmentiam cõmemorauit. Quem poſtq̃ animaduertit re ſponſum ſibi non dare:ab oppido diſceſſit.Poſtero die diuina re facta: contiõe aduocata:in conſpectu oppidanoꝝ milites collaudat: totumq; exercitum ueteranoꝝ donauit præmiis.Fortiſſimo cuiq; ac bene merẽ ti pro ſuo geſtu tribuit.Ac ſtatim inde digreſſus.T.Rebullo pro conſu le:cum tribus ad Thapſum cohortibus.& Gn.Domitio cũ duabus tiſ dræ ubi Conſidius præerat:ad:obſidendũ relictis. M.Meſſalla uticam ante præmiſſo:cum equitatu ipſe eodem iter facere contendit.Equites interim Scipionis:qui ex prælio fugerãt: cum uticam uerſus iter face rent:perueniunt ad oppidum paradã:Vbi cum ab incolis non reciperẽ tur:ideo quod fama de uictoria Cæſaris præcucurriſſet:ui oppido poti ti:in medio foro:lignis coaceruatis:omnibuſq; rebus eoꝝ congeſtis: ignẽ ſubitiunt. Atq; eius oppidi incolas cuiuſcunq; generis aut etatis uiuos cõſtrictoſq; in flãmam coniiciunt.atq; ita acerbiſſimo afficiunt ſupplitio.Deinde protinus uticam ꝑueniunt Superiore tempore. M. Cato.quod uticenſibus: ꝓpter beneficium legis Iuliæ parum in ſuis partibus præſidii eſſe exiſtimauerat: plæbẽ inermem oppido eiecerat: & ante portam bellicam caſtris:foſſaq; paruula duntaxat munierat.Ibi q; cuſtodiis circundatis habitare coegerat. ſenatum autem oppidi cu ſtodia tenebat.Eorum caſtra.l.equites adorti exepugnare cœperũt.Ideo quod eos partibus Cæſaris fauiſſe ſciebant:ut eis interfectis eorum ꝑ nitie dolorem ſuũ ulciſcerentur uticenſes animo addito ex Cæſaris ui ctoria:lapidibus & fuſtibus equites repulerunt.Ita poſtq̃ caſtra nõ po tuerunt capere:uticam ſe in oppidum coniecerunt.Atq; ibi multos uti cenſes interfecerunt.Domoſq; eorũ expugnauerunt: ac diripuerunt. Quibus cum Cato perſuadere nulla ratiõe quiret: ut ſecum oppidum defenderent:& cæde rapiniſq; deſiſterent:& quid ſibi uellent:ſciret: ſe dandæ eoꝝ importunitatis gratia:ſingulis.c.diuiſit.Idem Sylla Fauſt⁹ fecit:ac de ſua pecunia largitus eſt.unaq; cum iis ab utica proficiſcit᷑. Quos omnes Cato conuocatos:una cum trecentis: qui pecuniã Scipi oni ad bellum faciendum contulerãt:hortatur: ut ſeruitia manumitte rent:oppidumq; defenderent.Quorum cum partem aſſentire: partim animũ mentemq; perterritã: atq; infugã deſtinatam habere intellexiſ ſet:amplius de ea re agere deſtitit. Naueſq; iis attribuit:ut ĩ quaſcũq; partes uellẽt:ꝓficiſcerẽtur.Ipſe oĩbus rebus diligentiſſime cõſtitutis:

liberis ſuis.L.Cæſari qui tum ei pro Quæſtore fuerat:cōmendatis: & ſine ſuſpitione uultu atq; ſermone: quo ſupiore tépore uſus fuerat: cū dormitum iſſet:ferrum intro clam in cubiculū tulit: atq; ita ſe tra iecit.Qui dum aīa nondum expirata concidiſſet:impetu facto:in cubi culum ex ſuſpitiōe medicus: familiareſq; cōtinere:atq; uulnus obliga re cœperūt. Ipſe ſuis māibus uulnus crudeliſſime diuellit:atq; animo præſenti ſe interemit.Quem uticenſes quanq̄ oderant:ptium gratia: tamen propter eius ſingularé integritatem: & quod diſſimillimus reli quoꝝ ducū fuerat:quodq; uticam mirificis operibus mūierat.turreſq; auxerat:ſepultura afficiunt.Quo interfecto.L. Cæſar:ut aliquid ſibi ea res auxilaretur:cōuocato populo:contione habita: cohortatur omnes: ut portæ aperirentur:ſe in Cæſaris clæmentia magnam ſpem habere. Itaq; portis uticæ patefactis utica egreſſus. Cæſari impatori obuiam ꝓficiſcitur.Meſſalla:ut erat impatum:uticam peruenit.Omnibuſque portis cuſtodias ponit.Cæſar interim a thapſo ꝓgreſſus: uſcetam per uenit:ubi Scipio magnū frumēti numeꝝ:armoꝝ:tælorum:cæterarūq; rerum:cū paruo præſidio habuerat.Hoc adueniens potitur: deinde ad rumentū peruenit Quo cū ſine mora introiſſet:armis:frumēto:pecuni aq; cōſiderata:Q.Ligario.G.Conſidii filio:qui tum ibi fuerat:uitá con ceſſit.Deinde eodem die a rumento egreſſus:luneio regulo:ibi cum le gione relicto:uticam ire contendit:cui in itinere fit obuius.L. Cæſar: ſubitoq; ſe ad genua proiecit.Vitamq; ſibi:neq; amplius quicq̄:depre catur.Cui Cæſar facile:& pro ſua natura:& inſtituto cōceſſit.Item Ceci næ.Ceteio.Catricio.L.Cellæ patri & filio.M.Epio.M.Aquinio Catonis filio:Damaſippoq; liberis: ex ſua conſuetudine tribuit:circiterq; lumi nibus accenſis uticam peruenit: atq; extra oppidum ea nocte manſit: poſtero die mane in oppidū introiit Contioneq; aduocata:uticenſes in colas cohortatus: gratias pro eorum ſtudio erga ſe:agit. Ciues autem romanos negotiatores:& eos qui inter.ccc. pecunias cōtulerant. Varo & Scipioni multis uerbis accuſatos:& de eorum ſceleribus longiori ha bita oratiōe:ad extremum:ut ſine metu ꝓdirét:edicit. Se eis duntaxat uitam conceſſurum.Bona quidā eorum ſe uenditurum:ita tamen:qui eorum ipſa bona ſua redimiſſet:ſe bonorū uenditionem indicturū: & pecuniam:mulctæ nomine relaturum.Vt icolumitaté retinere poſſent quibus metu exanguibus:de uitaq;:ex ſuo merito deſperantibus: ſu bito oblata ſalute:libentes cupidiq; conditionem acceperunt.Petierūt q; a Cæſare: ut uniuerſis trecentis uno nomine:pecuniam imperaret. Itaq; mille ſextertiis bis impoſitis:ut per triennium:ſex penſionibus: populo romano ſoluerent.Nullo eoꝝ recuſante:ac ſe eodem die demū natos prædicantes:læti gratias agunt Cæſari. Rex interim Iuba: ut ex prælio fugerat:una cū Petreio interdiu uillis latitando:tandé nocturnis

itineribus confectis:in regnū ꝑuenit.ad oppidumq; zamam : ubi ipſe domicilium:coniuges:liberoſq; babebat. Quo ex cuncto regno omnē pecuniam:cariſſimaſq; res comportauerat.Quodq; inito bello operib⁊ maximis munierat: accedit.Quem ātea oppidani rumore exoptato de Cæſaris uictoria audito:ob bas cauſas oppido probibuerunt.quod bello contra populū romanum ſuſcepto:in oppido zama lignis congeſtis maximā in medio foro pyram conſtruxerat:ut ſi forte bello foret ſuperatus:omnibus rebus coaceruatis:de binc ciuibus cūctis interfectis eo demq; proiectis:igne ſubiecto:tum demū ipſe īſuꝑ interiret. atq; una cum liberis:cōiugibus : ciuibusq;:cūctaq; gaza regia cremaretur.Poſtq̄:Iuba ante portas diu multumq; primo minis pro imperio egiſſet cū zamenſibus:deinde cum ſe parum proficere intellexiſſet:præcibus quoq; oraſſet:uti ſe ad ſuos deos penates admitterent:ubi eos præſtare in ſua ſentētia aīaduertit:nec minis: nec præcibus ſuis moneri : quo magis ſe reciperent tertio petit ab eis ut ſibi coniuges liberoſque redderent:ut ſecum eos aſportaret . poſtq̄ ſibi nibil omnino oppidanos reſponſi reddere animaduertit:nulla re ab bis imperata:ab zama diſcedit atq; ad uillam ſuam:cum.M. Petreio:pauciſq; eqtibus ſe confert.Interim legatos de bis rebus ad Cæſarem:uticam mittunt.petuntq; ab eo: uti anteq̄ rex manum colligeret:ſeſeq; oppugnare:ſibi auxilium mitteret.Se tamen paratos eſſe ſibi:quo ad uita ſuppeteret:oppidū:ſeq; ei reſeruare:Legatos collaudatos Cæſar domum iubet antecedere:ac ſuum aduentum ꝓnuntiare.Ipſe poſtero die utica egreſſus cum equitatu ire in regnum contēdit:Interim in itinere ex regiis copiis duces cōplures ad Cæſarem ueniunt:orātq;:ut ſibi ignoſcat.Quibus ſupplicibus uēia data:zamā perueniunt.rumore interim perlato:de eius lenitate:clæmētiaq; prope modum omnes regni equites zamam ꝑueniunt ad Cæſarem:ab eoq; ſunt metu:periculoq; liberati . Dum bæc utrobiq; geruntur:Conſidius:qui tiſdræ cū familia ſua: gladiatoria manu getuliſque præerat:cognita cæde ſuoꝝ:Domitiiq; & legionum aduentu ꝑterrituſ deſperata ſalute:oppidū deſerit : ſeque clam cum paucis barbaris pecunia bonuſtus ſubducit:atq; in regnum fugere contendit.Quem getuli ſui comites in itinere præde cupidi concidunt.ſeq; in quaſcūq; potuere ꝑtes cōferunt.G.interim Virgilius poſtq̄ terra mariq; clauſus : ſe nibil ꝓficere intellexit:ſuos aūt interfectos .M. Catonē uticæ ſibi ipſi manus intuliſſe:regem uagum a ſuis deſertum:ab omnibus apſnari ſaburam eiuſq; copias ab Sictio eſſe deletas:uticæ Cæſarē ſine mora receptū.De tāto exercitu reliquas eſſe nullas:quæ ſibi ꝓdeſſent:ſuiſq; liberis a Caninio ꝓconſule:qui tū obſidebat:fide accepta:ſeque & ſua omnia:& oppidum ꝓconſuli tradit. Rex interim Iuba ab omnibus ciuitatibus excluſus:deſperata ſalute:cū iam conatus eſſet cum Petreio:

ut per uirtutē interfecti eſſe uiderentur:ferro inter ſe depugnant:atq; infirmiorem imbecilliоremq; Iuba Petreium facile ferro conſumpſit. deinde ipſe ſibi cum conaretur gladio traiicere pectus:ne poſſet:præci bus a ſeruo ſuo impetrauit.ut ſe interficeret: idq;obtinuit.P.interī Si ctius item interpulſo exercitu ſaburæ præfecti Iubæ:ipſoq; interfecto cum iter cum paucis per mauritaniā ad Cæſarē faceret:forte incidit in Fauſtum Afraniūq;:qui eam manū babebant:qua uticam diripuerāt. iterq; in biſpaniam intendebant:& erant numero circiter.ccviii. itaq; celeriterq; nocturnotempe inſidiis diſpoſitis:eos prima luce adortus: præter paucos equites:qui ex primo agmine fugerāt:reliquos aut inter ficit:aut in deditionem accipit:Afraniū & Fauſtum uiuos capit cū con iugibus:& liberis.paucis poſt diebus:diſſenſione in exercitu orta: Fau ſtus & Afranius interficiuntur. Pompeiæ cum Fauſti liberis Cæſar in columitatem :ſuaq; omnia conceſit .Scipio interim cum Damaſippo: & Torquato: & Pletorio Ruſtiano:nauibus longis diu multumq; iacta ti cum biſpaniam peterēt ad Hypponē Regium deferūtur: ubi claſſis. P.Sictii per id tempus erat. A qua pauciora ab amplioribus circūuēta nauigia deprimuntur . Ibiq; Scipio cum iis : quos pauloante nomīaui interiit . Cæſar interim zamæ auctione regia facta : boniſq; eorū uen ditis : qui ciues romani cōtra populū romanū arma tulerant præmiis que zamenſibus:q de rege excludendo conſilium cœperāt :tributis ue ctigalibuſq; regiis irrogatis : ex regnoq; prouintia facta : atq; ibi Sa luſtio populi romani proconſule cū īperio relicto : ipſe zama egreſſus uticam ſe recepit . Ibi bonis uēditis eorū : qui ſub Iuba Petreioq; or dines duxerat : tbapſitanis . S . b . xx . conuentui eorū .S . b . xxx .ad rumētanis . S . b . xxx . cōuentui eoꝝ . S . b . quīquaginta : mulctæ nomine imponit. Ciuitates bonaq; eoꝝ .ab omni iniuria rapiniſq; de fendit : leptitanos : quorum ſuperioribus annis Iuba bona diripuerat & ad ſenatum quæſti per legatos : atq; arbitris a ſenatu datis ſua re ceperant: triginta centenis millibus ponderibus olei in āнos ſingulos mulctat .Ideo quod in itio per diſſenſionem principum : ſocietatē cū Iuba inierant : eumq; armis militaribus iuuerant : & pecunia . Tiſdri tanos : propter bumilitatē ciuitatis : certo numero frumēti mulctat . His rebus geſtis idibus Iunii : uticæ claſſem conſcendit :& poſt diem tertium caralis in ſardiniam peruenit . Ibi ſulcitanos : quod Naſidiū eiuſq; claſſem receperant : copiiſq; iuuerant . S . b . centum mulctat & pro decumis : octauas pendere iubet . Bonaq; paucoꝝ uendit : & ante diem . iii . Kalen . quintilis naues conſcendit . Et a caralibus ſe cundum terram prouectus : duo de trigeſimo die . Ideo quod tempe ſtatibus in portubus cobibebatur : ad urbem Romam uenit

A.HIRTII AVT OPII COMMENTARIORVM DE BELLO HISPANIENSI LIBER SEXTVS

p Harnace ſuperato: Africa recepta : qui ex his præliis
cum adoleſcente . Gn. Pompeio ꝓfugiſſent : cum &
ulterioris hiſpaniæ potitus eſſet dum Cæſar muneri
bus dandis in italia detinetur : quo facilius præſidia
compararet. Põpeius in fidẽ unius cuiuſq; ciuitatis
confugere cœpit.Ita partim precibus:partim ui:bene
magna comparata manu: ꝓuinciam uaſtare cœpit . Quibus in rebus
ciuitates non nullæ ſua ſponte auxilia mittebant.Item nõ nullæ cõtra
portas claudebant.Ex q̄bus ſiqua oppida ui ceperat : cum aliquis ex ea
ciuitate optime de.Gn. Pompeio meritus ciuis eſſet propter pecuniæ
magnitudinem : aliqua ei inferebatur cauſa : ut eo de medio ſublato:
ex eius pecunia latronum largitio fieret . Ita paucis commodis hoſte
hortato : maiores augebãtur copiæ . Hoc crebris nuntiis in italiam
miſſis : ciuitates contrariæ Pompeio : auxilia ſibi depoſtulabant . G .
Cæſar dictator tertio deſignatus quarto : multis itineribus ante cõfe
ctis : cum celeri feſtinatione bellum conficiendum in hiſpaniam cõue
niſſet : legati cordubenſes qui a Gn . Pompeio diſceſſerant : Cæſari
obuiam ueniunt : a quibus nuntiabatur nocturno tempore oppidum
cordubã capi poſſe : quod nec opinantibus aduerſariis eius prouintia
potitus eſſet . Simulq; quod tabellariis:q a Gn .Pompeio diſpoſiti õni
bus locis eſſent : qui certiorẽ Gn . Pompeiũ de Cæſaris aduentu face
rent : multa præterea uериſimilia proponebãt : quibus rebus aductus
legatos : qui ante exercitui præerãt . Q . Pædiũ & . Q . Fabiũ de ſuo
aduentu facit certiores : utq; ſibi equitatus qui ex prouintia eſſet :præ
ſidio mitterent . Ad quos celerius : q̃ ipſi opinati ſunt : appropinqua
uit . Neq; ut ipſe uoluit : equitatum ſibi præſidio habuit . erat idem
temporis Sex . Pompeius frater : qui cum præſidio cordubã tenebat .
quod eius prouintiæ caput eſſe exiſtimabatur . Ipſe autem Gn . Pom
peius adoleſcens ullum oppidum oppugnabat . Et fere iam aliquot
menſibus ibi detinebatur . Quo ex oppido cognito Cæſaris aduentu:
legati clam præter præſidia Gn . Pompeii Cæſarem cum adiſſent : pe
tere cœperunt : ut ſibi primo quoq; tempore ſubſidiũ mitteret . Cæ
ſar eam ciuitatem omni tempore optime depopulo romano meritam
eſſe ſciens celeriter ſex cohortes ſecunda uigilia iubet proficiſci pariq;
equites numero . Quibus præfecit hominem eius prouintiæ notũ &
non parum ſcientem . L . Iunium Patiequum : qui cum ad Gn . Põ
peii præſidia ueniſſet : incidit idem tẽpis : ut tempeſtate aduerſa :
uæhementiq; uento afflictarentur :adeoq; uis tempeſtatis obſcurabat

